3
4
277
BLIOTECA NAZIONALE
ENTRALE - FIRENZE

Digitized by Google

Digitized by Google

VII
VAR.
Trag: [illegible]
SODER.

Digitized by Google

3. 4. 277

Digitized by Google

COMOEDIAE ET TRAGOEDIAE

SELECTAE

EX PLAVTO · TERENTIO ET SENECA

ANIMADVERSIONIBVS

ET INTERPRETATIONIBVS

ILLVSTRATAE

AD VSVM SCHOLARVM.

FLORENTIAE, ANNO MDCCXXXXVIII.

EX TYPOGRAPHIO IMPERIALI

APVD TARTINIVM ET FRANCHIVM

SVPERIORIBVS ADPROBANTIBVS.

Digitized by Google

Perſuaſiſſimum habemus, juventuti, poſtquam nativum illum vultum, veraque latini ſermonis lineamenta imbiberit e fonte Tulliano, non modo Terentium, Caeſarem, alios, qui propius ad Tullium accedunt: ſed Plautum etiam multum diuque eſſe verſandum. Tantum judicium in delectu deſidero.

Gerb. Voſſ. Inſtit. Orat. lib. 4. Cap. 19.

Digitized by Google

LECTORI S. P.

NIhil eſt, optime Lector, quod hic tantorum Scriptorum, quorum eximia ac ſelecta opera in unum hoc volumen collecta intueris, laudes & praeconia recenſere velimus. Satis elucent per ſeſe ipſa eorum nomina, tantaque eſt ipſorum opinio, tamque illuſtri & excelſo in loco eorum laus ſita eſt apud ſapientes viros, eoſque praeſertim, qui Latinae linguae nitori ac venuſtati ſtudent, ut neque eorum gloriae adjici quicquam poſſit, quod ab innumeris litteratis hominibus praedicatum non fuerit, neque fieri, ut quae de ipſorum praeſtantia dicere velimus tantis Scriptoribus minora non videantur. Illud potius praefari nos debere intelligimus, quid cauſſae fuerit, cur in tanta Interpretum Criticorumque ubertate, qui hoſce Auctores magnifice illuſtrarunt, nos quoque in ſcenam prodire, eandemque Spartam exornare decrevimus. Miraberis fortaſſe nos tibi exhibere Plautum, Terentium, & Senecam, eoſque non integros, ſimul conjunctos, & in tanta Latinae linguae perdiſcendae facultate adnotationibus uberrimis exornatos. At ſi quo id conſilio fecimus intelligas, nullus profecto erit admirationi locus. Diuturna enim inſtituendae juventutis in bonis litteris exercitatio nos ſatis jam commonuerat omnem Latinae linguae vim, gratiam, venuſtatem, nativumque leporem ex nullo ſcriptore poſſe uberius commodiuſque deguſtari, quam ex Comicis Poetis Plauto praeſertim, atque Terentio; quorum egregie ſcripta ſi adoleſcentibus tractabiliora, atque uſu & conſuetudine familiaria redderentur, purum ſincerumque illum latinitatis guſtum atque ſaporem ſumma facilitate, & quam citiſſime in eorum animos imprimi poſſe, ac veluti inſtillari. Quod cum maxime optandum erat ad facilem expeditamque juvenum in hoc ſtudii genere inſtitutionem, tum illud optimum ad erudi-

tionem in ipſis amplificandam videbatur, ut qui ceteris poeſis ornamentis cumularentur, antequam a litterarum amoenitate ad ſeveriores diſciplinas ingenia conferrent, aliquid etiam de latina ſcena, quae tanta cum laude floruit, deguſtarent. Haec dum animo reputabamus, ac non ſemel pro veteri noſtra conſuetudine, communique ſtudiorum ratione nobiſcum conferebamus, quanam ratione veterum & illuſtriorum Comicorum Tragicorumque Poetarum opera adoleſcentibus conſideranda exhiberentur, incredibile eſt, quot & quam gravia impedimenta undequaque exoriri ac veluti erumpere conſpiceremus, quae noſtra conſilia ad exitum perduci minime paterentur. Occurrebat Scriptorum hujuſmodi nimis profuſa atque liberior ſcribendi licentia, quae tanquam teterrima peſtis adoleſcentium animos depravare atque inficere potuiſſet. Quod periculum longe graviſſimum non immerito videbatur, & in quo ab juventute noſtra propulſando omnes induſtriae vires adhiberemus; haerebat enim animo illud ſanctiſſime dictum a Quintiliano, curandum omnino, ut *tenerae adoleſcentium mentes non modo quae diſerta, ſed vel magis quae honeſta ſunt diſcant*. Occurrebant immodicae impenſae in tales libros comparandos, quas ſubire plerique non potuiſſent, qui domeſticis anguſtiis ac difficultatibus premerentur. Neque parum conſilio noſtro obſtabant Criticorum bene multorum eruditae potius quam utiles & ad mentem Auctoris explanandam accomodatae adnotationes, quarum pleraeque non lucem aliquam Scriptorum iſtorum ſententiis, ſed Cimmerias pene tenebras offundere viderentur. Haec graviſſima quae occurrebant incommoda parum abfuit quin ab incepto conſilio nos penitus avocarent; niſi his omnibus difficultatibus, habito Comoediarum Tragoediarumque optimo delectu, iiſque in unum volumen collectis, & uberrimis clarioribuſque animadverſionibus additis, facile occurrere nos poſſe vidiſſemus. Itaque diu nobis deliberandum, quid in hac re conſilii caperemus, non fuit: huic adhaeſimus,

Digitized by Google

mus, hoc prae ceteris amplectendum exiſtimavimus. Et en tibi, optime Lector, noſtrae hujuſce deliberationis, quicumque ille demum ſit, fructus: Comoediae ſcilicet & Tragoediae ex Plauto, Terentio, & Seneca ſelectae; in quibus nihil tibi timendum a Poetarum licentia, ſunt enim hae, quas praeoptavimus, non ſolum eximiae, & e multis elegantiſſimae, ſed etiam honeſtiſſimae, & in quibus optima vitae morumque praecepta continentur; nihil tibi de ſumtus magnitudine dolendum, cum in uno, eoque perexiguo volumine collecta habeas, quae in pluribus, iiſque grandioribus diviſa ſunt; nihil denique, quod ad ipſas adnotationes pertineat, deſiderandum, quas ita perſpicuas adjecimus atque uberes, ut vel levi latinae linguae cognitione quemque difficillimum locum aſſequi atque intelligere poſſis.

Atque haec dicta ſint, ut ſcias cur id aggreſſi ſumus; nunc vero quaedam praefanda ſunt, quae ad librum hunc noſtrum propius pertinent. Ac primo, ingenue fatemur plurimum nos debere amicorum doctiſſimorumque hominum humanitati, qui lectiſſimos libros, ut opus hoc perfectius ornatiuſque prodiret, non commonſtrarunt modo, ſed & perhumaniter commodarunt; ac praeſertim multa debemus nobiliſſimo Viro, litterarum omniſque eruditionis amantiſſimo Gabrieli Riccardio Eccleſiae Metropolitanae Florentinae Canonico Subdecano, & Viro item Clariſſimo Antonio Franciſco Gorio, cujus multa ſunt in rem litterariam, & non exigua merita. Quomodo enim abſque ingrati animi nota eos tacere licuiſſet, per quos Comoedias haſce atque Tragoedias ad optimorum codicum, quibus lectiſſimae eorum Bibliothecae inſtructae ſunt, exemplar expreſſas atque emendatas divulgamus? At quando *plenum eſt*, ut cum Plinio loquamur, *ingenui pudoris fateri per quos profeceris*, libere teſtamur non exiguo nobis adjumento fuiſſe commentationes veterum Criticorum, qui nobis facem praetulerunt, in iis praeſertim locis explicandis, quae ſumma obſcuritate laborant. Quocirca ſi quando Inter-

terpretes omnes inter ſe diſſentire in voce aut ſententia aliqua explicanda, ac in varias opiniones abire viſi ſunt, nos vel eam ex illis, quae vero ſimilior atque magis ad rem videretur ſecuti ſumus, vel varia diverſorum placita, ea qua par erat fide & integritate expoſuimus, ut facile omnes habere prae oculis poſſint quid doctiſsimi viri de ea re ſenſerint, quid rejecerint, quid probarint, eamque ex illis opinionem quiſque amplectatur, quae illi magis arrideat. Frequentius hoc contigiſſe in Plauto, quam in ceteris Auctoribus illuſtrandis mirum videri non debet, tum quod dicendi formas ceteris longe obſcuriores nonnunquam uſurpet; tum etiam quod M. SS. Codices e quibus ejus Comoediae exſcriptae ſunt, & in publicam lucem editae, immane quiddam diſcrepent inter ſe, mendis innumeris librariorum oſcitantia ſcateant, lacuniſque ſint circumſparſi, quibus varius diverſuſque pro editorum varietate ad nos Plautus derivavit. Quae quidem enormis diſcrepantia diu nos ancipites incertoſque detinere potuiſſet, niſi eruditiſsimorum hominum opera ac ſtudio, praeſertim Friderici Taubmanni, & Jo Friderici Gronovii ſumma diligentia Plautum reſtitutum caſtigatumque Patavina Joſephi Comini editio, incredibili litterariae reipublicae bono, nobis obtuliſſet. Hanc reliquarum emendatiſsimam & nitidiſsimam ſecuti ſumus; eademque cura Terentium a Tan. Fabro, Senecam ab Jo. Gaſ. Schrodero Delphis editum, & a Gronovio emendatum recenſitumque exhibemus. Quare his exemplaribus adhibitis, ſuperfluum omnino putavimus variantes lectiones adducere, quibus nullum lectori praeſidium ad mentem Auctorum aſſequendam porrigeretur; eoque libentius ab hac variantium lectionum farragine innuenda abſtinuimus, quod ſatis eſſe duximus vel M. SS. Codicum, vel aliarum editionum diſcrepantiam tunc adnotare, cum ex diverſa illa vel voce, vel interpungendi ratione Auctoris ſententia clarior, nobilior, aut opportunior evadat. Quae cum ad commodum utilitatemque tuam, benevole Lector, non

inu-

inutiliter praeſtitiſſe confidimus, tum illud reprehenſione minime dignum arbitramur, quod nonnullos ex hiſce Comoediis verſus obſcoenos demere uſi fuerimus. Nimis iniquum videbatur ingenuis adoleſcentibus quae mollitiem aut improbitatem ſaperent interpretanda proponere; nimiſque alienum non modo ab inſtituto Scholarum Piarum, verum etiam ab ipſa religione quam profitemur, juvenes turpia per eos imbibere, per quos ad omnem honeſtatem morumque ſanctimoniam eſſent efformandi. Nefas eſt, nos ultro fatemur, atque ab omni ſinceritate remotiſſimum Scriptoris alicujus interpolata opera divulgare, & ſi in re litteraria peccatum eſt aliquod graviſſimum, illud eſt unum; at hoc ipſum, quod non levis culpae ceteris merito eſſe ſolet, nobis qui Scholarum Piarum caſtris nomen dedimus, qui toti ſumus in deterrenda a vitiis juventute, eaque ad integritatem, ad honeſtatem, ad virtutem denique omnem inflammanda; nobis, qui ideo litteras ſcientiaſque adoleſcentibus tradimus, ut illarum amore ducti facilius praecepta morum cum doctrinae praeceptis conjuncta percipiant, culpae vertendum non eſt, ſi quid nonnunquam, integra tamen Auctoris ſententia, aut rejecimus, aut permutavimus. Ceterum quae duo in Scriptore aliquo illuſtrando maxime optanda ſunt, brevitas nimirum ac perſpicuitas, ea nos pro rei dignitate praeſtitiſſe ſperamus. Nihil antiquo more dictum, nihil arcano verborum ordine expreſſum, quod breviori clariorique, qua per nos potuit, ratione non fuerit a nobis expoſitum atque enodatum. Nihil demum omiſimus quod adoleſcentibus, ceteriſque etiam latinae linguae amatoribus adjumento, atque huic etiam operi ornamento eſſe poſſet. Hoc unum ſupereſt, optime ac amice Lector, ut conſilium laboremque hunc noſtrum humaniter complectaris, eoque ita utare, ut ſi quid in rem tuam nos feciſſe intelligas, uberrimum laborum noſtrorum fructum nos conſecutos arbitreris. Vale.

DE ORIGINE, INCREMENTO, DIVISIONE, ET PARTIBVS COMOEDIAE ET TRAGOEDIAE.

FAbula apud Latinos, quemadmodum Drama apud Graecos, generale nomen eſt, narrationemque ſignificat rerum confictarum ad delectationem & utilitatem inventam, hominumque actiones, adhibitis perſonis, repraeſentantem. Illius finis eſt morum imitatio, & correctio vitiorum, ejus vero praecipuae ſpecies ſunt Comoedia & Tragoedia. A Comoedia exordiemur, quae, ut oſtendit Scaliger, longe vetuſtior eſt quam Tragoedia, licet haec prius exculta ac perpolita fuerit. Itaque Comoedia a κώμη vicus *& ᾠδὴ* cantus *quia priſcis temporibus juventus opera ſua abſoluta, noctu per vicos vagari (nondum in urbes convenerant homines) ac quosdam luſus exercere recreandi animi gratia conſueverat; definitur a Jul. Cae. Scal. poema dramaticum, negotioſum, exitu laetum, ſtilo populari. Diſtincta fuit Comoedia apud Graecos, quorum inventum eſt, licet nonnulli contendant Comoediae ſemina ab Aegyptiis Graecos accepiſſe, in Veterem, Mediam, & Novam. Vetus Comoedia dicitur ea, quae primum in uſu fuit eo tempore, quo ſummum imperium penes populum fuit, eratque rude carmen, ſed ars addita ſubinde eſt, & primum ferunt Cratinum partes diſtinxiſſe, actus diſpoſuiſſe, quam ſuſceptam operam abſolvit poſtea Ariſtophanes. Et quoniam tum populus imperabat, licuit idcirco illius ſaeculi poetis riſum aucupari ex quocunque genere jocorum, ſive ii ſale, ſive acerbitate eſſent aſperſi. Hinc Praetorum, Judicum iniquitates, civium vitia palam agitata, & magna cum libertate notata. Attritis deinde populi opibus, ejuſque imperio ad paucorum tyrannicam poteſtatem redacto, haec tanta traducendi libertas, quae in vitium exciderat, legibus coercenda fuit, ac ſublatus eſt Chorus, cui illae traducendi partes praecipue tribuebantur. Hinc Mediae nomen ortum eſt, non tunc quidem, ſed poſtquam Novae Comoediae appellatio inſtituta fuit, quae ſub Alexandro magno florere coepit, cujus aetas Oligarchiam ſubſecuta eſt. In Veteri & Media principes fuerunt Cratinus, Eupolis, & Ariſtophanes, in Nova Diphilus, Menander, Epicarmus, Phile-*

mon,

mon, & Apollodorus. Differt autem haec Nova a Veteri multis rationibus. Nam aſtrictior eſt certis legibus tum ad argumenta, quam ad dictionem, nec nova vocabula ad riſum fabricat, & ad cavillum; ſed quinque partitionibus, rectius quam antea, diviſa, tibicinem interjerit, ſo iſque jambicis & trochaicis contenta, haud per varias carminum ſpecies excurrit, ut in Veteri obtinuiſſe conſtat. Hoc Comoediae genus amplexi, & imitati ſunt Latini, apud quos a perſonis in ſcenam prodeuntibus, & a veſtitu ornatuque, quem gerebant, diverſa Fabularum genera ſunt denominata. Itaque Comoediae aliae dictae fuerunt Praetextatae, quibus ſcilicet inducebantur perſonae praetextam veſtem gerentes, ſive Magiſtratus & Sacerdotes, hiſque ſimiles videntur fuiſſe Trabeatae, quas invenit C. Meliſſus grammaticus; aliae Togatae, quales ſcripſiſſe Afranium legimus, quibus privati inducebantur; & denique Tabernariae, quae viliſſimorum hominum, qui in tabernis vivere & merces vendere ſolent, actiones imitabantur. Sed in genere omnes Fabulae latino ſermone conſcriptae, Togatae ſunt dictae, ut a Palliatis, ideſt Graecis, diſtinguerentur. Pallium enim propria erat Graecorum veſtis, quemadmodum toga Romanorum. Diverſi ab his generis fuerunt Atellanae ab Atella Campaniae oppido, in quo plurimae actitatae ſunt, & quae poſtea Romae agebantur a ſcurris urbanis inter & poſt actus ridicularia fundentibus. Omnium primus anno fere V. C. 410 Livius Andronicus latino ſermone Fabulam dedit. Poſt hunc Pacuvius, Caecilius, denique Plautus, & Terentius ſententiarum gravitate, & proprietate verborum eam adeo excoluerunt, exornarunt, perfecerunt ut nihil ſupra. Haec autem nova Comoedia rurſus dividitur in Motoriam, quae negotiis abundat & turbulentiis, in Statariam, quae eſt quietior, & in Mixtam, quae utramque comprehendit. Stataria perſonas graves, ut principes, duces &c. libentius admiſcet. Haec itaque de origine atque incremento; nunc Comoediae partes expendamus, quae tres, ſaltem praecipuae in quibus ea contineri oportet, vulgo eſſe ſolent. Protaſis, quae eſt initium Fabulae, in quo proponitur & narratur ſumma rei ſine declaratione exitus: ita enim argutior eſt, animum ſemper auditoris ſuſpenſum habens ad expectationem. Epitaſis, quae eſt incrementum proceſſuſque turbarum, ſive involutio argumenti. Cataſtrophe, ſive ſolutio

lutio eſt converſio negotii exagitati in tranquillitatem non expectatam, vel explicatio Fabulae, per quam eventus ejus adprobatur. His partibus aliae, quas acceſſorias & circumſtantes vocant, addi commode poſſunt. Hujuſmodi eſt Prologus, quem Latinis ſolum attribuunt nonnulli, ſeu praefatio Fabulae, in qua aut Comoediae argumentum explicatur, aut Poetae conſilia, ut in Adelphis, *aut refelluntur adverſariorum objectiones, ut in* Andria: *animadvertendum tamen Prologi perſonam extra Fabulam omnino eſſe. Titulus ſeu inſcriptio nominis tam Auctoris quam Fabulae, quod non ſolum pronunciabatur ab eo, qui modos faciebat, ſed etiam affigebatur in Proſcenio. Argumentum, quod eſt totius Comoediae ſumma. Hic obſervandum occurrit, quod argumentum hoc vel ex hiſtoriis, vel ex Fabulis deſumatur, tale eſſe debet, ut factum quod praeſefert, unius diei ſpatio, ſive 24 horarum, potuerit credibiliter evenire, quod religioſe in Tragoedia eſt etiam obſervandum. Inſuper Actus, qui ſunt partes majores Fabulae, quique vulgo quinque eſſe ſolebant. Scenae minores Fabulae partes vocantur, earumque numerus praefinitus non eſt. Nova Scena tunc eſſe dicitur, cum aliqua perſona egreditur de Theatro, vel nova alia in illud ingreditur: tunc eſt finitus Actus, quando perſonae omnes e Theatro diſcedunt. Chorus fuit olim etiam pars Comoediae, eratque multitudo ad tibias canentium, aut ſaltantium inter Actus. Conſtabat Chorus tam viris, quam mulieribus, & quidquid canebatur ad argumentum Fabulae, maxime ad Actum quem diſtinguebat, oportebat pertinere. Eo vero e nova Comoedia ſublato, ut diximus, ejus partes explevit Tibicen. Itaque introducti ſunt, qui modos facerent, ſeu modulationem, aut harmoniam cum affectibus Comoediae congruentem, qua temperabantur cantica quaedam, quae inter Actus, & quandoque poſt & ante Fabulam canebantur. Mimi etiam Chori partem primum occuparunt, & ad augendam luſus varietatem inter Actus introducti ſolebant, qui geſticulatione aliorum dicta moreſque cum laſcivia imitabantur. Adeo populo placuerunt, ut e Comoedia extracti, auſi ſunt novum Fabulae genus aliorum actiones ridiculae praeſeferens invenire, quod Planipediam Latini dixerunt; quia ob argumenti humilitatem, perſonarumque vilitatem neque cothurnis, aut ſoccis utebantur Mimi, ſed nudis pedibus Fabulam agebant.*

Tra-

Tragoedia a τράγος hircus *&* ᾠδὴ cantus *dicta eſt, quia in Liberi patris honorem, cui ſacer erat hircus, inſtituta fuit hujuſmodi Fabula, & hirco donabatur is, qui in Tragoedia alios cantu vincebat, quem Baccho poſtea ſacrificare debebat. Definitur autem Tragoedia a Scaligero, imitatio per actiones illuſtris fortunae, exitu infelici, oratione gravi & metrica. Qui primus eam dederit, haud ita pro comperto habetur. Conſtat eam vindemiarum tempore primum agi coeptam, cum deorum laudes, & praecipue Bacchi canere nonnulli conſueviſſent, quos Athenienſes fuiſſe Plato contendit. Inde vero eam Theſpis paulo nitidiorem fecit, qui primus penſiles ſcenas in plauſtris circumegit, addiditque nudis oribus faecem pro perſona. Tragoediarum ſpecies a loco duae, Graeca & Latina, in prima Sophocles, Euripides, in altera Seneca principem locum obtinet. Tragoedia diſtinguitur per eadem pene membra & partes, quibus & Comoedia, quas ſuperius fuſius attulimus & explicavimus, ſed tamen animadvertendum quod Cataſtrophe in Tragoedia & ſi non differt genere, tamen differt modo, nam illis turbis addit mortes, aut exilia. Quod ut clarius aſſequi quis poſſit, differentias inter Comoediam & Tragoediam breviter ſubjiciemus. Differunt autem quatuor potiſſimum modis. Primo materia, hoc eſt rebus ipſis, nam in Comoedia itinera, amores, nuptiae; in Tragoedia perturbationes, exilia, caedes introducuntur. Secundo differunt perſonarum qualitate, nam in illa privati homines, & mediocris tantum fortunae, in hac vero ſunt Heroes, Reges, Principes. Tertio exitu, qui laeti & jucundi ſunt in Comoedia, at triſtes & horribiles in Tragoedia. Quarto denique dictione, ſive ſtilo. Comicus enim ſermo de medio ſumtus, Tragicus vero gravis, cultus, vehemens, figuris verbiſque grandiloquis redundans. Vlterius Tragoedia neque argumentum habet, neque prologum ſeparatum, ut Comoedia, ſed in perſona aliqua ad Fabulam pertinente, neque Chorum umquam amiſit; quemadmodum Comoedia, & loco Mimi, Satyri introducti ſunt in Tragoediam, qui riſu, jocis, ſalibus, ſaltatione, & petulantia, ut fert eorum natura, tragica gravitas, maerorque condiretur, aut potius mitigaretur. Plurimum arriſerunt Latinis Satyrorum ſales, atque dicacitas, hinc ii extra Scenam ſatyricam poeſim excoluerunt, novumque Fabulae genus a Tragoedia diverſum inſtituerunt, quo hominum vitia impeterent, & caſtigarent.*

Supereſt ut coronidis loco hic nonnulla de ſcenico habitu, ornatuque breviter apponamus. Scenicus habitus erat indumenti genus, quo actores utebantur, ut alter ab altero dignoſceretur, & eorum aetati, conditioni apprime reſpondebat. Itaque Reges cum diademate & ſceptro in Scenam prodibant. Erat diadema vitta capiti obvoluta, ſceptrum virga aere ornata. Muliebris veſtis tragica, erat ſirma, oblongum veſtimenti genus, quod a cauda & tractu ita dicebatur, & peplum, fluxa veſtis, quae ceteris ſuperinduebatur. Senes candidas veſtes induebant, quod is antiquiſſimus veſtitus fuiſſe memoratur. Adoleſcentibus diſcolor ad eorum ingenii mobilitatem praeſeferendam tribuebatur. Servi amictu exiguo, quo expeditiores agerent, contegebantur. Paraſiti cum intortis pallis veniebant. Laeto veſtitus candidus, aerumnoſo obſoletus, diviti purpureus, pauperi phoenicius, militi chlamys purpurea, puellae habitus peregrinus tribuebatur. Leno pallio varii coloris utebatur, cui virgam rectam in manu dat Pollux. Neque praetereundi ſunt Mimi, qui utpote illi, qui ex foro, tabernis, & angiportis accedebant, faces & habitus iis locis congruentes afferebant. Satyri vero capripedes, villoſi, hinnuli veſte tegebantur, eorum facies ridicula, geſtus obſcoeni. Indumenti genus etiam calceamenta cenſentur; ejus genera duo. Cothurnus in Tragoediis (cujus uſum Sophocles in Scenam intulit) qui e corio uſque ad dimidiam cruris partem utrivis pedi aeque accomodari poterat, & eo Tragici proceriores evadebant, ut Heroum magnitudinem aequarent. Heroas enim mira fuiſſe proceritate narratur. Soccus in Comoedis, qui cothurno humilior erat. Denique actores in Fabulis peragendis faciem ſibi perſona obtegebant, quam alii Maeſonem Megarenſem, alii Aeſchylum inveniſſe contendunt. Apud Latinos perſona primus uſus eſt Roſcius Gallus praecipuus hiſtrio, qui oculis obverſis erat, quamvis nonnulli Cincium & Faliſcum, illo antiquiores, fuiſſe malint.

DE

DE THEATRO, EJVSQVE PARTIBVS.

QUoniam vero vix ea, quae in Fabularum narratione occurrunt, perfecte intelligi poſſunt, ſine aliqua Theatri ejuſque partibus cognitione, nos ſtudioſae juventuti plurimum conſulere exiſtimamus, ſi nonnulla hic obiter de eo adjicerimus. Omnium primus Theſpis tanquam ambulatorium Theatrum commentus eſt. Tectis namque vehiculis in aedicularum modum, in iis Fabulas egit, atque agendas circumduxit. Temporis progreſſu in Graecia, primum Athenis, ſtructum fuit Theatrum e lapide, cum antea ſublicium fuiſſet. Romae vero A. V. 599. Cenſoribus M. Valerio Meſſala, atque C. Caſſio Longino Theatrum primum ſtructum fuit, & inde vero temporaria Theatra, cum ſe occaſio tuliſſet, extrui coeperunt. Primus autem Pompejus in conſulatu ſuo ſecundo Theatrum ex lapide quadrato extruxit magnificentiſſimum. Theatri forma fere erat ſemicircularis, ſed lateribus paulo productioribus. Antiquis quidem temporibus ſtantes ſpectabant, mox ſubſellia ſibi quiſque afferebat, demum ſedilia cum porticibus & ſcalis etiam ex lapide erecta fuerunt. In ſingulis gradationibus, & ſcalaribus erant aditus, ſeu portae, quae Vomitoria dicebantur, per quas ab exterioribus porticibus venientes in ſedilia ſe funderent. Theatri partes Scena, Proſcenium, Pulpitum, Poſtſcenium, & Orcheſtra. Scena primis temporibus erat umbraculum ex arborum frondibus umbrae cauſſa a ruſticis conſtitutum. Et quoniam in hujuſmodi umbroſis tabernaculis Attica juventus Fabulas ſuo more agebat, factum eſt, ut poſtea apud Graecos, & Romanos idem nomen manſerit contabulationi, quae inter utrumque Theatri cornu erat protenſa, in qua ab actoribus Fabulae agebantur. Scena itaque proprie erat ea Theatri pars proxima Proſcenio, ſed illo ſuperior, in qua latebant, & ex qua prodibant actores, & ab uno ejus cornu ad alterum porrigebatur, eratque triplex: Tragica, quae in regium morem ſignis & columnis erat ornata: Comica, & Satyrica, quae arbores, ſpeluncas, montes, & privata aedificia praeſeferebat. Erant autem Scenae aliae temporariae, aliae ſtabiles, tum etiam verſatiles, cum ſubito tota Scena machinis quibuſdam vertebatur,

tur, & aliam picturae faciem oſtendebat, tum etiam ductiles, cum tractis tabulatis hac atque illac, ſpecies picturae nudabatur interior, vel aulaea ſubducebantur. Scena enim aulaeis erat tecta, quae Siparia *dicebantur. Sed etiam anterior Scenae facies aulaeo tecta fuit, quod aperta ſcena humi jacebat, peracta Fabula tollebatur. Proſcenium erat locus ante Scenam porrectus, ſed ea depreſſior, in quo erat Pulpitum excitatum, agentium & loquentium locus. Poſtſcenium erat locus poſt Scenam, in quo peragebantur ea, quae apte, vel decore in Scena agi non poterant. Orcheſtra, ab* ὀρχεῖσθαι ſalto, *apud Graecos erat locus, in quo Chorus canere & ſaltare conſueverat, apud Latinos erat ea interior Theatri pars concava, quae inter ſedilia, ſive cuneos, & Proſcenium interjecta erat, praeducta muro pedem unum alto, quod* Podium *dicebatur, qui columnis tres pedes altis ornabatur, quibus ſpectatores inniti poſſent. Ea Senatoribus ad ſpectandum deſignata fuit, & erat quatuor, aut quinque graduum, quorum digniſſimus imus fuit, Podio proximus & Scenae. Superior Theatri pars porticibus conſtabat, e quibus tenuiores ſpectabant. Habuit praeterea Theatrum alias partes minus principales, ut vela quibus totum quantum obducebatur, quae carbaſina Q. Catulus, byſſina Lentulus, Nero ſtellata poſuit; primum excogitata defendendi aeſtus cauſſa, quod officium auxit Pompejus etiam aqua deducta per ſedilia. Pegmata, quae erant ex ligno compacta aedificia editiora ad aliquid oſtendendum. Theatra cum Comoedia ageretur, ſacra erant Apollini, cum vero Tragoedia, Baccho, quia Tragoedia apud Graecos in honorem Bacchi fuit peracta, cujus ara ad alterum Theatri cornu ſtabat, ad alterum vero illius Dei, Imperatoris, vel Civis, in cujus honorem ludi, aut juſta, aut parentalia fiebant.*

Hos errores, & quoſcunque offenderit, corrigat benevolus, ac diligens Lector.

Pag. 5. verſu 6. Prologi, lege Noctu. *p. 7. animadverſionum numero* 11. *l.* jurejurando. *p. 69. anim. n. 6. l.* φασγάνιον. *p. 124. anim. n.* 20. *l.* poenae. *p. 149. anim. n. 2. l.* praefigebantur *ead. p. n.* 6. *l.* fiebant. *p. 177. anim. n. 18. l.* ſequutum. *p. 184 in arg. l.* nuptiis. *p. 201. anim. n. 15. Micio l. Simo. p. 207. in arg. l.* Simoni. *p. 225. anim n. 1. l.* adhuc *p. 228. anim. n. 22. l.* Tyranni. *p. 231. in arg. l.* queritur. *p. 233. anim n. 20. l.* utcunque. *p. 237. anim. n. 9. l.* circumdant. *p. 240. in arg. l.* ſuſpicans.

M. AC-

M. ACCII PLAVTI
RVDENS

CVM ANIMADVERSIONIBVS ET INTERPRETATIONIBVS

PETRI MARIAE SODERINI

DE CL. REG. SCHOLARVM PIARVM.

Digitized by Google

Duplex omnino eſt jocandi genus; unum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcoenum: alterum elegans, urbanum, ingenioſum, facetum: quo genere non modo Plautus noſter, & Atticorum antiqua Comoedia, ſed etiam Philoſophorum Socraticorum libri ſunt referti.

Cicero lib. 1. de Officiis.

Terentium ipſum amo, admiror, ſed Plautum magis: uterque adoleſcentibus in ſinu, in manu, in oculis ſit. Conferantur etiam, ſi placet, inter ſe; Tantum Plauto Terentius ne praeferatur.

J. Lipſius Quaeſt. lib. 2. Epiſt. 18.

M

Digitized by Google

ANTONIO . FRANCISCO . ACCIAIVOLIO. TORIGLIONIO
EQVITI . MARCHIONI . PATRICIO
ET . SENATORI . FLORENTINO
MAIORVM . SVORVM
NOBILITATE. DOCTRINA . DIGNITATE
MVLTIS . IN . REM . FLORENTINAM
ET . CHRISTIANAM. MERITIS
PRAECLARISSIMORVM
SEX. PRAESERTIM. VRBIS . ATHENARVM . DVCVM
CLARITATE. SPECTATISSIMO
HVMANITATE. PRVDENTIA . MORVM. SVAVITATE
OMNIBVS . PROBATISSIMO
VINDICATA . AB. INTERITV
NOBILISSIMA . FAMILIA . SVA
VOCATO . A. MADERA . INSVLA
ET . IN . GENTEM . SVAM . COOPTATO
HYACINTHO . ACCIAIVOLIO
DE . TOTO . SVO . GENERE
ATQVE . ADEO . DE . PATRIA . SVA
OPTIME . MERITO
PETRVS . MARIA . SODERINVS
SVAS . IN. PLAVTI. RVDENTEM . ANIMADVERSIONES
ET . INTERPRETATIONES
OPTIMARVM . LITTERARVM . AMANTISSIMO
L. M. Q. D. D. D.

M. ACCII PLAVTI
R V D E N S.

A R G V M E N T V M.

DAemones ſenex Athenienſis ex Daedale uxore filiam habuit Palaeſtram, quam triennem raptam, praedo vendidit lenoni Labraci, qui Cyrenas Libyae urbem cum Ampeliſca puella altera aſportavit. Annis compluribus poſt Daemones invidia civium in exilium pulſus, cum conjuge, Sceparnione ſervo, aliiſque familiaribus, Cyrenas ſe contulit, ubi Labrax puellam Palaeſtram in arte fidicina inſtituendam curabat. Hanc cum forte vidiſſet Pleuſidippus adoleſcens Athenienſis, adit Labracem puellae cuſtodem, ab eo illam emit triginta minis, dat arrhabonem, eam ſibi deſtinat, ac jurejurando lenonem obſtringit. Interim Charmides leno Agrigentinus vir perditiſſimis moribus Labraci ſuadet, ut Palaeſtram, atque Ampeliſcam Agrigentum transferat, fore enim, ut ibi longe majus de ipſis ſit lucrum facturus. Conſilium ſequitur Labrax, puellas, & quidquid rei familiaris habet noctu clam domo aufert, navi imponit, & ſe ſe cum Agrigentino Charmide mari committit. Oboritur repente tempeſtas, navis frangitur, lenones eiicjuntur in littus, puellae cum in ſcapham ſeſe conjeciſſent ad locum jactantur finitimum villae, in qua Daemones Palaeſtrae pater habitabat; qui filiam tamen non agnoſcebat. Confugiunt ambae ad proximum Veneris templum, in quod a Sacerdote Ptolemocratia benigne excipiuntur. Huc adveniunt Labrax, & Charmides, qui agnitas puellas repoſcunt; illae ſequi eos nolunt, fit grave diſſidium; accurrit cum Trachalione Pleuſidippi ſervo, & Daemone, ipſe Pleuſidippus, qui Labracem in jus rapit, quod ſe, accepto pro Palaeſtra arrhabone, fraudaverit. Dum haec fiunt Gripus piſcator Daemonis ſervus rete e mari vidulum educit, in quo

erant Labracis divitiae omnes, & Palaeſtrae crepundia. Videt Trachalio e littore Gripum educentem vidulum, & cum eo contendit praedam ſecum eſſe dividendam. Conveniunt in judicem Daemonem Gripi herum, Trachalioni minime notum. Trachalio nihil aliud petit, niſi Palaeſtrae ciſtellam, in qua erant crepundia, quibus parentes ejus cognoſci poſſent. Itaque praeſente Daemone, & Palaeſtra aperitur ciſtella: agnoſcit filiam pater ex iis, quae depromuntur. Palaeſtra in matrimonium datur Pleuſidippo, Trachalio manumiſſus uxorem ducit Ampeliſcam. Labrax leno pollicetur Gripo argenti talentum, ut reddat vidulum, & Gripus libertate donatur. Haec fabula e Graeca Diphili in Romanam linguam a Plauto eſt verſa. *Rudens* appellatur, quia a fune illo, cui ſuſpenſum fuit rete ad educendum e mari vidulum pependit fortuna Daemonis, Palaeſtrae, Ampeliſcae, & Pleuſidippi. Scena eſt Cyrenis in Libya.

DRAMATIS PERSONAE.

PROLOGUS. ARCTURUS.

DAEMONES *Athenienſis Palaeſtrae Pater.*
PALAESTRA *filia Daemonis, & Daedalis.*
AMPELISCA *puella.*
SCEPARNIO) *ſervi Daemonis.*
GRIPUS)
SPARAX)
LORARII)
PLEUSIDIPPUS *Athenienſis adoleſcens, amator Palaeſtrae.*
TRACHALIO *ſervus Pleuſidippi.*
PTOLEMOCRATIA *Sacerdos Veneris.*
LABRAX *leno Cyrenenſis.*
CHARMIDES *leno Agrigentinus.*
PISCATORES *anonymi.*
Epilogus.

AR-

ARGVMENTVM.

Reti piſcator de mari extraxit vidulum,
Ubi erant 1 *berilis filiae crepundia,*
2 *Dominum ad lenonem quae* 3 *ſurrepta venerat.*
Ea in clientelam 4 *ſuipte* 5 *imprudens patris*
Naufragio ejecta devenit: cognoſcitur,
Suoque amico Pleuſidippo 6 *jungitur.*

PROLOGUS.

Duas habet partes hic prologus. In quarum prima Arcturus oſtendit caeleſtia ſigna imperio Jovis noctu lucere in caelo, interdiu verſari inter homines, eorum facta obſervare, & in tabulas referre; in quo tota ferme veterum doctrina de Geniis explicatur. In altera fabulae argumentum exponit, atque in eo dicit, ſe, cum vidiſſet a ſceleſtis lenonibus virgines per altum aſportari, immiſſa tempeſtate, iſtis opem, illis autem exitium attuliſse.

ARCTVRVS. 7

Qui gentes omnes, mariaque & terras movet,
Ejus ſum 8 *civis* 9 *civitate caelitum.*
Ita ſum, ut videtis, ſplendens ſtella candida,
Signum quod ſemper 10 *tempore exoritur ſuo*
Hic atque in caelo. nomen Arcturo eſt mihi.
Noctu ſum in caelo clarus, atque inter deos:
Inter mortales ambulo 11 *interdius.*
Et alia ſigna de caelo ad terram accidunt.
Qui eſt imperator divûm, atque hominum Juppiter;
Is nos per 12 *gentis alium* 13 *alià diſparat,*
Hominum qui facta, mores, pietatem & fidem
Noſcamus; ut quemque 14 *adjuvet opulentia:*

 Qui

1 Filiae ſui heri. 2 Venerat in dominium, & poteſtatem lenonis. 3 Clam rapta a praedone. 4 Sui ipſius. 5 Inſcia. 6 In uxorem datur. 7 Stella ad femur, ſeu coxam Bootae, quae ſuo occaſu tempeſtates cire creditur. 8 Civis Jovis, Italice *concittadino*. 9 E caelo. 10 Exoritur diebus XI. ante aequinoctium autumnale. 11 Perdiem. 12 Per gentes: hoc eſt, nos ſeparat, & alium in has, alium in alias partes mittit. 13 In diverſas oras ſeparat. 14 Quomodo unuſquiſque fiat dives.

Qui falſas lites falſis teſtimoniis
1 *Petunt; quique* 2 *in jure abjurant pecuniam;*
Eorum referimus nomina exſcripta ad Jovem.
3 *Cotidie ille ſcit, quis hic* 4 *quaerat malum.*
5 *Qui hic litem* 6 *adipiſci poſtulant perjurio,*
7 *Mali* 8 *res falſas qui impetrant apud judicem:*
Iterum 9 *ille eam* 10 *rem judicatam judicat,*
11 *Majore multâ multat, quam litem auferunt.*
Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet.
Atque hoc ſceleſti in animum 12 *inducunt ſuum,*
Jovem ſe placare poſſe donis, hoſtiis.
Et operam & ſumtum 13 *perduunt: id* 14 *eo fit, quia*
15 *Nihil ei acceptum eſt a perjuris ſupplicii.*
Facilius, ſi qui pius eſt, a dis ſupplicans,
Quam qui ſceleſtus eſt, inveniet veniam ſibi.
Icirco moneo vos ego haec, qui eſtis boni,
Quique 16 *aetatem agitis cum pietate & cum fide,*
17 *Retinete porro;* 18 *poſt factum ut laetemini.*
Nunc, huc qua cauſſa veni, argumentum eloquar.
19 *Primum dum huic eſſe nomen urbi* 20 *Diphilus*
21 *Cyrenas voluit. illic habitat Daemones*
In agro atque villa proxuma 22 *propter mare,*
Senex, qui huc Athenis exſul venit, haud malus.
Neque is 23 *adeo propter* 24 *malitiam* 25 *patria caret:*
Sed, dum alios 26 *ſervat, ſe* 27 *impedivit interim:*
28 *Rem bene paratam* 29 *comitate perdidit.*

Huic

1 Expetunt litigare ſine jure, falſis teſtimoniis freti. 2 Ante Praetorem juramento negant ſe pecuniam accepiſſe. 3 Idem ac quotidie. 4 Mereatur ob malefacta poenam. 5 Subintellige, qui ſint illi. 6 Obtinere, vincere. 7 Qui ſint illi mali homines. 8 Indebitas res ab judice obtinent. 9 Juppiter. 10 Litem male judicatam. 11 Eos, qui injuſte vicerunt multat majore multa, quam ſit ea utilitas, quam ex lite eis adjudicata, ſunt conſecuti. 12 Credunt, ſibi perſuadent. 13 Hoc eſt, perdunt. 14 Ob eam cauſſam evenit. 15 *Nihil ſupplicii*, hoc eſt, nihil ſupplicationis, nihil hoſtiarum, & ſacrificiorum. 16 Vitam ducitis. 17 Scilicet hanc pietatem, & fidem, hoc vitae inſtitutum. 18 Poſt vitam bene actam. 19 *Primum dum*, idem ac primum. 20 Poeta comicus graecus hujus fabulae auctor. 21 Urbs eſt Libyae in Africa caput regionis Cyrenaicae. 22 Prope. 23 Certe. 24 Propter improbitatem. 25 Exul a patria eſt. 26 Aliis opem ferre ſtudet, aliis ſpondet. 27 Seipſum laedit, ſibi nocet. 28 Alii legunt, *rem bene partam*, hoc eſt bene, atque legitime acquiſitam, & comparatam. 29 Nimia indulgentia in amicos.

1 Huic filiola virgo periit parvola,
Eam de praedone 2 vir mercatur peſſumus.
Is eam huc Cyrenas leno advexit virginem.
Adoleſcens quidam 3 civis hujus Atticus
Eam vidit ire e 4 ludo fidicino domum.
Amare 5 occoepit: ad lenonem devenit,
6 Minis triginta ſibi puellam 7 deſtinat,
Datque arrhabonem, & jurejurando 8 alligat.
Is leno, ut ſe 9 aequum eſt, 10 flocci non fecit fidem:
Neque, quod 11 juratus adoleſcenti dixerat.
Ei erat hoſpes, 12 par illius, Siculus, ſenex
Sceleſtus, 13 Agrigentinus, urbis proditor:
Is illius laudare 14 inſit formam virginis,
Et aliarum itidem, quae ejus erant mulierculae.
Inſit lenoni ſuadere, ut ſecum ſimul
Eat in Siciliam: ibi eſſe homines 15 voluptarios
Dicit: 16 poteſſe ibi fieri eum divitem:
Ibi eſſe quaeſtum maxumum meretricibus.
Perſuadet. navis clanculum conducitur.
Quidquid erat, noctu in navem comportat domo
Leno: adoleſcenti, qui puellam ab eo emerat,
Ait ſe ſe Veneri velle votum ſolvere.
Id hic eſt fanum Veneris, & 17 eò ad prandium
Vocavit adoleſcentem huc. ipſe hinc illico
Conſcendit navem, avehit meretriculas.
Adoleſcenti alii narrant, ut res geſta ſit:
Lenonem abiviſſe. ad portum adoleſcens venit:
Illorum navis longe 18 in altum abſceſſerat.
Ego, quoniam video virginem 19 aſportarier,

 1 *Te-*

1 *Huic periit*: ſcilicet, hic amiſit filiolam parvulam. 2 Leno vir peſſimus. 3 Hujus puellae civis, ex eadem Athenarum urbe. 4 E ludo, ſeu ſchola, ubi fidibus canere diſcitur. In multis MSS. extat *fidicinio*. 5 Cepit. 6 Mina Attica vetus conſtabat ſeptuaginta quinque drachmis, Mina vero nova, quae Graeca dicebatur, conſtabat centum drachmis. Drachma autem idem eſt ac denarius romanus. Itaque Mina nova reſpondet decem nummis aureis romanis, ſeu Philippeis. 7 *Sibi deſtinat*: hoc eſt, emit data arrha, & delato in alium diem pretio. 8 Juramento adſtringit lenonem. 9 Hoc eſt, ut aequum eſt ſe facere; ut eſt lenone dignum. 10 Nihili aeſtimavit. 11 Jusjurando interpoſito 12 Non diſſimilis a ſuis moribus. 13 Ex Agrigento urbe Siciliae quondam maxima. 14 Incipit 15 Effeminatos, voluptatibus deditos. 16 Idem ac poſſe. 17 Ideo. 18 In altum mare. 19 Aſportari.

1 Tetuli ei auxilium, & lenoni exitium ſimul:
2 Increpui hibernum, & fluctus movi maritimos.
Nam Arcturus ſignum ſum omnium acerrumum:
Vehemens ſum exoriens: cum occido, vehementior.
Nunc ambo in ſaxo, leno atque hoſpes, ſimul
Sedent ejecti: navis confracta eſt 3 ibus.
Illa autem virgo, atque altera itidem ancillula,
De navi timidae deſiluerunt in ſcapham.
Nunc eas ab ſaxo fluctus ad terram ferunt,
Ad villam illius, exſul ubi habitat ſenex,
4 Quojus deturbavit ventus tectum & tegulas.
Et ſervos illic eſt ejus, qui egreditur foras.
Adoleſcens huc jam adveniet, quem videbitis,
Qui illam 5 mercatu' ſt de lenone virginem.
Valete, ut 6 hoſtes voſtri diffidant ſibi.

ACTUS PRIMUS

SCENA I.

Sceparnio Daemonis ſervus tempeſtatem, & ventorum vim lamentatur.

Sceparnio.

PRO Dî immortales! tempeſtatem 7 cujuſmodi
Neptunus nobis nocte hac miſit proxuma!
8 Detexit ventus villam. quid verbis 9 opu' ſt?
Non ventus fuit, verum 10 Alcumena 11 Euripidi,
Ita 12 omnis de tecto deturbavit tegulas:
13 Illuſtrioris fecit, feneſtraſque 14 indidit.

SCE-

1 Tuli. 2 Commovi, excitavi ventum procelloſum. 3 Hoc eſt ipſis. 4 Cujus. 5 Mercatus eſt. 6 Hoc eſt, ut hoſtes veſtri, o Romani, diffidant ſuis viribus, atque a vobis vincantur. Hoc Romanis ſpectatoribus ad bellum pronis dicit Arcturus, quibus nihil gratius poterat polliceri, quam victoriam de inimicis. 7 Qualem. 8 Aſportando tegulas. 9 Opus eſt. 10 Tragoedia Euripidis, nomine Alcumena, in qua cum Alcumena pariebat Juppiter vehementiſſimam tempeſtatem immiſit. Itaque ſenſus eſt: Non ventus fuit, qualis interdum oriri ſolet, verum qualis ortus eſt nutu Jovis, in partu Alcumenae, de quo Euripides. 11 *Euripidi*, genitivus antiquus, pro Euripidis. 12 Omnis pro omnes. 13 Illuſtrioris pro illuſtriores, hoc eſt fecit nos majori lumine illuſtrari propter rimas, & feneſtras in tecto factas. 14 Effecit, adjunxit, addidit novas feneſtras.

SCENA II.

Pleuſidippus audita fuga, quam Labrax arripiebat, venit ad portum cum amicis, ad illum comprehendendum; ſed fruſtra, nam erat jam profectus; verum fracta ob tempeſtatem navi, videt homines ad littus adnare.

Pleuſidippus, Daemones, Sceparnio.

Et 1 vos a voſtris 2 abduxi negotiis,
Neque id proceſſit, qua vos duxi 3 gratia,
Neque quivi lenonem ad portum prehendere.
Sed mea 4 deſidia ſpem 5 deſerere nolui:
6 Eo vos, amici, detinui diutius.
Nunc huc ad Veneris fanum venio viſere;
Ubi 7 rem divinam ſe facturum dixerat.
Sc. *Si ſapiam, hoc, quod me 8 mactat, 9 concinnem lutum.*
Pl. *Prope me hinc neſcio quis loquitur.* Daem. *heus! Sceparnio.*
Sc. *Qui nominat me?* Daem. *qui pro te 10 argentum dedit.*
Sc. *11 Quaſi me tuum eſſe ſervom dicas, Daemones?*
Daem. *Luto 12 uſu' ſt multo, multam terram confode:*
Villam 13 integundam intellego totam mihi:
Nam nunc perlucet ea, quam 14 cribrum, crebrius.
Pl. *15 Pater, ſalveto, amboque adeo.* Daem. *16 ſalvos ſies.*
Sc. *Sed utrum tu mas an femina es, qui illum patrem*
Voces? Pl. *vir ſum equidem.* Daem. *17 quaere vir porro patrem.*
Filiolam ego unam habui, eam unam perdidi.

Vi-

1 Comites quoſdam alloquitur, quos adduxerat, ut lenonem comprehenderet. 2 A veſtris curis, & negotiis avocavi. 3 Id, cujus cauſſa vos vocavi, non ceſſit ex voto. 4 Culpa, & negligentia mea. 5 Spem amittere, & deponere reperiendi lenonis. 6 Ideo. 7 Sacrificium Veneri. 8 Enecat, fatigat. 9 Conficiam, ſuffodiam. Daemones huic ſervo imperaverat, ut lutum conficeret ad villae tecta reſtauranda, quae impetu venti fuerant labefactata; quare hoc verſu Sceparnio dicit, ſe, ſi ſapiat, debere potius ibi, quam aliò, lutum conficere, quod eſt onus adeo grave, ut eum pene enecet. 10 Qui te emit numerata pecunia. 11 Luſorie hoc dicit Sceparnio; erat enim verus ſervus Daemonis. 12 Uſus eſt, opus eſt. 13 Integendam intelligo. 14 Plura habet foramina quam cribrum. 15 Senem appellat patrem, non quod Daemones eſſet Pleuſidippi pater, ſed quod adoleſcentis bene inſtituti ſit ſenes, ut patres, venerari. 16 Salvus ſis. 17 Si vir es, quaere alium patrem, nam ego numquam fui pater viri,

Virile 1 *ſecus numquam ullum habui*. Pl. *At di dabunt*.
Sc. 2 *Tibi quidem hercle, quiſquis es, magnum malum,*
Qui 3 *oratione hic nos occupatos* 4 *occupes*.
Pl. 5 *Iſticcine vos habitatis?* Sc. 6 *quid tu id quaeritas?*
An quo furatum mox venias, veſtigas loca?
Pl. 7 *Peculioſum eſſe decet ſervom, & probum,*
Quem hero praeſente praeterеat oratio;
Aut qui inclementer dicat homini libero.
Sc. *Et impudicum & impudentem hominem addecet,*
Moleſtum ultro advenire ad alienam domum,
Cui debeatur nihil. Daem. *tace, Sceparnio,*
Quid opus, adoleſcens, eſt? Pl. 8 *iſti infortunium,*
Qui praefeſtinet, ubi herus 9 *adſit, praeloqui*.
Sed niſi moleſtum 'ſt, paucis 10 *percontarier*
Volo ego ex te. Daem. 11 *dabitur opera, atque in negotio*.
Sc. 12 *Quin tu in paludem is,* 13 *exſicaſque arundines,*
14 *Qui pertegamus villam, dum* 15 *ſudum'ſt?* Dae. *tace*.
16 *Tu, ſi quid opus eſt, dice*. Pl. 17 *dic, quod te rogo*.
18 *Ecquem tu hic hominem criſpum,* 19 *incanum videris,*
Malum, perjurum, palpatorem? Daem. *plurimos*.
Nam ego 20 *propter ejuſmodi viros vivo miſer*.
Pl. *Hic dico in fanum Veneris qui mulierculas*
Duas ſecum adduxit: quique 21 *adornaret ſibi,*
Ut rem divinam faciat aut hodie aut heri.
Daem. *Non hercle, adoleſcens, jam* 22 *hos dies compluſculos*
Quemquam iſtic vidi 23 *ſacruficare: neque poteſt*
Clam me eſſe, ſi qui ſacruficant. ſemper petunt

Aquam

1 *Secus pro ſexus, neutri generis, & unius caſus* Varro lib. 6. 2 Tibi quidem hercle Dii dabunt magnum malum, quiſquis es, qui &c. 3 Tua garrulitate. 4 Diſtrahis. 5 Iſtic ne. 6 Quare. 7 Ordo eſt: decet eſſe ſervum peculioſum, & probum, quem oratio praetereat praeſente hero, aut qui dicat inclementer homini libero. Ideſt, loqui hero praeſente, & inurbane alloqui hominem liberum, decet ſervum peculioſum, & probum, non te mendicum, & nequam. 8 Opus eſt, ut iſti ſervo ingruat infortunium. 9 Adſit.

10 Paucis verbis nonnihil percontari. 11 Dabitur tibi opera, etiam in negotio: hoc eſt, audiam te, licet occupatus 12 Quare non is tu. 13 Ut ſeces. 14 Quibus. vel ut. 15 *Sudum* eſt, caelum ſerenum eſt. 16 Converſus ad adoleſcentem Pleuſidippum: tu dice, pro dic. 17 Aperi, ne me celes. 18 Num aliquem. 19 Valde canum. 20 Culpa enim talium virorum Daemones exul ab Athenis fuerat ejectus. 21 Qui ſeſe compararet 22 Per complures dies. 23 Sacrificare.

Aquam hinc, aut ignem, aut vaſcula, aut cultrum, aut veru,
Aut 1 *aulam extarem, aut aliquid: quid verbis opu' ſt?*
Veneri paravi vaſa & puteum, non mihi.
Nunc 2 *intervallum jam hos dies multos fuit.*
Pl. *Ut verba* 3 *praehibes, me periiſſe praedicas.*
Daem. *Mea quidem hercle cauſſa ſalvus ſis licet.*
Sc. *Heus tu! qui fana* 4 *ventris cauſſa circumis,*
Jubere melius eſt prandium 5 *ornari domi;*
Fortaſſe tu huc vocatus es ad prandium.
Ille, qui vocavit, 6 *nullus venit.* Pl. *admodum.*
Sc. 7 *Nullum' ſt periculum te hinc ire impranſum domum.*
8 *Cererem te melius quam Venerem ſectarier;*
Amore haec 9 *curat, tritico curat Ceres.*
Pl. *Deludificavit me ille* 10 *homo indignis modis.*
Daem. *Pro dii immortales,* 11 *quid illuc eſt, Sceparnio,*
Hominum ſecundùm litus? Sc. *ut mea eſt opinio,*
12 *Propter* 13 *viam illi ſunt vocati ad* 14 *prandium.*
Daem. 15 *Qui?* Sc. *quia poſt* 16 *coenam, credo, laverunt heri,*
Confracta navis in mari eſt illis. Daem. *ita eſt.*
Sc. *At hercle nobis villa in terra, & tegulae.* Dae. *hui!*
Homunculi 17 *quanti eſtis! ejecti ut natant!*

Pl.

1 Aula extaris eſt olla, in qua coquuntur exta victimarum. 2 A longo tempore nullum fuit oblatum ſacrificium. 3 Idem eſt ac praebes, & perhibes; Italice: *a quel ch' io ſento, tu vuoi dir, ch' io ſon rovinato*. 4 Ut, ſcilicet, ſacris epulis ventrem expleas. Erant hujuſmodi homines, qui templa frequentabant, ut dicacitate ſua victum ſibi emererent, qui *βωμολόχοι* ſcurrae proprie dicebantur. 5 Parari, inſtrui domi ſuae. 6 Non. 7 Nullum eſt periculum, nihil vetat. 8 Melius eſt te ſectari Cererem, quam Venerem. 9 Reficit, recreat. 10 Quem ſcilicet quaero. 11 *Quid illuc eſt hominum*: hoc eſt, qui ſunt illi homines. 12 Prope. 13 Apud veteres fuit ſacrificium, quod vocabatur *propter viam*; in eo ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, debebat igne conſumi. Sceparnio igitur ſignificat, hos naufragium feciſſe omnium bonorum, ut illi, qui *propter viam* ſacrificant, omnes reliquias flammis conſumunt. 14 Ad prandium ſacrificii, quod vocant *propter viam*. 15 Quare, qua ratione. 16 Veteres fere omnes lavabant ante coenam; poſt coenam vero prodigi, luxu perditi, qui rem ſuam familiarem balneis, vino, & epulis abſumebant; eoque decoctores *bonis elaviſſe* dicebantur. Sceparnio igitur, vel eo quod naufragium bonorum ſuorum fecerint, dicit laviſſe poſt coenam, exemplo prodigorum; vel quod ſint madidi, ut qui exeunt e balneis; vel demum, ut Grutero placet, ſervus dicit eos laviſſe poſt coenam heſterna die, ut intereſſent maturius prandio ſacrificii *propter viam*; id enim fieri ſolitum illo caſu. 17 Quanti eſtis faciendi.

Pl. *Ubi ſunt ii homines, obſecro?* Daem. *hac ad dexteram,*
Vidén' ſecundùm litus? Pl. *video.* 1 *ſequimini.*
Utinam ſit is, quem ego quaero, vir 2 *ſacerrumus!*
Valete. Sc. 3 *ſi non moneas, noſmet meminimus.*
Sed o 4 *Palaemon, ſancte Neptuni comes,*
Quique 5 *hercule illi ſocius eſſe diceris,*
Quod 6 *facinus video!* Daem. *quid vides?* Sc. *mulierculas*
Video ſedenteis in ſcapha ſolas duas.
Ut afflictantur miſerae! euge, euge, perbene,
7 *Ab ſaxo avortit fluctus ad litus ſcapham.*
Neque 8 *gubernator unquam potuit.*
Non vidiſſe 9 *undas me majoris cenſeo.*
Salvae ſunt, ſi illos fluctus devitaverint.
Nunc, nunc periculum' ſt! 10 *ejecit alteram,*
At in vado' ſt. jam facile 11 *enabit* 12 *eugepae!*
Vidén', alteram illam ut fluctus ejecit foras!
Surrexit: 13 *horſum ſe capeſſit. ſalva res!*
Deſiluit haec autem altera in terram e ſcapha.
Ut prae timore in genua in undas concidit!
Salva' ſt! evaſit ex aqua; jam in litore eſt.
Sed 14 *dextrovorſum avorſa it in malam crucem.*
Hem! errabit 15 *illaec hodie.* Daem. *quid id refert tua?*
Sc. *Si ad ſaxum quò* 16 *capeſſit, ea deorſum* 17 *cadit,*
Errationis 18 *fecerit compendium.*
Daem. *Si tu* 19 *de illarum coenaturus veſperi es,*
Illis 20 *curandum cenſeo, Sceparnio:*

Si

1 Alloquitur ſocios, quos ſecum adduxerat. 2 Maxime ſacrilegus, execrandus. 3 Hoc eſt, etſi non moneas ut valeamus, attamen noſmet recordamur.
4 Filius Athamantis, & Inus, a Latinis Portumnus appellatus, quod portubus praeſit. 5 *Hercule* hoc loco eſt vocandi caſus. Sed cur Neptuni comes? An quia ſicuti Neptuno, & Palaemoni viae marinae, ita huic quoque caeterae curae ſint? Conſtat enim profecturos Herculi ſacrificare ſolitos olim. Haec *Colerus* 6 Portentum, mirum. 7 A ſcopulo avertit. 8 Senſus eſt. Adeo feliciter ſcapha ad litus vi fluctuum appulit, ut nullus gubernator melius eamdem regere potuiſſet. 9 Undas majores, majores fluctus, vehementiorem procellam. 10 Fluctus, ſcilicet, ejecit e ſcapha. 11 Ex aqua ad terram emerget. 12 Interjectio exultantis. Sceparnio enim videns alteram ex mulierculis feliciter periculum evaſiſſe geſtit, & hac voce gratulatur. 13 In hanc partem ſe confert 14 *Dextrovorſum averſa*, in dextram partem rapta. 15 Illa. 16 Ad quod contendit, erga quod vadit 17 Impingit, decidit. 18 Deſierit errare, & vagari. 19 De illarum coena; nam veſpera coena dicebatur. 20 Curam de illis tibi capiendam.

Si apud me eſurus es 1 *mihi dari operam volo.*
Sc. 2 *Bonum aequomque oras.* Daem. *ſequere me hac ergo.*
Sc. *ſequor.*

SCENA III.

Palaeſtra fluctibus ejecta in littus, deplorat vicem ſuam, tum propter caſum ſuum, tum vel maxime, quod Ampeliſcam ſociam periculorum non inveniat.

Palaeſtra.

3 *NImio hominum fortunae minus miſerae memorantur,*
Quam reapſe experiundo iis datur acerbum!
Hoc Deo complacitum eſt? me hoc 4 *ornatu ornatam,*
In incertas regiones, timidam, ejectam 5 *?*
6 *Hanccine ego ad rem natam miſeram me memorabo?*
Hanccine ego 7 *partem capio* 8 *ob pietatem praecipuam.*
Nam hoc mihi haud 9 *labori eſt laborem hunc* 10 *potiri,*
Si erga parentem, aut Deos 11 *me impiavi,*
Sed id ſi 12 *parate curavi ut caverem:*
Tum hoc mihi indecore, inique, 13 *immodeſte*
Datis, Di. Nam quid 14 *habebunt ſibi igitur impii*
Poſthac, ſi ad hunc modum 15 *eſt innoxiis honor*
Apud vos? Nam me, ſi ſciam feciſſe
Aut parentes ſceleſte, minus me 16 *miſerer.*
Sed 17 *herile ſcelus me ſollicitat: ejus me impietas* 18 *male*
Habet. Is navem, atque omnia perdidit in mari.
Haec bonorum ejus ſunt 19 *reliquiae. etiam, quae ſimul*
Vecta mecum in ſcapha' ſt 20 *excidit. ego nunc ſola ſum.*

Quae

1 Mihi, & meo operi te incumbere. 2 A me petis, & exigis quod bonum, & aequum eſt. 3 Ordo eſt: fortunae hominum memorantur nimio minus miſerae, quam reapſe datur iis acerbum experiundo. Sententia autem eſt: fortunae hominum dicuntur multo minus miſerae, atque acerbae, quam reipſa contingat experiri earum acerbitatem. 4 His veſtibus. 5 Subintelligitur eſſe, ſeu tendere. 6 *Hanccine ad rem*, ſcilicet, ad hanc ne calamitatem. 7 Sortem, praemium, remunerationem. 8 Religionem meam in Deos. 9 *Haud labori eſt hoc mihi*, ſcilicet, non aegre fero, non mihi eſt acerbum hoc. 10 Perferre. 11 *Me impiavi*, impia fui. 12 Diligenter, accurate, dedita opera. 13 Immoderate. 14 Poenarum, ſcilicet, & caſtigationum. 15 Id eſt, habetur. 16 Miſeram praedicem. 17 Heri mei lenonis. 18 Divexat. 19 Se unam oſtendit ſuperfuiſſe ex omnibus bonis heri ſui. 20 Periit.

Quae ſi mihi foret ſalva ſaltem, labor
Lenior eſſet hic mihi ejus 1 *opera.*
Nunc quam ſpem, aut opem, aut conſilii quid capeſſam?
Ita hic ſolis locis 2 *compotita ſum.*
Hic ſaxa ſunt, hic mare ſonat, nec quiſquam
Homo mihi obviam venit.
Hoc quod induta ſum, 3 *ſummae opes oppido,*
4 *Nec cibo, nec loco, tecta quo ſim, ſcio.*
Quae mihi eſt ſpes, qua me vivere velim?
Nec loci gnara ſum, nec 5 *diu hic fui.*
Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis
Aut viam aut ſemitam monſtret: ita nunc hac
An illac eam, incerta ſum conſilii:
Nec prope uſquam hic quidem cultum agrum conſpicor.
Algor, error, pavor membra omnia tenent.
Haec parentes haud mei ſcitis miſeri,
Me nunc miſeram ita eſſe, uti ſum, libera ego
Prognata fui maxume; nequidquam fui.
Nunc 6 *quî minus ſervio, quam ſi forem ſerva nata?*
Neque quidquam unquam iis profui, qui me ſibi 7 *eduxerunt.*

S C E N A IV.

Ampeliſca, & Palaeſtra ſe invicem quaerunt, & inveniunt. Madidae e naufragio pergunt una ad templum Veneris.

Ampeliſca, Palaeſtra.

Quid mihi melius eſt, quid 8 *magis in rem eſt, quam corpore vitam* 9 *ſecludam?*
Ita male vivo: atque ita mihi multae in pectore ſunt curae 10 *exanimales.*
Nunc 11 *dein vitae haud parco: perdidi* 12 *ſpem, qua me oblectabam.*

Omnia

1 Praeſidio. 2 Ad haec deſerta loca perveni. 3 Ordo eſt. Meae ſummae opes ſunt oppido hoc, quod induta ſum; hoc eſt, omnes meae divitiae ſunt haec veſtimenta. Lipſius putat legendum: *Sunt meae.* 4 Nec ſcio, aut quo cibo utar, aut quo loco tegar, vel ubi locorum ſim; nam *loco tegi* aliquando ſignificat in loco eſſe. 5 Nec unquam. 6 In quo, qua ratione. 7 Aluerunt, nutrieruntque. 8 Quid utilius mihi eſt. 9 Excludam, ſeparem. 10 Quae me exanimant, quae conficiunt. 11 Nequaquam parcam meae vitae. 12 Palaeſtram intelligit.

Omnia jam circumcurſavi , atque omnibus in latebris
1 *perreptavi*
Quaerere conſervam voce , oculis , auribus ; ut perveſtigarem.
Neque eam uſquam invenio , neque quo eam , neque qua
quaeram 2 *conſultum' ſt ,*
Neque quem rogitem reſponſorem, quemquam interea invenio.
Neque magis 3 *ſolae terrae ſunt , quam haec loca atque hae*
regiones .
Neque ſi vivit , eam vivam unquam 4 *quin inveniam ,*
deſiſtam .
Pal. *Quaenam vox mihi prope hic ſonat?* Amp. *pertimui .*
Quis hic loquitur prope? Pal. *Spes bona , obſecro* 5 *ſubventa*
Mihi . Amp. *mulier eſt . muliebris vox mihi ad aures*
Venit . an eximes ex hoc miſeram metu?
Pal. *Certo vox muliebris* 6 *auris tetigit meas .*
Num Ampeliſca obſecro' ſt? Amp. 7 *ten' , Palaeſtra , audio?*
Pal. 8 *Quin voco , ut me audiat , nomine illam ſuo .*
Ampeliſca! Amp. *hem quis eſt?* Pal. *ego Palaeſtra ſum .*
Amp. *Dic , ubi es?* Pal. 9 *pol ego nunc in malis plurimis .*
Amp. *Socia ſum ; nec minor pars mea' ſt quam tua .*
Sed videre expeto te . Pal. *mihi es* 10 *aemula .*
Amp. 11 *Conſequamur gradu vocem . ubi es?* Pal. *ecce me .*
Accede ad me , atque 12 *adi contra .* Amp. *fit ſedulo .*
Pal. 13 *Cedo manum .* Amp. *accipe .* Pal. *dic , vivisne obſecro?*
Amp. *Tu facis me quidem ut vivere nunc velim ,*
Quando mihi te licet tangere : ut vix mihi
Credo ego hoc , te tenere! obſecro , amplectere ,
Spes mea! ut me 14 *omnium jam laborum levas!*
Pal. 15 *Occupas praeloqui , quae* 16 *mea eſt oratio .*
Nunc abire hinc decet nos . Amp. *quo , amabo , ibimus?*
Pal. *Litus hoc perſequamur .* Amp. *ſequor , quo lubet .*
Pal. *Siccine hic cum uvida veſte* 17 *graſſabimur?*
Amp. 18 *Hoc quod eſt , id neceſſarium eſt perpeti .*

Sed

1 Reptando omnes latebras penetravi. 2 Video, ſcio. 3 Deſertae. 4 Antequam. 5 Succurre. 6 Ad meas aures accidit, pervenit. 7 Tene. 8 Cur non. 9 Significat, per Pollucem: eſt quoddam juramenti genus tum viris, tum mulieribus commune. 10 Ego, ſcilicet, viciſſim deſidero, me imitaris. 11 Italice: *andiam dietro coi paſsi alla voce.* 12 Veni obviam. 13 Da, praebe. 14 Ab omnibus moleſtiis. 15 Praevenis, antevertis. 16 Quod ego dicere meditabar. 17 Gradiemur. 18 Hoc mali, quod nunc contingit. Hinc P. Syri ſententia: *Honeſte ſervit qui ſuccumbit tempori.*

Sed quid, obſecro, eſt? Pal. *quid?* Amp. *vidèn' amabo,*
Fanum, videſne hoc? Pal. *ubi eſt?* Amp. *ad dexteram.*
Pal. *Video* 1 *decorum dis locum viderier.*
Amp. *Haud longe abeſſe oportet homines hinc; ita hic*
2 *Lepidu' ſt locus. nunc,* 3 *quiſquis eſt deus, veneror,*
Ut nos ex hac aerumna miſeras eximat,
Inopes, aerumnoſas ut aliquo auxilio adjuvet.

SCENA V.

Veneris ſacerdos in aedem excipit virgines Palaeſtram, & Ampeliſcam a mari, & fluctibus recentes.

Sacerdos Veneris, Palaeſtra, Ampeliſca.

QUi *ſunt, qui a* 4 *patrona preces mea* 5 *expeteſſunt?*
Nam vox precantum me huc foras excitavit.
Bonam atque obſequentem deam, atque haud 6 *gravatam*
Patronam 7 *exſequuntur, benignamque multum.*
Pal. 8 *Jubemus te ſalvere, mater.* Sac. *ſalvete,*
Puellae. ſed unde vos 9 *ire cum uvida*
Veſte dicam, obſecro, tam maeſtiter veſtitas?
Pal. *Illico hinc* 10 *imus, haud* 11 *longule ex hoc loco.*
Verum longe hinc abeſt, unde huc vectae ſumus.
Sac. *Nempe* 12 *equo ligneo per* 13 *vias caeruleas*
Eſtis vectae. Pal. *admodum.* Sac. *ergo aequius vos erat*
14 *Candidatas venire* 15 *hoſtiataſque. ad hoc*
Fanum ad iſtunc modum non veniri ſolet.
Pal. *Quaene ejectae e mari ſumus ambae, obſecro!*
Unde nos hoſtias agere voluiſti huc?
Nunc tibi amplectimur genua egentes opum,
Quae in locis 16 *neſciis* 17 *neſcia ſpe ſumus,*
18 *Ut tuo recipias tecto, ſerveſque nos,*

Mi-

1 Ornatum pro diis. 2 Pulcher. 3 Veteres, ne errore laberentur, de certo alicujus Dei nomine dubitantes, dicere ſolebant. *Quiſquis es.* Virg 4. Aen. *Sequimur te ſancte,, deorum Quiſquis es.* 4 Scilicet Venere. 5 Idem ac expetunt; expetere autem preces, idem eſt ac invocare. 6 Non difficilem, neque inexorabilem. 7 Adeunt, proſequuntur. 8 Vetus ſalutandi formula. 9 Venire. 10 Venimus. 11 Diminutivum a longe. 12 Navi. 13 Per campos caeruleos maris. 14 Veteres ad deos adibant candidati, hoc eſt, veſtibus candidis induti. Perſius *Negato ,, Juppiter, haec illi, quamvis te albata rogavit.* 15 Hoſtiis inſtructas. 16 Ignotis. 17 Dubia, & incerta. 18 Subintelligitur, & precamur ut &c.

Miſerarumque te ambarum uti miſereat,
Quibus nec locus ullus, nec ſpes parata eſt,
Neque hoc amplius, quam quod vides, nobis quidquam'ſt.
Sac. *Manus mihi date; exſurgite a genibus ambae:*
Miſericordior nulla me eſt feminarum.
Sed hic pauperes res ſunt inopeſque, puellae:
Egomet vix vitam 1 *colo: Veneri* 2 *cibo meo*
Servio. Amp. *Veneris fanum, obſecro, hoc eſt?* Sac. *fateor. ego*
Hujus fani ſacerdos 3 *clueo. verum, quidquid eſt,*
Comiter fiet a me 4, *quo noſtra copia*
Valebit. ite hac mecum. Pal. *amice benigneque*
Honorem, mater, noſtrûm 5 *habes.* Sac. 6 *oportet.*

ACTVS SECVNDVS

SCENA I.

Dolent piſcatores, quod procelloſo mari piſcari non poſſint, & vivis coloribus piſcatorum fortunam depingunt.

Piſcatores.

Omnibus modis, qui pauperes ſunt homines, miſeri vivunt,
Praeſertim quibus nec quaeſtus eſt, nec didicere artem ullā,
7 *Neceſſitate, quidquid eſt domi, id ſat eſt habendum.*
Nos jam 8 *de ornatu propemodum ut locupletes ſimus,* 9 *ſcitis.*
10 *Hiſce hami, atque hae harundines ſunt nobis quaeſtu &* 11 *cultu.*
Ex urbe ad mare huc prodimus 12 *pabulatum:*
Pro 13 *exercitu* 14 *gymnaſtico & palaeſtrico, hoc habemus,*
15 *Echinos, lepadas, oſtreas, balanos captamus, conchas,*
Marinam urticam, muſculos, plaguſias, ſtriatas.
Poſt id piſcatum 16 *hamatilem, & ſaxatilem aggredimur.*
Cibum captamus e mari: ſin eventus 17 *non venit,*
Neque quidquam captum eſt piſcium, 18 *ſalſi lautique pure*

B *Do-*

1 Tolero; duco. 2 Sumptu. 3 Sum, nominor. 4 Quantum noſtrae vires patientur, quantum potero. 5 Tueris. 6 Italice, *è dovere, ſo il mio dovere.* 7 Neceſſario debet ſatis eſſe. 8 A noſtris hiſce veſtibus. 9 Videtis, intelligitis. 10 Pro hi. 11 Et pro veſtitu. 12 Ad quaerenda pabula piſcatu. 13 Exercitio. 14 Hic locus, ſcilicet, ſeu hoc exercitium gymnaſii, & palaeſtrae nobis vicem exhibet. 15 Haec omnia ſunt piſcium genera. 16 Italice: *la peſca d'amo, e di ſcoglio.* 17 Non fuit ex voto. 18 Hic eſt jocus ex ambiguo. *Salſi*, non ſalibus, ſed aqua marina: *lauti*, non opiparis epulis, ſed madidi: *pure*, quia aqua marina ſordes abluit.

Domum redimus clanculum ; dormimus incoenati.
Atque ut nunc valide fluctuat mare , nulla nobis ſpes eſt.
Niſi quid concharum 1 *capſimus , incoenati ſumus profecto.*
Nunc Venerem hanc veneremur bonam , ut nos 2 *lepide adjuverit hodie.*

SCENA II.

Trachalio quaerit a Piſcatoribus , num viderint Pleuſidippum herum cum armatis , qui cum eo venerant ad impediendum lenonem Labracem ne vela faceret in Siciliam. Negant piſcatores: pergit Trachalio ad templum Veneris , ut herum expectet.

Trachalio , Piſcatores.

Animo 3 *advorſavi ſedulo , ne herum uſquam praeterirem.*
Nam cum modo exibat foras , ad portum ſe ajebat ire ,
Me huc obviam juſſit ſibi venire ad Veneris fanum.
Sed quos perconter , 4 *commode* 5 *eccos video aſtare ! adibo.*
Salvete , 6 *fures maritimi ,* 7 *conchitae , atque hamiotae ,*
Famelica hominum natio ! quid agitis ? ut peritis ?
Piſ. *Ut piſcatorem aequom eſt , fame , ſiti , ſpeque.* Tra *ecquem adoleſcentem huc ,*
Dum hic aſtatis , ſtrenua facie , rubicundum , fortem , qui tres
Duceret 8 *chlamydatos cum* 9 *machaeriis , vidiſtis venire ?*
Piſ. *Nullum iſtac facie , ut praedicas , veniſſe huc ſcimus.* Tra. *ecquem*
10 *Recalvom ac* 11 *ſilonem ſenem ,* 12 *ſtatutum , ventrioſum ,*
Tortis ſuperciliis , contracta fronte , fraudulentum ,
Deorum 13 *odium atque hominum ; malum , mali vitii probrique plenum ,*
Qui duceret mulierculas duas ſecum ſatis venuſtas ?
Piſ. *Cum iſtiuſmodi* 14 *virtutibus operiſque natus qui ſit ,*

Eum

1 Ceperimus. 2 Benigne adjuvet. 3 *Animo adverſavi* , diligenter animadverti. 4 Opportune. 5 Ecce hos homines 6 Jocatur hic Truchalio cum Piſcatoribus. 7 *Conchitae , atque hamiotae* , vos qui conchas legitis , & hamo piſces captatis 8 Militari chlamyde indutos , ſeu homines militares. 9 Cultellis , ſiculis. 10 Calvum. 11 Qui naſum habet ſimum , & repandum. Italice *di naſo largo , e ſchiacciato*. A Plauto dicitur *Silo* , a Cicerone *Silus* , σιμὸς. 12 Magnae ſtaturae. 13 Inviſum diis , atque hominibus. 14 Ironice.

Eum quidem ad carnuficem eſt aequius, quam ad Venerem commeare.

Tra. *At ſi vidiſtis, dicite.* Piſ. *huc profecto nullus venit. Vale!* Tra. *Valete!* 1 *credidi: factum eſt, quod ſuſpicabar.*
2 *Data verba hero ſunt; leno abiit ſceleſtus exſulatum,*
In navem aſcendit, mulieres avexit; ariolus ſum.
Is huc herum etiam ad prandium vocavit ſceleris 3 *ſemen.*
Numquid mihi 4 *meliu' ſt, quam illico hic opperiar herum, dum veniat?*
5 *Eâdem hanc ſacerdotem* 6 *Veneriam, ſi quid amplius ſcit,*
Si videro, exquiſivero: faciet me certiorem.

SCENA III.

Trachalio prodeuntem e templo Veneris Ampeliſcam reperit, quae juſſu Sacerdotis ibat cum urna ad quaerendam aquam; ab ea diſcit naufragium.

Ampeliſca, Trachalio.

7 *INtellego: hanc quae proxuma eſt villam Veneris fano*
Pulſare juſſiſti, atque aquam rogare. Tra. 8 *cuja ad auris*
Vox mihi advolavit? Amp. *obſecro! quis hic loquitur? quem ego video?*
Tra. *Eſt ne Ampeliſca haec, quae foras e fano egreditur?*
Amp. *Eſt ne hic Trachalio, quem conſpicor,* 9 *calator Pleuſidippi?*
Tra. *Ea eſt.* Amp. *is eſt. Trachalio, ſalve!* Tra. *ſalve, Ampeliſca!*
Quid agis tu? Amp. 10 *aetatem haud mala male.* Tra. 11 *melius ominare!*
Amp. 12 *Verum omnes ſapientes decet conferre & fabulari.*

B 2 *Sed*

1 Jam mihi perſuaſeram, quod non veniſſet. 2 Herus deceptus, fraudatus eſt. 3 Is, qui eſt ſemen ſceleris: ſceleris origo, & artifex. 4 Quid ſatius eſt mihi, quam ut hic expectem herum &c. 5 Eadem opportunitate, eodem tempore. 6 Veneris.

7 Intelligo. Ampeliſca ex proſcenio reſpondet ſacerdoti praecipienti, ut aquam roget ex proxima villa, quam Daemones habitat. 8 Cujus vox ad aures meas pervenit. 9 Servus.

10 Ego, ſcilicet, haud mala, vel innocens, male, miſere aetatem ago. Alii legunt: *aetatem haud malam*, quaſi dicat: ego male duco aetatem bonam, juventam meam; nam veteres ſenectutem malam aetatem, & juventutem e contra bonam aetatem vocabant. 11 Dic potius meliora. 12 Ordo eſt: decet omnes ſapientes conferre, & fabulari verum: hoc eſt, oportet omnes qui ſapiunt, loqui, & conferre cum aliis veritatem.

Sed Pleuſidippus tuus berus ubi, amabo, eſt? Tra. *eja vero!*
Quaſi non ſit 1 *intus.* Amp. *neque pol eſt, neque ullus quidem huc venit.*
Tra. *Non venit?* Amp. *vera praedicas.* Tra. 2 *non eſt meum, Ampeliſca.*
Sed 3 *quam mox coctum eſt prandium?* Amp. *quod prandium, obſecro te?*
Tra. *Nempe rem divinam facitis hic.* Amp. *quid ſomnias, amabo!*
Tra. *Certe huc* 4 *Labrax Pleuſidippum ad prandium vocavit*
Herum meum, herus voſter. Amp. *pol haud miranda facta dicis.*
Si deos decepit & homines, lenonum more fecit.
Tra. *Non rem divinam facitis hic vos, neque herus?* Amp. 5 *ariolare.*
Tra. *Quid tu agis hic igitur?* Amp. *ex malis multis, metuque ſummo,*
Capitalique ex periculo, orbas auxiliique opumque huc
Recepit ad ſe Veneria haec ſacerdos, me, & Palaeſtram.
Tra. *An hic Palaeſtra' ſt, obſecro! heri mei amica?* Amp. *certo.*
Tra. *Ineſt* 6 *lepos in nuntio tuo magnus, mea Ampeliſca.*
Sed iſtuc periculum 7 *perlubet quod fuerit vobis ſcire.*
Amp. *Confracta eſt, mi Trachalio, hac nocte navis nobis.*
Tra. *Quid, navis? quae iſtaec fabula eſt!* Amp. *non audiviſti, amabo,*
Quo pacto leno clanculum nos hinc auferre voluit
In Siciliam, & quidquid domi fuit, in navem 8 *impoſivit?*
Ea nunc perierunt omnia. Tra *oh! Neptune lepide, ſalve:*
Nec te aleator ullus eſt ſapientior. profecto
Nimis lepide 9 *jeciſti bolum: perjurum perdidiſti.*
Sed nunc ubi eſt leno Labrax? Amp. *perit potando, opinor.*
Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit.
Tra. *Credo, hercle,* 10 *anancaeo datum, quod biberet. ut ego amo te,*

Mea

1 In fano Veneris. 2 Scilicet, vera praedicare non eſt meus mos. 3 Quam cito coctum erit prandium. 4 Leno. 5 Recte divinas cum haec dicis. 6 Suavitas, jucunditas. 7 *Perlubet ſcire*, vehementer ſcire cupio. 8 Impoſuit. 9 *Jeciſti bolum*: vel ſignificat jeciſti rete, vel jeciſti aleam, nam & aleatores, & piſcatores bolum jaciunt; quare hic jocus ita poteſt enarrari. Evertiſti, Neptune, lenonem perditiſſimum; propterea aleam pulchre jeciſti, vel pulcherrimum jactum retis feciſti. 10 Turnebus putat *Anancaeum* fuiſſe poculum magnum, quod

in

Mea Ampeliſca! ut dulcis es! ut 1 *mulſa dicta dicis!*
Sed tu, & Palaeſtra quomodo ſalvae eſtis? Amp. *ſcibis* 2 *faxo.*
E navi timidae ambae in ſcapham inſiluimus: quia videmus
Ad ſaxa navem ferrier, properans exſolvi reſtim:
Dum illi timent, nos cum ſcapha tempeſtas 3 *dextrovorſum*
4 *Differt ab illis. itáque nos ventiſque fluctibuſque*
5 *Jactatae* 6 *exemplis plurimis miſerae perpetuam noctem:*
Vix hodie ad litus pertulit nos ventus exanimatas.
Tra. *Novi, Neptunus ita ſolet:* 7 *quamvis faſtidioſus*
8 *Aedilis eſt: ſi quae improbae ſunt merces, jactat omnes.*
Amp. 9 *Vae capiti atque aetati tuae!* Tra. 10 *tuo! mea Ampeliſca,*
11 *Scivi lenonem* 12 *facere hoc, quod fecit. ſaepe dixi.*
13 *Capillum promittam optumum' ſt, occipiamque ariolari.*
Amp. *Caviſtis ergo tu atque herus, ne abiret* 14 *cum ſcibatis?*
Tra. *Quid faceret?* Amp. *ſi amabat, rogas, quid faceret? aſſervaret*
Dies nocteſque: 15 *in cuſtodia eſſet ſemper. verum* 16 *ecaſtor*
Ut 17 *multifecit: ita probe curavit Pleuſidippus.*
Tra. *Cur tu iſtuc dicis?* Amp. *res palam eſt.* Tra. 18 *ſcin' tu etiam, qui it lavatum*

in potandi certamine neceſſe eſſet ebibere. Meurſius cenſet ita legendum eſſe: *Herclean Ancaeo datum*: Herclean, pro Hercle.; Ancaei poculum interpretatur *ultimum*, poſt quod animam efflaverit. Quaſi dicere voluerit: Neptunus lenonem invitavit hac nocte magnis poculis, & credo eum jam ultimum bibiſſe, ideſt ſuffocatum eſſe. 1 Suavia. 2 Faciam ut ſcias. 3 In dextram partem. 4 Sejungit. 5 Subaudi fuimus. 6 Modis omnibus infelices. 7 Admodum. 8 Solebant Aediles improbas merces in profluentem jactare. Ex hoc lepidiſſimum jocum eruit Trachalio dicens, Neptunum aedilem faſtidioſum rejeciſſe Ampeliſcam, utpote mercem improbam. 9 Ampeliſca objurgat ſervum, quod ſibi ſuperiori joco illuſerit, & capiti, ac vitae ejus malum imprecatur. 10 Fingit Trachalio ſe proſequi ſuum ſermonem, & interim comminationi reſpondet. *Tuo*, ſcilicet, capiti malum ingruat. 11 Praevidi. 12 Alii legunt *facturum*. 13 Quaſi dicat: divinus ſum, oportet promittam, & ſinam creſcere capillum: quod divinorum, & ariolorum erat. 14 Cum notum vobis erat lenonis conſilium. 15 Italice: *Sarebbe ſempre ſtato alle velette, con gli occhi aperti, in guardia.* 16 Juramentum proprium feminarum, quod ſignificat per Caſtorem, ſeu per Aedem Caſtoris. 17 Magnifecit, in pretio habuit; quaſi dicat: Pleuſidippus ex levi cura, quam de Palaeſtra habuit, quanti eam faceret, demonſtravit. 18 Non ſcis.

In balineas, ibi cum ſedulo ſua veſtimenta ſervat,
Tamen ſurripiuntur: quippe qui, quem illorum obſervet, 1 falſus eſt:
Fur facile, quem obſervet, videt: cuſtos, qui fur ſit, neſcit.
Sed duce me ad illam. ubi eſt? Amp. *i ſane in Veneris fanum huc intro,*
2 Sedentem flentemque 3 opprimes. Tra. *ut jam iſtuc mihi moleſtum eſt!*
Sed quid flet? Amp. *ego dicam tibi. 4 hoc ſe ſe excruciat animi,*
Quia leno ademit ciſtulam ei, quam habebat: 5 ubique habebat,
6 Qui ſuos parentes noſcere poſſet: eam veretur
Ne perierit. Tra. *ubinam ea fuit ciſtellula?* Amp. *ibidem in navi.*
Concluſit ipſe in vidulum, ne 7 copia eſſet ejus,
Qui ſuos parentes noſceret. Tra. *o facinus 8 impudicum,*
Quam liberam eſſe oporteat, ſervire 9 poſtulare!
Amp. *Nunc eam cum navi 10 ſcilicet abiviſſe peſſum in altum.*
Et aurum & argentum fuit lenonis omne 11 ibidem.
Credo 12 aliquem immerſiſſe, atque eum excepiſſe. id miſera maeſta' ſt,
Sibi 13 eorum eveniſſe inopiam. Tra. *jam iſtoc magis 14 uſus facto' ſt,*
Ut eam intro, conſolerque eam, ne ſe ſic excruciet animi:
Nam multa praeter ſpem ſcio multis bona eveniſſe.
Amp. *At ego etiam, qui ſperaverint, ſpem decepiſſe 15 multos.*
Tra. *Ergo animus 16 aequus optumum eſt aerumnae condimentū.*
Ego eo intro, niſi quid vis. Amp. *eas: ego, quod mihi imperavit*
Sacerdos, id faciam; atque aquam hinc 17 de proxumo rogabo.
Nam extemplo, ſi verbis ſuis peterem, daturos dixit:
Neque digniorem cenſeo vidiſſe anum me quemquam,

Cui

1 Deceptus eſt, ignoravit. non bene ſcivit. 2 Hic erat ritus ſupplicum, & eorum, qui tutelae ſui cauſa confugiebant ad deûm aras. 3 Deprehendes, offendes. 4 Ob eam rem animo angitur. 5 Et ubi, &c. in qua ciſtula. 6 Quomodo, quaedam, quibus &c. 7 Ne eſſet in ejus poteſtate. 8 Imprudens, improbum. 9 Velle, cogere. 10 Scire licet, perſpicuum eſt eam demerſam in profundum. 11 In eodem vidulo. 12 Aliquem urinatorem ſubiiſſe fluctus. 13 Signorum, atque, ut infra explicabitur, crepundiorum. 14 Jam operae pretium eſt. 15 Subintelligitur, ſcio. 16 Neutram in partem nimium propenſus, indifferens. 17 A vicinis.

Cui deos atque homines cenſeam benefacere magis decere.
Ut lepide, ut liberaliter, ut honeſte, atque haud gravate
Timidas, egentes, uvidas, ejectas, exanimatas
Accepit ad ſe ſe! haud ſecus, quam ſi ex ſe ſimus natae;
Vt eapſe ſic 1 *ſuccincta aquam calefactat, ut lavemus!*
Nunc ne 2 *morae illi ſim, petam hinc aquam, unde mihi*
imperavit.
Heus! ecquis in villa'ſt? ecquis hoc recludit? ecquis prodit?

SCENA IV.

Ampeliſca pulſat ad oſtium Daemonis ad petendam aquam; ſed interim dum Sceparnio Daemonis ſervus accepta ejus urna pergit ad hauriendam aquam, recurrit in templum Veneris Ampeliſca, metu advenientis Labracis lenonis.

Sceparnio, Ampeliſca.

Q*Vis eſt, qui noſtris tam proterve foribus* 3 *facit injuriam?*
Amp. *Ego ſum.* Sc. *hem!* 4 *quid hoc boni eſt? heu!*
aedepol ſpecie lepida mulier! (*tula.*
Amp. *Salve, adoleſcens.* Sc. *& tu multum ſalveto, adoleſcen-*
Quid nunc vis? Amp. *ſapienti* 5 *ornatus, quid velim,* 6
indicium facit.
Haec ſacerdos Veneris, hinc me petere juſſit a vobis aquam.
Sc. *At ego* 7 *baſilicus ſum, quem niſi oras, guttam non feres.*
Noſtro illum puteum periculo & ferramentis fodimus.
Amp. *Cur tu aquam* 8 *gravare, amabo, quam hoſtis hoſti*
commodat.
Sc. *Dabitur tibi aqua, ne nequicquam me ames: cedo mihi*
urnam. Amp. *cape,* (*mea.*
Propera, amabo, efferre. Sc. 9 *manta: jam hic ero, voluptas*
Amp. *Quid ſacerdoti me dicam hic demoratam tam diu?*
Vt etiam nunc miſera timeo, ubi oculis intueor mare!
Sed quid ego miſera video procul in litore,
Meum herum lenonem Sicilienſemque 10 *hoſpitem,*

1 Sic prompta. 2 Ne illam retardem. 3 Tam proterve pulſat noſtrum oſtium? 4 Verba ſunt Sceparnionis nondum videntis Ampeliſcam. Quaſi dicat: videamus utrum ſit aliquid boni, quod tam graviter impellit noſtras fores. 5 Commeatus, vas, ſeu urna illa, quam gero. 6 Oſtendit. 7 Magnificus, a quo nihil auferas, niſi per interpretem, vel ſupplici habitu. 8 Gravate, aegre das. 9 Expecta. 10 Charmidem.

Quos periiſſe ambos miſera cenſebam in mari.
Jam illud mali plus nobis 1 *vivit, quam* 2 *ratae.*
Sed quid ego ceſſo fugere in fanum, ac dicere haec
Palaeſtrae; in aram uti confugiamus prius,
Quam huc ſceleſtus leno veniat, noſque hic opprimat?
Confugiam hinc, res ita 3 *ſuppetit ſubito mihi.*

SCENA V.

Sceparnio refert urnam aqua plenam ad Ampeliſcam, quam ad oſtium domus reliquerat: Eam non videt, quaerit, & tandem urnam ad fores Ptolemocratiae ſacerdotis deponit.

Sceparnio.

PRo di immortales! in 4 *aqua numquam credidi*
Voluptatem ineſſe tantam. ut hanc traxi lubens!
Nimio minus altus puteus viſus eſt, quam prius.
Vt ſine labore hanc extraxi! 5 *praefiſcine,*
Satis nequam ſum: utpote qui hodie inceperim
Amare. hem tibi aquam, mea tu bella. hem! ſic volo
Te ferre 6 *honeſte, ut ego fero: ut placeas mihi.*
Sed ubi tu es, delicata? cape aquam hanc 7 *ſis. ubi es?*
Amat hercle me, ut ego opinor: delituit 8 *mala.*
Vbi tu es? etiamne hanc urnam acceptura? ubi es?
9 *Commodule melius: tandem vero ſerio.*
Etiam acceptura es urnam hanc? 10 *ubi tu es gentium?*
Nuſquam hercle equidem illam video. 11 *ludos me facit.*
Apponam hercle urnam jam ego hanc in media via.
Sed autem, quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam
Sacram urnam Veneris? mihi 12 *exhibeat negotium.*
Metuo hercle, ne illa mulier mihi inſidias locet,
Vt comprehendar cum ſacra urna Veneria.

Nem-

1 Supereſt plus aerumnarum. 2 Subintelligitur, ſumus. 3 Venit in mentem. 4 Haurienda. 5 *Praefiſcine* vox eſt, qua veteres utebantur ad modeſtiam, quando aliquid dicebant, unde gloriari poſſent, quaſi dicat; *abſit verbo invidia*. Nam praefiſcine idem eſt ac ſine invidia, ſine faſcino. Itaque patet jocum hic a Sceparnione captari, qui cum ſe ſatis nequam dicat, modeſtiae adhibet praefationem. 6 Decore, bene. 7 Si vis, ſi libet. 8 Nequam, aſtuta. 9 Melius jocaberis opportune, tandem vero age ſerio. 10 Vbi gentium, quonam loco. 11 *Ludos facit*; ideſt ludificat. 12 Multis me moleſtiis, & negotiis implicet.

Nempe optimo me jure in vinculis 1 *enicet*
Magiſtratus : ſi quis me hanc habere viderit.
Nam haec 2 *litterata' ſt : ab ſe cantat cuja ſit.*
Jam hercle evocabo hinc hanc ſacerdotem foras,
Vt hanc accipiat urnam. accedam huc ad fores.
Heus 3 *ſis, Ptolemocratia ! cape hanc urnam tibi :*
Muliercula hanc neſcio quae huc ad me detulit.
Intro ferunda eſt. 4 *repperi negotium :*
Siquidem his mihi ultro 5 *aggerunda etiam eſt aqua.*

SCENA VI.

Labrax leno Cyrenenſis, & Charmides leno Agrigentinus emerſi e tempeſtate in templum Veneris ſe conferunt, & mutuis ſe ſe maledictis laceſſunt.

Labrax, Charmides.

QVi homo ſe ſe miſerum & mendicum volet,
Neptuno credat ſe ſe atque 6 *aetatem ſuam :*
Nam ſi quis quid cum eo rei 7 *commiſcuit,*
8 *Ad hoc exemplum amittit ornatum domum.*
Aedepol, 9 *Libertas,* 10 *lepida es, quae numquam pedem*
Voluiſti in navem cum Hercule una imponere.
Sed ubi ille meus eſt hoſpes, qui me perdidit ?
Atque 11 *eccum incedit !* Cha. *quo,* 12 *malum, properas,*
Labrax ?
Nam equidem te nequeo conſequi tam 13 *ſtrenue.*
Lab. *Vtinam te prius quam oculis vidiſſem meis,*
Malo cruciatu in 14 *Siciliam* 15 *perbiteres ;*

Quem

1 Veteres *enico*, pro *eneco* uſurpabant. 2 Haec urna literis eſt inſcripta 3 Si libet. 4 Inveni moleſtam occupationem. 5 Si ultro mihi ferenda eſt etiam aqua his, qui hauſtum veniunt. 6 Vitam ſuam 7 *Commiſcuit quid rei* : hoc eſt, habuit aliquod commercium. 8 Ordo eſt : amittit domum ornatum ad hoc exemplum : hoc eſt, remittit eum domum hoc modo inſtructum. Italice ; *lo rimanda a caſa così concio*. Hic Labrax geſtu indicat veſtimentum aqua marina manans. 9 Interpretes ferme omnes fatentur ignorare, quae ſit ea Libertas, quae cum Hercule noluerit navigare, atque autumant fabulam eſſe ex earum numero, quae vulgo circumferebantur literis non conſignatae. 10 *Lepida*, callida ; 11 Ecce huc venit. 12 Interjectio eſt iraſcentis, deteſtantis, atque indignantis. Italice ; *in malora*. 13 Celeriter. 14 Alii legunt, *Sicilia*. 15 Periiſſes.

Quem propter hoc mihi obtigit misero mali!
Cha. *Utinam, cum in aedes me ad te adduxisti tuas,*
In carcere illo potius cubuiſſem die!
Deoſque immortales quaeſo, dum vivas, uti
Omnes 1 tui ſimiles hoſpites habeas tibi.
Lab. *Malum Fortunam in aedis 2 te adduxi meas.*
Quid mihi ſceleſto tibi erat 3 auſcultatio?
Quidve hinc abitio? quidve in navem inſcenſio?
Ubi perdidi etiam 4 plus boni quam mihi fuit.
Cha. *Pol minume miror, navis ſi fracta' ſt tibi;*
Scelus te, & ſceleſte parta quae vexit bona.
Lab. 5 *Peſſum dediſti me blandimentis tuis.*
Cha. *Sceleſtiorem coenam coenavi tuam,*
Quam quae 6 Thyeſtae quondam anteposita eſt, & Tereo.
Lab. *Perii, 7 animo male ſit, contine, quaeſo, caput.*
Cha. *Pulmoneum aedepol nimis velim vomitum 8 vomas.*
Lab. *Eheu Palaeſtra atque Ampeliſca! ubi eſtis nunc?*
Cha. *Piſcibus in alto, credo, praebent pabulum.*
Lab. 9 *Mendicitatem mihi obtuliſti opera tua,*
Dum tuis 10 auſculto magnidicis mendaciis.
Cha. 11 *Bonam eſt quod habeas gratiam merito mihi,*
Qui te ex 12 inſulſo ſalſum feci opera mea.
Lab. *Quin tu hinc is a me in maxumam malam crucem.*
Cha. 13 *Eas! eaſque res agebam commodum.*

Lab.

1 Perdiros, ſceleratos. 2 Cum te adduxi in aedes meas, adduxi malam fortunam 3 Quare te ſceleſtum auſcultavi? Quare hinc abivi? Quare navem conſcendi? 4 Melius, ac pretioſius quod habui. 5 Me perdidiſti 6 Fabulae notae ſunt. Atreus Thyeſtae fratri ſuos liberos epulandos appoſuiſſe dicitur; Tereo vero Irym communem filium Progne uxor comedendum objecit. 7 Hic repente Labrax concitarus ſtimulo vomendi aquam, quam large e biberat in naufragio, opem a Charmide petit, eumque rogat, ut cum aegre ſit animo, detineat caput 8 Pulmoneum vomitum vomere eſt, pulmonem vomere 9 Ad ſummam inopiam compuliſti. 10 Obtempero, morem gero. 11 Eſt quod merito habeas mihi bonam gratiam. Italice: *Tu hai di che ringraziarmi* 12 Jocus ex ambiguo; poteſt enim intelligi ex inſipiente ſapientem, & ex ſicco aqua marina imbutum 13 Charmides imprecationem regerit in caput Labracis dicens: eas tu in maximam malam crucem; quod joco etiam inſervit; nam quaſi alio ſenſu illud *eas* dixiſſet, repetit *eaſque res agebam commodum*. Quae verba nonnulli ita interpretantur: Eas res agebam, ideſt, ibam commodum in malam crucem, quando ſubibam tecum tempeſtatem. Alii vero ita: Ego commodum idipſum cogitabam, & optabam, ut ires in malam crucem.

Lab. *Eheu! quis vivit me mortalis miſerior!*
Cha. *Ego multo tanto miſerior, quam tu, Labrax.*
Lab. *Qui?* Cha. *quia ego indignus ſum, tu dignus, 1 qui ſies.*
Lab. *O 2 ſcirpe, ſcirpe! laudo fortunas tuas,*
Qui ſemper ſervas gloriam aritudinis.
Cha. *Equidem me ad 3 velitationem exerceo:*
Nam omnia 4 coruſca prae tremore fabulor.
Lab. *Aedepol, Neptune, es balneator frigidus:*
Cum 5 veſtimentis poſteaquam abs te abii, algeo.
Ne thermopolium quidem ullum 6 inſtruit:
Ita ſalſam praebet potionem & frigidam.
Cha. *Ut fortunati ſunt fabri ferrarii,*
Qui apud carbones aſſident! ſemper calent.
Lab. *Utinam fortuna nunc 7 anatina uterer,*
Uti, cum exiviſſem ex aqua, arerem tamen!
Cha. *Quid, ſi aliquò ad ludos me pro 8 manduco locem?*
Lab. *Quapropter?* Ch. *quia pol clare crepito dentibus.*
Jure optumo me 9 lavisse arbitror.
Lab. *Qui?* Ch. *quia auderem tecum in navem aſcendere,*
Qui a fundamento mihi uſque moviſti 10 mare.
Lab. *Tibi auſcultavi, tu promittebas mihi*
11 Illic eſſe quaeſtum maxumum meretricibus;
Ibi me 12 corruere poſſe ajebas divitias.
Cha. *Jam 13 poſtulabas te, 14 impurata belua,*
Totam Siciliam devoraturum inſulam.

Lab.

1 Qui ſis miſer. 2 Scirpus aqua immerſus non madet. 3 Charmides ex aqua nuper emerſus tremit, ex quo tremore jocum capit, ſe, dicens, exercere ad velitationem, hoc eſt, ad levem pugnam velitarem; quod allegorice dicit, intelligit enim ſe prae frigore tremere. 4 Verba tremula propter trepidationem vocis. 5 Etiam veſtibus indutus, algeo. Quaſi dicat; quanto magis algerem, ſi nudus abiiſſem. 6 Nequidem Neptunus praeparat, ſeu habet thermopolium, cauponam, ſcilicet, in qua calida bibuntur. 7 Anatibus ſimilis eſſem, quae cum aqua exeunt, neque madent, neque algent. 8 Manducus a mandendo dictus, erat larva quaedam ad terrorem pueris praeſertim iniiciendum efficta, quae magnis dentibus, vaſtis maxillis, oris hiatu, dentiumque crepitu, cum in ludis circumferretur ridentem turbam in fugam vertebat. Etruſci ſimilem larvam vocitant, *l'Orco*, *il Bau*. Hunc vero manducum ſi graphice deſignare vellent, dicerent: *Il Mangia*. Itaque dicit Charmides, ſe pro manduco ad ludos poſſe collocari, nam ad ejus ſimilitudinem manifeſte dentibus crepitabat.
9 Naufragium feciſſe. 10 Scilicet, impietate tua. 11 In Sicilia. 12 Coniicere, coacervare. 13 Putabas. 14 Impura.

Lab. *Quaenam balaena meum voravit vidulum,*
Aurum atque argentum ubi omne 1 *compactum fuit?*
Cha. *Eadem illa, credo, quae* 2 *meum marſupium,*
Quod plenum argenti fuit in ſacciperio.
Lab. *Eheu! redactus ſum uſque ad hanc unam* **tuniculam**,
Et ad hoc miſellum pallium. perii oppido!
Cha. *Vel* 3 *conſociare mihi quidem tecum licet:*
4 *Aequas habemus partes.* Lab. *ſaltem ſi mihi*
Mulierculae eſſent ſalvae! ſpes aliquae forent.
Nunc ſi me adoleſcens Pleuſidippus viderit,
A quo arrhabonem pro Palaeſtra acceperam,
Jam ſe exhibebit hic mihi 5 *negotium.*
Cha. *Quid, ſtulte, ploras? tibi quidem aedepol* **copia' ſt**,
Dum lingua 6 *vivet, quî rem ſolvas omnibus.*

SCENA VII.

Sceparnio nunciat Labraci, & Charmidi Palaeſtram, & Ampeliſcam eſſe in templo Veneris.

Sceparnio, Charmides, Labrax.

7 *Quid illuc, obſecro, eſt negotii, quod duae mulierculae*
Hic in fano Veneris 8 *ſignum flentes amplexae tenent,*
Neſcio quem metuentes miſerae? nocte hac vero proxuma
Se jactatas atque ejectas hodie eſſe ajunt e mari.
Lab. *Obſecro hercle, adoleſcens, ubi iſtaec ſunt, quas memoras, mulieres?*
Sc. *Hic in fano Veneris.* Lab. *quot ſunt?* Sc. *totidem quot ego & tu ſumus.*
Lab. *Nempe meae.* Sc. *nempe neſcio iſtuc.* Lab. *qua ſunt facie?* Sc. 9 *ſcitula.*
Lab. *Nempe puellae?* Sc. *Nempe moleſtus es: viſe, ſi lubet.*
Lab. *Meas oportet intus eſſe hic mulieres, mi Charmides.*
Cha. *Juppiter te perdat, & ſi ſunt, & ſi non ſunt tamen.*
Lab. 10 *Introrumpam jam huc in Veneris fanum.* Cha. *in barathrum* 11 *mavelim.*

Ob-

1 Collectum, incluſum. 2 Voravit. 3 *Conſociare tecum*; hoc eſt, inire tecum ſocietatem fortunarum, 4 Sumus pares in fortunis. 5 Moleſtum ſe mihi exhibebit. 6 Dum valebit tua lingua. 7 *Quid negotii*: hoc eſt, quaenam res. 8 Statuam. 9 Venuſta, pulchella. 10 Irrumpam, irruam, ingrediar. 11 Malim irrumpas.

Obſecro, hoſpes, da mihi aliquid, ubi 1 *condormiſcam, loci.*
Sc. *Iſtic ubi vis condormiſce: nemo prohibet, publicum eſt.*
Cha. *At vides me, ornatus ut ſim veſtimentis uvidis:*
Recipe me in tectum, da mihi veſtimenti aliquid aridi,
Dum mea areſcunt: 2 *in aliquo tibi referam gratiam.*
Sc. 3 *Tegillum* 4 *eccillud mihi unum areſcit: id ſi vis, dabo:*
Eodem amictus, eodem tectus eſſe ſoleo, ſi pluvit.
Tu 5 *iſtaec mihi dato: exareſcunt* 6 *faxo.* Cha. *eho! an te* 7 *poenitet,*
In mari quod 8 *elavi, ni hic in terra iterum* 9 *eluam?*
Sc. 10 *Eluas tu an exungare,* 11 *ciccum non interduim.*
Tibi ego numquam quidquam credam, niſi accepto pignore.
Tu vel ſuda, vel peri 12 *algu, vel tu aegrota, vel vale:*
13 *Barbarum hoſpitem* 14 *mihi in aedeis,* 15 *nihil moror: ſat litium* 16 *eſt.*
Cha. *Jamne abis?* 17 *venales illic ductitavit, quiſquis eſt:*
Non eſt miſericors. ſed quid ego hic aſto infelix, uvidus?
Quin abeo hinc in Veneris fanum, ut 18 *edormiſcam hanc crapulam,*
Quam potavi praeter animi, quàm libuit, ſententiam.
19 *Quaſi vinis Graecis Neptunus nobis ſuffudit mare:*
Itaque alvom prodi ſperavit nobis ſalſis poculis.
Quid opu' ſt verbis? ſi invitare nos paullisper 20 *pergeret,*

Ibi-

1 Dormiam. 2 Aliquando tibi gratus ero. 3 Integumentum corporis vile, & plebejum. *Feſtus.* 4 Ecce eſt mihi hoc tegillum unicum aridum. 5 Tua haec veſtimenta. 6 Faciam ut ſiccentur. 7 Doles. 8 Naufragium feci. 9 Naufragium faciam, omnia amittam. Translatio ducta eſt a balneis, in quibus, qui bona luxu & deliciis conſumebant, eluere, & elavare dicebantur. 10 Vtrum in balneis, an in unguentis rem tuam dilapides nihil curo. 11 *Ciccum non interduim*, idem ac non *dem ciccum*, nihil curo. 12 Frigore. 13 Peregrinum, extraneum. 14 Mihi eſſe. 15 Non curo, nolo. 16 Scilicet, in aedibus. 17 Ille homo quiſquis eſt (de Sceparnione loquitur, qui abierat) eſt ex iis qui ductitant ſervos venales, qui ſcilicet vendunt ſervos. Hi mercatores dicuntur *mangones*, genus hominum rigidum, & crudele. 18 Jocatur Charmides; nam illi edormire crapulam dicebantur, qui vinum dormiendo concoquebant, non aquam, quam ipſe in naufragio biberat. 19 Senſus eſt: Quaſi Neptunus miſcuerit in mari vina Graeca. Itaque ſperavit nobis prodi poſſe ventrem ſalſis poculis, hoc eſt, ſperavit poſſe nos prodere, nos extinguere provocans largioribus poculis, quam alvo, atque adeo vitae noſtrae conduceret. Convivae, qui comedunt, aut bibunt pluſquam ſatis eſt, *prodi* dicuntur. Cicero: *Alvus prodita dulcedine eſcarum*: 20 Si plura pocula nobis propinaſſet.

Google

1 Ibidem obdormiſſemus: nunc vix vivos 2 amiſit domum.
Nunc lenonem, quid agit intus, viſam, 3 convivam meum.

ACTVS TERTIVS

SCENA I.

Daemones dum ſollicite cupit ſibi ſomnium explicari, quod ſuprema nocte fecerat, audit clamores Palaeſtrae, & Ampeliſcae in proximo templo Veneris, quas a Deae Statua, quam amplexae tenent, divellere decertant lenones.

Daemones.

MIris modis 4 dî 5 ludos faciunt hominibus,
6 Miriſque exemplis ſomnia in ſomnis dqnunt.
Ne dormientes quidem ſinunt quieſcere.
Velut ego hac nocte, quae praeceſſit, proxuma
Mirum atque 7 inſcitum ſomniavi ſomnium.
Ad 8 hirundininum nidum viſa eſt ſimia
9 Aſcenſionem ut faceret admolirier:
Neque eas eripere quibat inde. 10 poſtibi
Videbatur ad me ſimia 11 aggredirier,
Rogare, ſcalas ut darem utendas ſibi.
Ego 12 ad hoc exemplum ſimiae reſpondeo,
Natas ex 13 Philomela atque ex Progne eſſe hirundines.
14 Ago cum illa, ne quid noceat meis 15 popularibus.
Atque illa 16 animo jam fieri ferocior,
Videtur ultro mihi malum minitarier.

1 *In*

1 In mari. 2 Remiſit: 3 Per jocum convivam appellat Labracem, quia ſimul in naufragio potaverat. 4 *Dî.* Hi dî proprie ſunt, quos Graeci *Δαίμονας*, Latini Lemures, Itali *Spiriti Folletti* appellant. 5 Ludificantur homines. 6 Miris modis, mirifica ſomnia dant. 7 Obſcurum. 8 Hirundineum. 9 Aſcenderet. 10 Poſtea, ſic *interibi* pro interea. 11 Venire, accedere. 12 Hoc modo. 13 Plautus comica licentia hanc metamorphoſin confundit; nam Philomela, & Progne duae filiae ſunt Pandionis Athenienſium Regis, quarum altera in philomelam, altera in hirundinem mutata dicitur. Niſi forte Plautus id reſpexit, quod Gorgias apud Ariſtotelem dicit, Philomelam nempe in hirundinem verſam. 14 Suadeo, praecipio illi ſimiae. 15 Civibus: Daemones erat Athenienſis, quemadmodum Athenienſes erant Philomela, & Progne; idcirco hirundines vocat *populares*, ſeu cives ſuas. 16 Alii legunt *nimio*.

1 In jus vocat me. ibi ego neſcio quomodo
Iratus videor mediam arripere ſimiam:
Concludo in vincla beſtiam nequiſſumam.
Nunc quam ad rem dicam hoc attinere ſomnium
Numquam hodie quivi 2 ad conjecturam evadere.
Sed quid hic in Veneris fano
Clamoris oritur! animus 3 mirat.

SCENA II.

Trachalio virginum clamoribus excitatus, obvios quoſvis vocat ad earum defenſionem.

Trachalio, Daemones.

PRO, *Cyrenenſes 4 populares! voſtram ego imploro fidem,*
Agricolae, accolae, propinqui qui eſtis his regionibus,
Ferte opem 5 inopiae, atque exemplum peſſumum 6 peſſumdate,
Vindicate: 7 ne impiorum potior ſit pollentia,
Quam innocentium, qui ſe ſcelere fieri nolunt 8 nobiles.
9 Statuite exemplum impudenti, date pudori praemium.
10 Facite hic lege potius liceat, quam vi, victo vivere.
Currite huc in Veneris fanum: voſtram iterum imploro fidem,
Qui prope hic adeſtis, quique auditis clamorem meum,
Ferte ſuppetias, 11 qui Veneri, Veneriaeque antiſtitae
12 More antiquo in cuſtodiam ſuum commiſerunt caput.
13 Praetorquete injuriae prius collum, quam ad vos perveniat.
Daem. *Quid iſtuc eſt negotii?* Tra. *per ego te haec genua, obteſtor, ſenex,*
Quiſquis es. Daem. *quin tu ergo omitte genua, & quid ſit, mihi 14 expedi,*
Quid tumultues? Tra. *teque oro & quaeſo, ſi ſperas 15 tibi*
Hoc

1 In judicium, ad Judicem. 2 Non potui conjectura aſſequi 3 Miratur. 4 Cives mei. 5 Ope deſtitutis. 6 Prohibete rem peſſimam, factum impium. 7 Ne impiorum vis praevaleat innocẽtiæ. 8 Celebres. 9 Infligite paenam, facite ut impudens poſthac ſit ceteris exemplum. 10 Facite ut civi Cyrenaico etiam victo liceat potius vivere ſub legibus, quam ſub vi 11 Subaudi, illis 12 Veteres ita religioſe templa, & ſacras Deorum aras venerabantur, ut nefas eſſe putarent quemquam aut ſervum aut liberum, qui ad ea confugiſſet, per vim inde divellere Cicero de aris, & templis. *Hoc perfugium eſt ita Sanctum omnibus, ut inde arripi neminem fas ſit.* 13 Obtorquete, truncate iniquitati collum. 14 Expone mihi quid ſit, quod tumultueris, ſtrepitum, & clamorem facias. 15 In agris tuis.

Hoc anno multum futurum 1 *ſirpe & laſerpitium*,
Eamque eventuram 2 *exagogam Capuam ſalvam & ſoſpitem*,
Atque ab 3 *lippitudine uſque ſiccitas ut ſit tibi*.
Daem. 4 *Sanùn' es?* Tra. *ſeu tibi confidis fore multam* 5 *magudarim*,
6 *Ut te ne pigeat dare operam mihi, quod te orabo, ſenex*.
Daem. *At ego te per* 7 *crura, & talos, tergumque obteſtor tuū*,
Si tibi ulmeam uberem eſſe ſperas 8 *virgidemiam*,
Et tibi eſſe eventuram hoc anno uberem meſſem 9 *mali*,
Ut mihi iſtuc dicas negotii quid ſit, quod tumultues.
Tra. 10 *Quî lubet maledicere? equidem tibi bona exoptavî omnia*. *(precor*.
Daem. *Bene equidem tibi dico, qui*, 11 *te digna ut eveniant*,
Tra. *Obſecro, hoc* 12 *praevortere ergo*. Daem. *quid negotii eſt?* Tra. *mulieres*
Duae innocentes intus hic ſunt, tui indigentes auxilii,
Quibus advorſum jus, legeſque 13 *inſignite injuria hic*
Facta eſt, fitque in Veneris fano. tum ſacerdos Veneria
Indigne afflictatur. Daem. *quis homo eſt tanta confidentia*
Qui ſacerdotem audeat violare? ſed eae mulieres
Quae ſunt? aut quid iis iniqui ſit? Tra. *ſi das operam*, *eloquar*.

Vene-

1 Sirpe ex graeco σίλφι, ſeu σίρφι, eſt quoddam herbae genus apud Cyrenenſes magni habitum, quod Graeci σίλφιον appellarunt. Laſerpitium vero eſt ipſius Sirpis ſuccus, ſeu lac, graece ὀπὸς σιλφίου. Latini Laſerpitium pro ipſa planta nonnunquam uſurparunt. Plinius: *Auctoritate clariſſimum Laſerpitium, quod Graeci σίλφιον appellant in Cyrenaica provincia repertum; cujus ſuccum vocant laſer, magnificum in uſu, medicamentiſque*. Plautus tamen hoc loco diſtinguit, & ſilphii plantam *Sirpe* vocat, ejus vero ſuccum *Laſerpitium* appellat. 2 Exportationem, ſive evectionem: ſi, nempe, ſperas eam mercium evectionem, ſeu eas merces Cyrenis, aut ex Lybia exportatas ſalvas & ſoſpites Capuam venturas. 3 Si ſperas ut ſit tibi ſiccitas a lippitudine; ideſt, ſis ſemper ſanus, liber a lippitudine. 4 Eſne ſanus mente. Daemones auditis iis, quae abſurde Trachalio ad riſum concitandum congeſſerat, quaerit ab eo, num ſit ſanus mente. 5 Vox eſt Cyrenaica μαγυδαρὶς, quae proprie ſignificat ſemen Silphii, ſeu Laſerpitii. Si tibi confidis, inquit Trachalio, fore multam Laſerpitii ſementem, ex qua copioſa Silphii annona futura ſit. Heſychius putat *magudarim* eſſe Silphii ſuccum. 6 Oro, & quaeſo, ut te non pigeat. 7 Lepidiſſime Daemones per alia abſurda Trachalionem obteſtatur, qui eum per genua antea precatus fuerat. 8 *Virgidemiam ulmeam*; ideſt, vindemiam virgarum ulmearum. 9 Infortuniorum. 10 Quare mihi conviciaris. 11 Quae mereris. 12 Prohibe. 13 Facta eſt ingens, atrox injuria.

Digitized by Google

Veneris ſignum ſunt amplexae. 1 *nunc* ***
Eas deripere volt. *eas ambas eſſe oportet* ***
Daem. *Quis* 2 *iſtic eſt*, *qui deos tam parvipendit?*
Tr. *Fraudis*, *ſceleris*, *parricidii*, *perjurii plenus*,
3 *Legirupa*, *impudens*, *impurus*, *inverecundiſſumus*:
Uno verbo abſolvam, *Leno' ſt*: *quid illum porro* 4 *praedicem?*
Daem. *Aedepol infortunio hominem praedicas* 5 *donabilem*.
Tr. *Qui ſacerdoti ſceleſtus fauces* 6 *interpreſſerit*.
Daem. *At* 7 *malo cum magno ſuo fecit hercle*. 8 *ite iſtinc foras*,
9 *Turbalio*, *Sparax! ubi eſtis?* Tr. *i*, *obſecro*, *intro*, *ſubveni*
Illis. Daem. 10 *iterum haud imperabo*. *ſequimini hac*. Tr. *age nunc jam*,
11 *Jube oculos elidere*, *itidem ut ſepiis faciunt coqui*.
Dae. 12 *Proripite hominem pedibus huc*, *itidem quaſi occiſă ſuẽ*.
Tr. *Audio tumultum*: *opinor*, *leno pugnis* 13 *pectitur*.
14 *Nimis velim improbiſſumo homini malas* 15 *edentaverint*.
Sed ecce ipſae huc egrediuntur timidae e fano mulieres.

SCENA III.

Trachalio Pleuſidippi ſervus Palaeſtram, & Ampeliſcam conſolatur, eiſque praeſidium adverſus lenones pollicetur.

Palaeſtra, Ampeliſca, Trachalio.

16 *Nunc id eſt*, *cum omnium copiarum atque opum*,
Auxilii, *praeſidii* 17 *viduitas nos tenet*,

C *Nec*

1 Ita eſt in MSS., & edd. primis: quod Camerarius ita expleri poſſe ſuſpicatus eſt. *Vir ſceleratiſsimus*, aut *audaciſsimus*. Idem ad verſum ſequentem attexit *liberas*: quod nuſquam alibi viſum a Grutero, Taubmanno, & Gronovio. Tertium verſum compleri poſſe cenſuit tali clauſula. *Parvipendit? eloquere*, *obſecro*.
2 Iſte. 3 Legis fractor. 4 Quid opus eſt, ut plura de illo dicam, cum lenonem dixi, omnia dixi. 5 Donandum, mactandum infortunio. 6 Premendo colliſerit fauces, in jugulum invaſerit. 7 Non impune.
8 Exite. 9 Turbalio, & Sparax ſunt Lorarii mutae perſonae, quorum erat in ſcena vel juſſi aliquem loris caedere, unde Lorarii dicti, vel vincire; quorum nomina hujuſmodi hominum generi maxime accomodata a graecis vocibus mutuatus eſt Plautus; prius enim ἀπὸ τῆς τύρβης, τυρβαλίων, tumultuator; alterum ἀπὸ τῆς σπαράξεως, lacerator. 10 Lorariis, qui adſtant, dicit; non eſt, quod rurſum jubeam. 11 Scilicet Lorariis, ut oculos eruant lenoni illi ſceleſtiſſimo. 12 Protrahite lenonem 13 Allegorice, pro percutitur. 14 Vehementer optarem. 15 Dentes e malis excuſſerint. 16 Nunc illud'm ferrinũ tempus eſt. 17 *Viduitas tenet nos*, id eſt, in ſumma inopia verſamur.

Nec ulla 1 ſpecula eſt, quae ſalutem 2 afferat:
Nec ſcimus, quam in partem 3 ingredi perſequamur.
Maxumo miſerae in metu nunc ſumus ambae,
Tanta 4 importunitas, tantaque injuria
Facta in nos eſt modo hic intus ab noſtro hero;
Qui ſceleſtus ſacerdotem anum 5 praecipem
Reppulit, propulit, perquam indignis modis,
Noſque ab ſigno 6 intimo vi deripuit ſua.
Sed nunc ſe ſe ut ferunt res fortunaeque noſtrae
Par eſt 7 moriri. neque eſt melius morte, 8 in malis
Rebus, miſeris. Tr. *quid eſt? quae illaec oratio' ſt?*
9 *Ceſſo ego has conſolari? heus, Palaeſtra!* Pal. *qui vocat?*
Tr. *Heus, Ampeliſca!* Amp. *obſecro, quis eſt, qui vocat?*
Pal. *Quis is eſt, qui nominat?* Tr. *ſi 10 reſpexis, ſcies.*
Pal. *O ſalutis meae ſpes!* Tr. *tace, ac bono animo es.*
Me vide. Pal. *ſi modo id liceat, 11 vis ne opprimat:*
Quae vis, vim mihi afferam ipſa, 12 adigit. Tr. *ab deſine! nimis inepta es.*
Amp. 13 *Deſiſte dictis nunc jam miſeram me conſolari.*
Pa. *Niſi quid 14 re praeſidiũ apparas, Trachalio, acta haec res eſt:*
15 *Certum' ſt moriri, quam hunc pati 16 graſſari lenonem in me.*
Sed 17 muliebri animo ſum tamen: miſerae ubi venit in mentẽ
Mihi 18 mortis, metus membra occupat aedepol. Tr. *etſi hoc 19 acerbum,*
Bonum animum habete. Pal. *nam, obſecro, unde animus mihi 20 invenitur?*
Tra. *Ne, inquam, timete: aſſidite hic in ara.* Amp. *iſtaec quid ara* *Pro-*

1 Exigua ſpes. 2 Alii legunt *aſſerat*, eo vel maxime adducti, quod ſpes ſalutem non aſſerat, ſed promittat, animo certis rationibus inducto. Aſſerere autem eſt confirmare, cauſſis, cur ita ſentias, expoſitis. 3 Nos conferamus. 4 Moleſtia. 5 Praecipitem. Veteres pro *praeceps*, dicebant *praecipes*, & pro *anceps*, *ancipes*. 6 A Veneris ſtatua, quae eſt in interiori templi parte. 7 Veteres dixere pro mori. 8 *In malis rebus*, ideſt, in aerumnis. 9 Moror. 10 Reſpexeris. 11 Subaudi, da operam. 12 Cogit. 13 Deſiſte, Trachalio, velle conſolari me miſeram dictis; verba enim nullum tantis malis levamen afferre poſſunt. 14 Non dictis, ſed re. 15 Deliberatum eſt me velle mortem oppetere. 16 Invadere, violentas manus in me injicere, dominium ac poteſtatem in me exercere. 17 Sum tamen animo muliebri, non ſum nimis generoſa in obeunda morte. 18 Quando ego infelix de morte cogitavi. 19 Id eſt, hoc infortunium, quod vos exagitat. *Lambinus*; hoc lenonis facinus. 20 Unde adſit, ſeu ſuppetat mihi animus.

Prodeſſe nobis plus poteſt, quam ſignum in fano hic intus
Veneris, quod 1 *amplexae modo, unde abreptae per vim miſerae?*
Tr. *Sedete hic modo: ego hinc vos tamen tutabor. aram habete hanc*
Vobis pro caſtris: 2 *moenia hinc ego defenſabo.*
Praeſidio Veneris malitiae lenonis 3 *contra incedam.*
Amp. *Tibi auſcultamus. & Venus alma, ambae te obſecramus,*
Aram amplexantes hanc tuam lacrimantes, genibus nixae,
Nos in cuſtodiam tuam ut recipias, & tutere:
Illos ſceleſtos, qui tuum 4 *fecerunt fanum parvi,*
Ut ulciſcare, noſque ut hanc tua pace aram 5 *obſidere*
Patiare, quae 6 *elautae ambae ſumus opera Neptuni noctu:*
Ne inviſas habeas, neve iccirco nobis 7 *vitio vortas,*
Si quippiam' ſt, minus quod bene eſſe lautum arbitrare.
Tr. *Aequom has petere intellego: decet abs te id impetrarier:*
Ignoſcere his te convenit: metus has, 8 *id ut faciant, ſubigit.*
Sed 9 *optume eccum exit ſenex, patronus mihique & vobis.*

SCENA IV.

Adeſt Daemones cum Lorariis, qui una cum Trachalione Labracem de allata vi objurgant, & ne puellas prope aram ſtantes contingat, impediunt.

Daemones, Trachalio, Lorarii, Labrax.

10 EXi e fano, 11 *natum quantum eſt hominũ ſacrilegiſſume.*
12 *Vos in aram* 13 *abite ſeſſum. ſed ubi ſunt?* Tr. *huc reſpice.*

1 Subaudi, eramus. 2 Habete aram hanc pro caſtris: ego hinc horum caſtrorum moenia defendã. 3 Obviam ibo nequit ae lenonis, favente Venere. 4 Per vim inde nos abripientes, & in Veneris Sacerdotem violentas manus inicientes. 5 Circum hanc aram ſedere. 6 Veteres precaturi deos, manus abluere ſoliti. Quare Ampeliſ a merito commemorat ſe, & Palaeſtram non illotas ad vota, ac ſupplicationes accedere, quippe quae totam noctem in mari naufragium pertulerint. 7 Vitio, ſeu culpae vertas. 8 Ut ad tuum numen, Venus, confugiant, tuamque aram ampleƈtantur. 9 Opportune. 10 Daemones Labracem alloquitur. 11 Sceleratiſſime omnium hominum, qui hactenus nati ſunt. 12 Senex haec dicit ad puellas converſus. 13 Prope aram ſedete, quod facere ſolebant veteres, dum deos precabantur.

Daem. *Optume* . Lor. 1 *iſtuc volueramus . jube modo* 2 *acce-*
dat prope . *(las ?*

Daem. 3 *Tune Legirupionem hic nobis cum dis facere poſtu-*
4 *Pugnum in os impinge* . Lab. *iniqua haec patior cum* 5 *pre-*
tio tuo .

Daem. 6 *At etiam minitatur audax* . Lab. 7 *jus meum ere-*
ptum eſt mihi ,

Meas mihi ancillas invito me eripis . Tr. *ergo* 8 *date*
De ſenatu Cyrenenſi quemvis opulentum arbitrum ,
9 *Si tuas eſſe oportet* , 10 *nive eas eſſe oportet liberas* ,
11 *Nive te in carcerem compingi eſt aequom*, 12 *aetatemque ibi*
Te uſque habitare , donec totum carcerem contriveris .

Lab. *Non hodie iſti rei* 13 *auſpicavi , ut cum* 14 *furcifero*
fabuler .

15 *Te ego appello* . Daem. *cum* 16 *iſtoc primum , qui te no-*
vit , diſputa .

Lab. *Tecum ago* . Tr. 17 *atqui mecum agendum' ſt* . *ſunt ne*
illae ancillae tuae ?

Lab. *Sunt* . Tr. *agedum ergo* , 18 *tange utramvis digitulo*
minumo modo .

Lab. 19 *Quid , ſi attigero ?* Tr. *extemplo hercle ego te* 20 *follem*
pugilatorium

Fa-

1 Optabamus hoc , puellas nempe circum aram ſedere , ne Labraci fas eſſet eas pertingere. 2 Nempe Labrax . 3 Sententia eſt: Tu ne putas , te legum fractorem poſſe nobiſcum diis in templo ſacrificare ? Daemones ſignificat , ſe eo conſilio Labracem ejicere e templo , ne ſacrificium ſuum minime gratum ſit Deae , ſi homo impurus interſit . *Legirupio* , eſt legum violator ; *cum diis facere* , eſt ſacrificare . 4 Daemones alicui ex Lorariis imperat , ut pugnum in os Labracis incutiat . 5 *Pretium* pro poena non raro a Poetis uſurpatur ; quaſi dicat minitans leno : haec iniqua patior , ſed non impune , cum malo tuo , nam aliquando poenas dabis . 6 Labracis audaciam objurgat , qui audeat minas etiamnum intentare . 7 Quod jure meum eſt . 8 Elige , ſume . 9 Subaudi , ut ſtatuat , an puellae vere tuae ſint . 10 An non oporteat eas eſſe , ſeu cenſeri liberas . 11 Atque ut ſtatuat , utrum non ſit par te conjici in carcerem.
12 Uſque ad illud tempus.
13 Non cepi hodie hoc conſilium: Mos erat veterum , ut nihil niſi auſpicato , ſuſciperent . 14 Hoc de Trachalione dicit . 15 Ad Daemonem convertitur , & te , inquit , appello . 16 Nempe Trachalione . 17 Vellet Labrax cum Daemone de hac re decertare : verum Trachalio ſibi rem cum Labrace habendam contendit .
18 Quod eſt dominii ſignum.
19 Subaudi , facies . 20 *Follis pugilatorius* eſt pila ex corio , vento repleta . *Pugilatorius* a pugnis dictus , quibus feritur in ludendo .

Faciam, & pendentem 1 *incurſabo pugnis, periuriſſume.*
Lab. *Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abducere?*
Daem. *Non licet: ita eſt lex apud nos.* Lab. *mihi cum voſtris legibus*
Nihil eſt commercii. equidem iſtas jam ambas educam foras.
Tu, ſenex, ſi 2 *iſtas amas, huc* 3 *arido argento' ſt opus.*
Daem. *Hae autem Veneri complacuerunt.* Lab. 4 *habeat, ſi argentum dabit.*
Daem. 5 *Do tibi argentum. nunc adeo ut* 6 *ſcias meam ſententiã,*
Occipito modo illis afferre vim 7 *joculo* 8 *pauſillulum,*
Ita hinc ego te 9 *ornatum* 10 *amittam, tu* 11 *ipſus te ut non noveris.*
12 *Vos adeo, ubi ego innuero vobis,* 13 *ſi ne ei caput* 14 *exoculaſſitis;*

1 Curram adverſum te in aere pendentem pugnis. 2 Acidalius inquit. In his maniteſtiſſima ἀλογία. Quomodo enim Labrax educturum ſe foras dicit mulierculas? cum omnia haec non intra fanum, ſed exterius agantur, apud eam aram, quae in publico erat prae foribus fani. Haud dubie Plautus ſcripſit „ *Equidem iſtas jam ambas abducam: uvidas* „ *Tu ſenex, ſi iſtas amas, huic arido argento' ſt opus*. Ita infra verſ. 55. contemptim *uvidas* vocat, atque his *aridum argentum* opponitur. *Huic*, ideſt, mihi. Et quia *uvidas* Leno dixit, eo ſenex ſubjungit excuſabundus: *Hae autem Veneri complacuerunt*, quantumvis humidae, & incultae. 3 Si praedictam Acidalii conjecturam, & interpretationem amplectamur, nulla ſupererit difficultas in hujus vocis explicatione. At quia non licet a veterum MSS. auctoritate recedere, hinc in varias partes abeunt interpretes, cum in hunc veluti ſcopulum impingunt, quorum hic breviter opiniones exponam. Nonius argentum aridum, purum, & lucidum interpretatur. Turnebus dubitat an dictum ſit aridum, ut differat ab hydrargyro, id eſt, argento liquido, cujus in commerciis non erat uſus, in quibus nummus intervenit e ſolido argento; quaſi Labrax dicat: Ad medicandum amorem tuum non liquido, ſed arido, figuratoque argento eſt opus; vel potius hoc ſit dictum e ſermone vulgi quem effingit Comoedia. Gruterus a Turnebo recedit; & putat Labracem potiſſimum meminiſſe *aridi*, quia ipſe erat *uvidus* totus, quod adeo moleſte ferret ſcilicet, ut uvida omnia execraretur etiam, vel uſque ad argentum, quod tale. Operarius cenſet Labracem de arido argento mentionem facere, quia de Virginibus aqua marina manantibus agitur: quaſi dicat: Madidae quidem illae ſunt; ſed ſicca pecunia tibi opus eſt, ſi eas emere vis.
4 Venus habeat illas puellas. 5 Per ironiam dictum. 6 Ut intelligas, quo animo ſim. 7 Vel per jocum. 8 Tantillum. 9 Ita ornatum: Italice, *così acconcio*. 10 Dimittam. 11 Non raro Plautus, & Terentius *ipſus*, pro *ipſe* uſurpant. 12 Lorarios alloquitur. 13 Niſi 14 Pro exoculaveritis: id eſt, niſi vos ex ejus capite oculos erueritis.

Digitized by Google

Quaſi 1 *murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.*
Lab. *Vi agis mecum.* Tr. *etiam vim opprobras* 2 *flagitii flagrantia?*
Lab. *Tun'*, 3 *trifurcifer, mihi audes* 4 *inclementer dicere?*
Tr. *Fateor, ego trifurcifer ſum: tu es homo apprime* 5 *probus.*
6 *Num quî minus haſce eſſe oportet liberas?* Lab. *quid, liberas?*
Tr. *Atque heras tuas quidem hercle, atque ex* 7 *germana Graecia:*
Nam 8 *altera haec eſt nata Athenis* 9 *ingenuis parentibus.*
Daem. *Quid ego ex te audio?* Tr. *hanc Athenis eſſe natam liberam.*
Daem. *Mea popularis, obſecro, haec eſt!* Tr. *non tu Cyrenenſis es?*
Daem. *Immo Athenis natus altuſque educatuſque* 10 *Atticis.*
Tr. *Obſecro, defende cives tuas, ſenex.* Daem. *o filia*
Mea! cum ego hanc video, mearum me 11 *abſens miſeriarum commones.*
Trima quae periit mihi, jam 12 *tanta eſſet, ſi vivit, ſcio.*
Lab. *Argentum ego pro iſtiſce ambabus, cujae erant, domino dedi:*
Quid mea refert, hae Athenis natae, an Thebis ſient,
Dum mihi recte ſervitutem ſerviant? Tr. *itàne impudens,*
Tune hìc 13 *feles virginalis liberos parentibus*
14 *Sublectos habebis, atque indigno quaeſtu* 15 *conteres?*
Nam huic 16 *alterae patria quae ſit, profecto neſcio:*
17 *Niſi ſcio probiorem hanc eſſe, quam te impuratiſſume.*
Lab. *Tuae iſtae ſunt?* Tr. 18 *contende ergo, uter ſit* 19 *tergo verior.*
20 *Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo,*

Quam

1 Myrtorum faſciculi, qui junco colligati, Veneri, cui ſacra erat myrtus, offerebantur.
2 *Flagitii flagrantia* eſt quoddam convicii genus; quaſi dicat, flagitioſiſſime. 3 Ter furcifer, maximus furcifer. 4 Injurioſe.
5 Ironia. 6 Num ob id oportet haſce puellas non eſſe liberas?
7 Vera. 8 Palaeſtra. 9 Liberis.
10 Plures fuerunt urbes hoc nomine; quare *Atticas Athenas* dicit, ut eas a ceteris diſtinguat.
11 Tu abſens mihi in memoriam revocas meam orbitatem.
12 Quanta eſt, ſcilicet, Palaeſtra.
13 *Feles virginalis*, idem ſignificat, ac praedo virginum: tracto convicio a rapacitate ejus animalis. 14 Surreptos. 15 Proſtitues. 16 *Alterae* pro alteri, nempe Ampeliſcae. 17 Niſi quod ſcio, vel unum ſcio. 18 Decerta mecum. 19 Tergo nudato uter ſit verior, vel mendacior. 20 Niſi habebis plures plagas, & vibices tergo impreſſas. Eleganti metaphora ita appellat plagas, quae tergo offeruntur, atque imprimuntur, ut ſacris parietibus Deorum donaria affiguntur. Feſtus: *Offerumenta ſunt, quae offeruntur praeſertim Diis. Donaria autem Deorum parietibus templorum defigebantur.*

Quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendaciſſumus:
Poſtea aſpicito 1 *meum, qnando ego tuum inſpectavero,*
Niſi erit tam 2 *ſincerum, ut quivis dicat* 3 *ampullarius,*
Optimum eſſe 4 *opere faciundo corium, & ſinceriſſumum;*
5 *Quid cauſſae eſt, quin virgis te uſque ad ſaturitatem ſauciem?*
Quid 6 *illas ſpectas? quas ſi attigeris, oculos eripiam tibi.*
Lab. *Atqui, quia vetas, utramque jam mecum abducam ſimul.*
Daem. *Quid facies?* Lab. 7 *Volcanum adducam, is Veneris eſt advorſarius.*
Daem. *Quo* 8 *illic it?* Lab. *heus ecquis hic eſt? heus.*
Daem. *ſi attigeris oſtium,*
Jam, hercle, tibi meſſis in ore fiet 9 *mergis pugneis.*
Lor. 10 *Nullum habemus ignem,* 11 *ficis victitamus aridis.*
Daem. *Ego dabo ignem, ſiquidem in capite tuo conflandi* 12 *copia' ſt.*
Lab. *Ibo, hercle, aliquo quaeritatum ignem.* Daem. *quid, cum inveneris?*
Lab. *Ignem magnum hic faciam.* Daem. *quin ut* 13 *humanum exuras tibi.* (*id volo:*
Lab. *Immo haſce ambas hic in ara ut vivas comburam.* Daem.
Nam, hercle, ego te barba continuo arripiam, & in ignem conjiciam,
Teque ambuſtulatum objiciam 14 *magnis avibus pabulum.*

C 4 *Cum*

1 Nempe tergum. 2 Ideſt, ab omni plaga, & vibice integrum. 3 Qui ampullas e corio facit. Recentiores ampullas hujuſmodi vocarunt *pilaſcas*. Iſid. Gloſſae. *Pilaſca vas vinarium ex corio.* 4 *Opere ſuo faciendo*, ideſt, ampullis. 5 Quare non te plectam virgis. 6 Puellas. 7 Cum haec dicit pergit ad quaerendum ignem. Ab ara neminem licebat vi abripere; ut tamen arcerentur inde, qui ad eam confugerant, admovebant ignem; atque ita non ab hominibus, ſed a Deo Vulcano amoveri credebantur. 8 Nempe Labrax. 9 Mergi aves ſunt, quae crebro aquas ſubeunt. Minatur Daemones pugnos tam crebro eſſe Labracis ori impingendos, quam merguntur in aqua mergi. Sunt etiam mergae, a mergis volucribus dictae, *quae*, autore Feſto, *ſunt furculae, quas meſſores in fruges demergunt, ut elevare poſsint manipulos*. Videtur Plautus de his verba facere, quia ibidem de meſſe mentio: quaſi dicat; quemadmodum in meſſe demerguntur mergae in manipulos, ita mergam in os tuum pugnos.
10 Reſpondent Lorarii Labraci ex eis ignem poſtulanti. 11 Vivimus ficis aridis, pro quibus igne non eſt opus. 12 Poteſt ſupra tuum caput ignis accendi. 13 Feſtus docet, *humanum* eſſe ſacrificium, quod mortui cauſſa fiat; ergo *exurere ſibi humanum*, eſt ſe exurere.
14 Rapacibus, & cadavera appetentibus, quae fere majoris ſunt formae, quam aliae aves; ut vultures, & aquilae.

Cum conjecturam egomet mecum facio, 1 *haec illa eſt ſimia*,
Quae has hirundines ex nido volt eripere 2 *ingratiis*,
Quod ego in ſomnis ſomniavi. Tr. 3 *ſcin' quid?* 4 *tecum oro*, *ſenex*,
Ut illas ſerves, vim defendas, dum ego 5 *herum adduco meum*.
Deam. *Quaere herum*, *atque adduce* Tr. 6 *at hic ne*. Deam. 7 *maxumo malo ſuo*,
Si attigerit, *ſive occeptaſſit*. Tr. *cura*. Daem. *curatum eſt*, *abi*.
Tr. *Hunc quoque aſſerva ipſum*, *ne quo* 8 *abitat*. *nam promiſimus*
Carnifici aut talentum magnum, *aut hunc hodie* 9 *ſiſtere*.

SCENA V.

Daemonem inter & Labracem incrudeſcit de puellis contentio, uſque eo dum ſuperveniat Pleuſidippus a Trachalione ſervo commonitus.

Daemones, Labrax, Palaeſtra, Ampeliſca, Lorarii.

10 V*Trum*, *tu*, *leno*, *cum malo libentius*
Quieſcis, *an ſic ſine malo*, 11 *ſi copia eſt?*
Lab. *Ego*, *quae tu loquere*, *flocci non facio*, *ſenex*.
12 *Meas quidem te invito*, *& Venere*, *& ſummo Jove*,
De ara 13 *capillo jam deripiam*. Daem. *tange dum*. (do.
Lab. *Tangam hercle vero*. Daem. *agedum ergo! accede huc mo-*
Lab. *Jube dum recedere* 14 *iſtos ambo illuc modo*.
Daem. *Immo ad te accedent*. Lab. *non hercle egomet cenſeo*.
Daem. *Quid ages*, *ſi accedent propius?* Lab. *ego receſſero*.
Verum, *ſenex*, *ſi te umquam in urbe offendero*,
Numquam hercle quiſquam me lenonem dixerit,
Si non te 15 *ludos peſſumos dimiſero*.

Daem.

1 Hic nempe Labrax eſt illa ſimia, & puellae ſunt illae hirundines. 2 Per vim, invitis illis. 3 Sciſne quid agendum? 4 Te oro. 5 Pleuſidippum. 6 Dum Trachalio abit Daemoni commendat, obtruncato ſermone, ne ſinat Labracem puellas pertingere: quaſi dicat, vide ne hic puellas ab ara abſtrahat, vel attingat. 7 Fecerit ſuo maximo periculo ſi vel attigerit, vel *occeptaſſit*, ideſt, inceperit. Douza fecit, *occentaſſit*, ideſt, convicium fecerit; quod mire arridet Grutero. 8 Alii legunt, *habitet*, alii *abiat*. Ne abeat aliquo. 9 Tradere. 10 Trachalione jam inde abſente, Labrax propius ad puellas accedit, quem ita increpat Daemones. Viſne potius ceſſare, leno, cum tuo malo, an ſine malo? 11 Quando potes. 12 Nempe puellas. 13 Capillis deorſum rapiam de ara 14 Scilicet Lorarios. 15 Peſſime ludificatum.

Daem. *Facito iſtuc, quod minitaris. ſed nunc interim*
Si illas attigeris, dabitur tibi magnum malum.
Lab. *Quam magnum vero?* Daem. *quantum lenoni ſat eſt.*
Lab. 1 *Minacias ego iſtas flocci non facio tuas.*
Equidem te invito jam ambas rapiam. Daem. *tange dum.*
Lab. *Tangam hercle vero.* Daem. *tange! ſed ſcin', quomodo?*
I dum, Turbalio, 2 curriculo affer *(cito.*
Duas clavas. Lab. *clavas?* Daem. *ſed 3 probas: propera*
Ego te hodie 4 faxo recte acceptum, ut dignus es.
Lab. *Eheu! 5 ſceleſtus galeam in navi perdidi:*
Nunc mihi 6 opportuna hic eſſet, ſalva ſi foret.
Licet ſaltem iſtas mihi 7 appellare. Daem. *non licet.*
Ehem! optume aedepol, eccum, 8 clavator advenit.
Lab. *Illud quidem, aedepol, 9 tinnimentum eſt auribus.*
Daem. *Age accipe illanc alteram clavam, Sparax:*
Age alter iſtinc, alter hinc aſſiſtite.
Aſſiſtite ambo. ſic! audite nunc jam:
Si hercle 10 illic illas hodie digito tetigerit
Invitas, ni iſtunc iſtis 11 invitaſſitis
Uſque adeo, donec, qua domum abeat, neſciat,
Periſtis ambo, ſi appellabit 12 quempiam,
Vos reſpondetote iſtinc iſtarum 13 vicem:
Sin ipſe abire hinc volet, quantum 14 poteſt,
Extemplo 15 amplectitote crura fuſtibus.
Lab. *Etiam me abire hinc non ſinent?* Daem. *dixi ſatis.*
Et ille ubi 16 ſervos cum hero huc advenerit,
Qui herum arceſſivit, itote extemplo domum.
Curate haec 17 ſultis magna diligentia.

Lab.

1 *Minacias* veteres pro *minas* dixerunt. 2 Celeriter, ſtatim. 3 Nempe graves. 4 *Faxo te recte acceptum*; ideſt, curabo ut tu, leno, recte excipiaris. 5 Infelix. 6 Ad clavarum ictus ſuſtinendos. 7 Vocare in jus iſtas puellas. 8 Qui clavam geſtat. 9 Clava, nempe, eſt auribus tinnimentum; nam cum caput ea tunditur, aures tinnitum audiunt. 10 Labrax. 11 Lipſius Plautum ludere putat in verbo *invitare*, quod & vitam tollere ſignificat; quaſi dicat, niſi occideritis. At Gruterus putat, *invitare* hic non eſſe occidere, ſed accipere hoſpitio, immo & convivio; ut ſicut ibi homines adeo implebantur cibo, ac potu, ut neſcirent, qua abirent domum, etiam hic impleri velit lenonem fuſtibus, donec neſciat ubi ſit locorum. Hujuſmodi metaphora non raro apud Plautum invenitur. 12 Alii legunt *quempiam*, quod clarius. 13 Vice iſtarum puellarum. 14 Subaudi, quantum a vobis fieri poteſt. 15 Circumcaeditote, ſuccingite. 16 Trachalio. 17 Si libet, ſi vultis.

Lab. *Heu hercle! 1 nae iſtic fana mutantur cito.*
Jam hoc 2 Herculis eſt, Veneris fanum quod fuit.
Ita duo 3 deſtituit ſigna hìc cum clavis ſenex.
Non hercle 4 quo hinc nunc gentium aufugiam ſcio,
Ita nunc mihi utrumque 5 ſaevit & terra & mare.
Palaeſtra! Lor. *quid vis?* Lab. *apage! 6 controverſia eſt.*
Haec equidem Palaeſtra, quae reſpondit, non mea eſt.
Heus Ampeliſca! Lor. *7 caveſis infortunio.*
Lab. 8 *Ut poteſt, ignavi homines ſatis recte monent.*
Sed vobis dico, heus vos! num 9 moleſtia eſt,
Me adire ad illas propius? Lor. *nihil nobis quidem.*
Lab. *Numquid moleſtum mihi erit?* Lor. *nihil, ſi caveris.*
Lab. *Quid eſt, quod caveam?* Lor. *hem a 10 craſſo infortunio.*
Lab. *Quaeſo, hercle, abire ut liceat.* Lor. *abeas, ſi velis.*
Lab. *Bene hercle factum! habeo vobis gratiam.*
11 *Non. accedam potius.* Lor. *illic aſtato illico.*
Lab. *Aedepol 12 proveni nequiter multis modis.*
13 *Certum' ſt haſce hodie uſque obſidione vincere.*

SCENA VI.

Adeſt Pleuſidippus, & ad Praetorem trahit Labracem, quia eum fraudaverat arrhabone pro Palaeſtra dato.

Pleuſidippus, Trachalio, Mulieres, Labrax, Lorarii, Charmides.

M*Eamne ille 14 amicam leno vi, violentia*
De ara deripere Veneris voluit? Tr. *admodum.*
Pl. *Quin occidiſti extemplo?* Tr. *gladius non erat.*
Pl. 15 *Caperes aut fuſtem, aut lapidem.* Tr. *quid ego, quaſi canem,* *Homi.*

1 Profecto. 2 Hoc ideo dicit, quod ſenex duos ſervos cum clavis adſtare juſſerat, ac ſi eſſent duae ſtatuae, clavas, in modum Herculis, tenentes Silius Lib 3. *Clavigeri veneratur numinis aras.* 3 Ideſt, ſtatuit. Cicero: *Deſtituit omnes ſervos ad menſam ante ſe.* 4 Quo gentium, quonam loco. 5 *Saevit mihi*, ideſt, me exagitat, divexat, in me debacchatur. 6 Ob nomen ſcilicet Palaeſtrae; quaſi dicat, ſe ludi ambiguitate vocis Palaeſtrae. 7 Cave ſi libet ab aliquo infortunio. 8 Quantum in ipſis eſt. Labrax haec dicit converſa ad ſpectatores facie, quae Lorarii non audiant. 9 Num moleſtum vobis erit. 10 Quod craſſae graveſque hae clavae tibi dabunt. 11 Non proficiſcar, potius accedam ad illas 12 Mihi infeliciter res proceſſit multis rationibus. 13 Deliberatum eſt. 14 Palaeſtram. 15 Debebas capere.

Hominem inſectarer lapidibus nequiſſumum?
Lab. *Nunc pol ego perii! Pleuſidippus eccum adeſt:*
1 *Converret jam hic me totum cum pulviſculo.*
Pl. 2 *Etiamne in ara tunc ſedebant mulieres,*
Cum ad me profectus 3 *ire?* Tr. *ibidem nunc ſedent.*
Pl. *Quis illas nunc illic ſervat?* Tr. *neſcio quis ſenex,*
Vicinus 4 *Veneris. is dedit operam optumam.*
Is nunc cum ſervis ſervat: ego 5 *mandaveram.*
Pl. *Duc me ad lenonem recta. ubi illic eſt homo?*
Lab. *Salve.* Pl. *nihil ſalutem* 6 *moror.* 7 *opta ocyus;*
8 *Rapi te obtorto collo mavis, an* 9 *trahi?*
Utrumvis opta, dum licet. Lab. *neutrum volo.*
Pl. *Abi ſane ad litus* 10 *curriculo, Trachalio:*
Jube illos in urbem ire obviam ad 11 *portum mihi,*
Quos mecum duxi, hunc qui ad 12 *carnificem traderent:*
Poſt huc redito, atque 13 *agitato hic cuſtodiam:*
Ego hunc ſceleſtum 14 *in jus rapiam* 15 *exſulem.*
Age, ambula in jus. Lab. *Quid ego deliqui?* Pl. *rogas?*
Quin arrhabonem a me accepiſti 16 *ob mulierem, &*
Eam hinc 17 *abduxiſti.* Lab. *non avexi.* Pl. *cur negas?*
Lab. *Quia pol* 18 *provexi: avehere non quivi miſer.*
Equidem tibi me dixeram 19 *praeſto fore*

Apud

1 Me delebit funditus: vel, me ex hoc loco totum exiget, pugnis, aut fuſtibus contundens. Veteres dicebant *cum pulviſculo*, quoties omnia ſic tollebantur, ut nihil eſſet reliqui, ne pulvis quidem. 2 Nondum Pleuſidippus Labracem vidit, nec ad aram pervenit. 3 Cum profectus es, ut ad me venires. 4 Id eſt, vicinus aedi Veneris. 5 Puellas illi commendaveram. 6 Hanc tuam ſalutem nihil curo. 7 Elige.
8 Nempe in jus. *Rapere obtorto collo*, eſt veſte ad collum prehenſa gulam, & fauces premere, & angere, iiſque adſtrictis urgere, & trahere. *Turnebus.*
9 Pedibus. 10 Statim, celeriter.
11 Pareus putat legendum, *ad forum*; quod confirmat Gronovius. Acidalius *a portu.* Camerarius *ad portam.* 12 Raevardus putat carnificem fuiſſe carceris cuſtodem, non Triumviros capitales; idque adeo verum exiſtimat, ut in *carcerem*, & *ad carnificem trahere* uno, eodemque ſenſu frequenter a veteribus dictum animadvertat, ut hoc loco a Plauto; proindeque veriſimilius eſſe docet, Triumviros carceris cuſtodes non fuiſſe, ſed curam cuſtodiae carceris habuiſſe. 13 *Agitare cuſtodiam* eſt cuſtodiam agere; ſic agitare vigilias, & excubias agitare.
14 Id eſt, in locum judiciorum, ante praetorem. 15 *Exſulem* hoc loco ſignificat hominem flagitioſiſſimum. 16 Pro Palaeſtra.
17 Ut in Siciliam aveheres.
18 Jocus eſt in verbis; nam avexi hoc loco ſignificat abſtuli; provexi vero ſignificat protuli. abduxi in longinquam partem.
19 Me adfuturum, adventurum.

Digitized by Google

Apud Veneris fanum: quid 1 muto? ſumne ibi?
Pl. *In jure cauſſam dicito: hic verbum ſat eſt:*
Sequere. Lab. *obſecro te, ſubveni, mi Charmides.*
Rapior obtorto collo. Ch. *quis me nominat?*
Lab. *Viden' me, ut rapior?* Ch. *video, atque inſpecto lubens.*
Lab. *Non ſubvenire mihi audes?* Ch. *quis homo te rapit?*
Lab. *Adoleſcens Pleuſidippus.* Ch. *ut 2 nactu' ſ, habe*
Bono animo: melius eſt te in 3 nervom correpere.
Tibi obtigit, quod plurimi exoptant ſibi.
Lab. *Quid id eſt?* Ch. *ut id quod quaerant, 4 inveniant ſibi.*
Lab. *Sequere, obſecro, me.* Ch. *5 pariter ſuades, qualis es.*
6 Tu in nervom rapere: eo me obſecras, ut te ſequar.
Etiam 7 retentas? Lab. *perii.* Pl. *verum ſit velim!*
Tu, mea Palaeſtra & Ampeliſca, ibidem illico
Manete, dum huc ego redeo. Lor. *equidem ſuadeo*
Ut 8 ad nos abeant potius, dum 9 recipis. Pl. *10 placet:*
Bene facitis. Lab. *11 fures mihi eſtis.* Lor. *quid, fures?*
Pl. *12 rape.*
Lab. *Oro, obſecro, Palaeſtra.* Pl. *ſequere, carnufex.*
Lab. *Hoſpes!* Ch. *non ſum hoſpes: repudio hoſpitium tuum.*
Lab. *Siccine me ſpernis?* Ch. *ſic ago: 13 ſemel bibo.*
Lab. *Di te 14 infelicent.* Ch. *15 iſti capiti dicito.*
Credo alium in aliam belluam hominem 16 vortier.
17 Illic in columbum, credo, leno vortitur:
Nam in 18 columbari 19 collum haud multo poſt erit:

In

1 Nempe meorum promiſſorum; ſeu nonne ſto promiſſis, nonne ſum in templo? 2 Ut tibi accidit, ſeu quidquid mali tibi accidit, perfer bono animo.
3 *Correpere in nervum* eſt in vincula conjici. 4 Nempe & damnum, & malum. Vere enim dicitur, eos, qui male agunt, malum ſibi quaerere. Horatius: *Raro antecedentem ſceleſtum, Deſeruit pede poena claudo.* 5 Tale prorſus conſilium das, qualis ipſe es, ſcilicet, nequam. 6 Tu in vincula traheris. 7 Retines. 8 In noſtras aedes. 9 Donec eas recuperes, vel ut Lambino placet, dum redis. 10 Nempe conſilium. 11 Nam bona mea mihi aufertis, nempe Palaeſtram & Ampeliſcam. 12 Trahe.
13 Semel tecum periculum ſubeo. Quaſi dicat; nolo iterum tecum naufragium pati, & aquam marinam bibere. 14 Hoc eſt, infelicitent. infelicem reddant.
15 Tuo iſti capiti id imprecare.
16 Converti. 17 Ille leno
18 Columbar genus vinculi eſt, cui collum reorum inſeritur, quaſi collarium. Columbaria ſunt etiam foramina in periſterotrophiis, ubi columbae nidificant. Hinc reſultat jocus verſus ſequentis. 19 Nempe Labracis.

1 In nervom ille hodie 2 nidamenta congeret.
Verumtamen ibo, 3 ei advocatus ut ſiem,
4 Si qui mea opera citius 5 addici poteſt.

ACTUS QUARTUS

SCENA I.

Daemones ſibi gratulatur, quod auxilium tulerit duabus virginibus Palaeſtrae, & Ampeliſcae.

Daemones.

BEne factum, & 6 volupe eſt, hodie me his mulierculis
7 Tetuliſſe auxilium. jam 8 clientas repperi;
Atque ambas forma 9 ſcitula atque 10 aetatula.
Sed uxor ſceleſta me omnibus 11 ſervat modis,
12 Ne qui ſignificem quippiam mulierculis.
Sed Gripus ſervos noſter, quid rerum gerat
Miror, de nocte qui abiit piſcatum ad mare.
Pol magis 13 ſapiſſet, ſi dormiviſſet domi.
Nam nunc & operam 14 ludos facit, & retia:
15 Ut tempeſtas eſt nunc, atque ut noctu fuit.
16 In digitis hodie percoquam, quod ceperit;
Ita fluctuare video vehementer mare.
Sed ad prandium uxor me vocat; redeo domum,
Jam meas 17 opplebit aures ſua vaniloquentia.

1 Nervus eſt quodvis genus vinculi. 2 Nidamenta ea ſunt omnia, quibus utuntur aves ad nidos parandos, ut pinnae, flocci, paleae, tomenta &c. *Nidamenta congeret* igitur ſignificat, conferet res idoneas ſtruendo nido, ſeu conſtruet ſibi nidum. 3 Labraci. 4 Si aliqua ratione. 5 Pleuſidippo a Praetore. Sententia eſt: ſi citius opera mea fieri poteſt, ut Praetor Labracem tradat Pleuſidippo, qui in eum mitiorem exerceat poteſtatem. 6 Gratum, atque jucundum eſt. 7 Attuliſſe. 8 Quae ſub mea tutela ſunt. 9 Diminutivum a *ſcita*, pulchella. 10 Diminutivum ab aetate, juvenili aetate. 11 Obſervat. 12 Ne aliquo modo. 13 Pro ſapuiſſet, melius feciſſet. 14 Operam inanem ſumit, & retia fruſtra conterit. 15 Adeo magna tempeſtas. 16 Elegans proverbialis ſermo, quo ſignificatur, piſcatorem ſine praeda domum reverſurum. In digitis enim nihil percoqui poteſt; adeoque nihil cepit, qui cepit, quod poteſt percoqui in digitis. 17 Implebit, obtundet.

SCENA II.

Gripus educto e mari vidulo Labracis, in quo erant hujus pecuniae, & ciſtella Palaeſtrae, divitias ſuas magnas futuras arbitratur, & ex ſervo liberum, & regem fieri in animum ſibi inducit.

Gripus.

Neptuno has ago meo patrono gratias,
Qui ſalſis locis 1 incolit 2 piſculentis,
3 Cum me ex ſuis 4 pulchre ornatum 5 expedivit
6 Templis reducem, plurima praeda onuſtum,
7 Salute horiae, quae in mari fluctuoſo
Piſcatu novo me uberi 8 compotivit.
Miroque modo atque incredibili hic piſcatus mihi
9 Lepide evenit: neque piſcium ullam unciam hodie
Pondo cepi, niſi hoc quod fero hic in 10 rete.
Nam ut de nocte 11 multa impigreque 12 exurrexi,
Lucrum 13 praepoſivi ſopori & quieti:
Tempeſtate ſaeva 14 experiri 15 expetivi
Paupertatem 16 heri, 17 qui & meam 18 ſententiam
19 Tolerarem, 20 opera haud fui parcus mea. Nimis homo
21 Nihili eſt, qui piger eſt: nimiſque 22 id genus odi ego 23 male.
Vigilare decet hominem, qui volt ſua 24 tempori conficere officia.
Non enim illum expectare oportet, dum herus ſe ad ſuum ſuſcitet officium.
Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro & cum malo quieſcunt.
Nam ego nunc mihi, qui impiger fui, repperi, ut piger,
25 ſi velim, ſiem.

1 Hoc

1 *Incolit locis*, prohabitat in locis. 2 In locis, quae abundant piſcibus. 3 Quia. 4 Egregie inſtructum. 5 *Expedivit me reducem*, ideſt, me dimiſit. 6 Templa Neptunia optime dicuntur maria. 7 Salva, ſcilicet, horia, ideſt navicula piſcatoria. 8 Compotem fecit, cumulavit. 9 Jucunda mihi contigit haec piſcatio. 10 In rete ferebat vidulum. 11 Media. 12 Ut item piſcatum. 13 Praepoſui. 14 Ordo eſt: Expetivi experiri, qui tolerarem paupertatem heri, & meam ſententiam. 15 *Expetivi experiri*, ideſt, optavi, ut mihi contingeret. 16 Daemonis heri mei. 17 Quomodo. 18 Pluribus magni nominis interpretibus placet conjectura Camerarii, qui legendum putat, *ſervientiam*, ideſt, ſervitutem. 19 Levarem. Virg. *Tolerare colo vitam, tenuique Minerva.* 20 Haud peperci meo labori. 21 Nihili eſt faciendus. 22 Nempe hominum. 23 Valde. 24 Tempeſtive, celeriter. 25 *Ut piger ſiem*, ideſt, ut poſſim quieſcere, & otiari.

1 Hoc ego in mari, quidquid ineſt, repperi: quidquid ineſt, grave quidem eſt: aurum *(haec tibi*
Hic ego ineſſe reor. nec 2 mihi conſcius eſt ullus homo. nunc
Occaſio, Gripe, obtigit, ut liberet 3 ex populo Prator te.
Nunc ſic faciam, ſic 4 conſilium eſt, ad herum ut veniam 5 docte atque aſtute. *(ber.*
6 Pauxillatim pollicitabor 7 pro capite argentum, ut ſim li-
Jam ubi liber ero; 8 igitur demum 9 inſtruam agrum, aedes, mancipia: *(bebor.*
Navibus magnis mercaturam faciam: apud reges rex perhi-
Poſt 10 animi cauſſa mihi navem faciam, atque imitabor 11 Stratonicum:
Oppida circumvectabor. ubi nobilitas mea erit clara,
Oppidum magnum communibo: 12 eii ego urbi Gripo indam nomen,
Monimentum meae famae & factis: ibique regnum magnum inſtituam.
Magnas res hic agito in mentem inſtruere. nunc hunc vidulum condam. *(mento.*
Sed 13 hic rex cum aceto pranſurus eſt & ſale, ſine bono pul-

SCENA III.

Gripum educentem e mari vidulum Labracis, Trachalio ſervus Pleuſidippi videt: ſtatim recordatur eorum quae dixit Palaeſtra: decidiſſe in mare vidulum, in quo divitiae

1 Vidulum oſtendit. 2 Mecum conſcius, qui ſit hujus rei conſcius. 3 Ut Praetor re non ſolum liberum faciat virga, (quae vindicta dicebatur) ſed etiam eximaris numero hominum inferioris loci, atque ordinis. Alii legunt *extemplo*. 4 Decrevi. 5 Prudenter. 6 Senſim, paullatim. 7 Pro me. Id referri poteſt ad morem veterum, apud quos manumitti ſervus dicebatur, cum dominus aut caput ejus ſervi, aut alium membrum tenens dicebat: *hunc hominem liberum eſſe volo*; & emittebat eum manu. 8 Tum demum. 9 Parabo. 10 Voluptatis, & delectationis gratia. Hujuſmodi naves, quas Seneca *cubiculatas*, & *luſorias* vocat, Paradae, & Thalamegi dicebantur, quae intus toris, & culcitis erant inſtratae. 11 Stratonicus fuit quaeſtor Regis Philippi, & deinde Alexandri magni, homo praedives, quem recte vocaverimus Craſſum Graecorum, ut Craſſus propter divitias fuit Stratonicus Romanorum. 12 Pro ei. 13 Jocoſe ſe ipſum illudit, cujus coena cum ſale, & aceto ſine obſonio futura erat. Lambinus notat, coenare cum ſale, & aceto, apud veteres ſignificaſſe nullam, vel perquam tenuem coenam habere.

vitiae omnes Labracis erant, & ciſtella, in qua erant crepundia, quibus poſſet agnoſcere parentes. Accedit. Contendit vidulum ſibi eſſe dividendum cum Gripo. Gripus recuſat. Arbitrum eligunt dominum villae vicinae Daemonem, quem ignorat Trachalio eſſe herum Gripi.

Trachalio, Gripus.

HEus mane. Gr. *quid maneam?* Tr. *dum hanc tibi, quam trahis, 1 rudentem complico.* *(quod*
Gr. 2 *Mitte modo.* Tr. *at pol ego te adjuvabo. nam 3 bonis*
Bene ſit, haud perit. Gr. *turbida tempeſtas heri fuit,*
Nihil habeo, adoleſcens, piſcium: ne tu mihi eſſe 4 poſtules.
Non vides referre me uvidum rete, ſine 5 ſquamoſo pecu?
Tr. 6 *Non aedepol piſces expeto, quam tui 7 ſermonis ſum indigens.*
Gr. 8 *Enicas jam me odio, quiſquis es.* Tr. *non ſinam ego abire hinc te. mane.*
Gr. 9 *Cave ſis malo.* 10 *quid tu,* 11 *malum, nam me retrahis?* Tr. *audi.*
Gr. *Non audio.* Tr. *at pol quin audies.* Gr. 12 *quin poſt loquere, quid vis.* *(volo.*
Tr. *Eho, modo eſt* 13 *operae pretium, quod tibi ego narrare*
Gr. *Eloquere, quid id eſt?* Tr. *vide num quiſpiam* 14 *conſequitur prope nos.* *(conſilii*
Gr. *Ecquid eſt, quod mea referat?* Tr. 15 *ſcilicet! ſed boni*
16 *Ecquid in te mihi eſt?* Gr. *quid negotii eſt? modo dic.* Tr. *dicam.*
Tace, 17 *ſi fidem modo das mihi te non fore* 18 *infidum.*
Gr. *Do fidem tibi, fidus ero, quiſquis es.* Tr. *audi. furtum ego vidi*

Qui

1 Rudens funis nauticus. Nonius ex hoc loco probat *rudens* eſſe maſculini, & feminini generis. 2 Ne retineas me, vel rudentem. 3 Beneficium, quod fit probis viris, non perperam collocatur, non male perditur. 4 Arbitreris eſſe, atque adeo poſtules. 5 Sine piſcibus: elegans periphraſis, Lucretius: *Mutaeque natantes - Squamigerum pecudes,* ideſt, piſces. 6 Subintellige, non tam a te. 7 Conſilii, verborumque tuorum. 8 Ideſt, enecas me moleſtia, valde moleſtus mihi es. 9 Cave, ſi lubet. 10 Quid nam tu. 11 Italice *In mal' ora*. 12 Gripus cupit praedam abſcondere; itaque vult ſermonem differri, & poſtea quidvis dici. 13 Res eſt, cui opera omnis impendatur. res magni momenti. 14 An aliquis nos prope conſequatur. 15 Scire licet, neceſſe eſt ſcire, an aliquis nos conſequatur. 16 Quid boni conſilii mihi dabis. 17 Si mihi modo ſpondes. 18 Nempe in dando conſilio.

Qui faciebat : noveram dominum , 1 *id cui fiebat : poſt ad*
Furem egomet devenio , 2 *feroque ei conditionem hoc pacto :*
Ego iſtuc furtum ſcio cui factum eſt . nunc mihi ſi vis
Dare dimidium , indicium domino non faciam . is mihi nihil
3 *Etiam reſpondit . quid* 4 *inde aequum eſt dari mihi ? dimidium*
Volo ut dicas . Gr. *immo hercle etiam amplius : nam niſi dat , domino* 5 *dicundum*
Cenſeo . Tr. 6 *tuo conſilio faciam . nunc* 7 *advorte animum ;*
Namque hoc attinet omne ad te . Gr. *quid eſt factum ?* Tr. 8 *vidulum* (*eſt ?*
Iſtum , cujus ille eſt , novi ego hominem jampridem . Gr. *quid*
Tr. 9 *Et quo pacto periit .* Gr. *at ego quo pacto inventu' ſt ſcio .*
Et qui invenit , hominem novi : & dominus qui nunc eſt , ſcio .
10 *Nihilo pol pluris tua hoc , quam quanti illud refert mea .*
Ego illum novi , cujus nunc 11 *eſt ; tu illum , cujus antehac fuit .* (*non ferat ,*
Hunc homo 12 *feret a me nemo : ne tute ſperes* 13 *potius .* Tr.
Si dominus veniat ? Gr. *dominus* 14 *huic nemo , ne* 15 *fruſtra ſis ,*
Niſi ego , 16 *nemo natu' ſt ; hunc qui cepi in* 17 *venatu meo .*
Tr. *Ità ne vero ?* Gr. 18 *ecquem eſſe dices in mari piſcem meum ?*
19 *Quos cum capio , ſiquidem cepi , mei ſunt ; habeo pro meis :*
Nec manu 20 *aſſeruntur ; neque* 21 *illinc* 22 *partem quiſquam poſtulat .*
In foro palam omnes vendo 23 *pro meis venalibus .*
Mare quidem commune certo' ſt omnibus . Tr. *aſſentio ,*

1 Ideſt , furtum . 2 Propono . 3 Adhuc . 4 Ex furto illo . 5 Aperiendum furtum . 6 Ut ſuades . 7 Animadverte . 8 Comica ſyntaxis , & Plauto familiariſſima , quam Latinos Comicos a Graecis ſumſiſſe Lambinus annotat . Jampridem novi hominem , cujus iſte vidulus eſt . 9 Et ſcio . 10 Sententia eſt : Per Pollucem hoc nihilo pluris tua , quam mea intereſt ; ſeu , hoc non debet plus tua , quam mea intereſſe . 11 Nempe vidulus . 12 Auferet . 13 Ne tu ſperes potius te ablaturum . 14 Vidulo huic . 15 Ne erres . 16 Nemo mortalium eſt . 17 Piſcatu . Venatus de piſcibus Homero etiam , & Platoni dicitur . 18 Quem piſcem contendes ad me pertinere in mari ? 19 Quos piſces cum capio , quoniam cepi , mei ſunt . 20 *Manu aſſerere* eſt in libertatem vindicare ; hoc eſt , ſibi aſſumere , rei alicujus dominium , ſeu jus ſibi aſſerere . Itaque piſces , quos capio , non vindicantur in libertatem , a quovis aſſumi non poſſunt . 21 Illorum piſcium . 22 Quaſi ſuã . 23 Quaſi meos venales .

1 Qui minus hunc communem quaeſo mihi eſſe oportet vidulum?
In mari inventu'ſt, 2 commune eſt. Gr. *3 nae impudenter impudens!*
Nam ſi iſtuc jus ſit, quod memoras, piſcatores perierint:
Quippe cum 4 extempio in macellum piſces prolati ſient,
Nemo emat: ſuam quiſque partem piſcium poſcat ſibi:
Dicat, in mari communi captos. Tr. *quid ais, impudens?*
Auſus etiam comparare vidulum cum piſcibus?
Eadem tandem res videtur? Gr. *5 in manu non eſt mea;*
Ubi demiſi retem, atque hamum, quidquid haeſit, extraho.
Meum, quod rete atque hami nacti ſunt, meum potiſſumum'ſt.
Tr. *Immo hercle haud eſt; ſiquidem 6 quod vas excepiſti.* Gr. *7 philoſophe!*
Tr. *Sed tu 8 en umquam piſcatorem vidiſti, 9 venefice,*
Vidulum piſcem cepiſſe? aut 10 protuliſſe ullum in forum?
Non enim tu hic quidem 11 occupabis omnis quaeſtus, quos voles.
Et 12 vietorem & piſcatorem te eſſe, 13 impure, 14 poſtulas.
Vel te mihi monſtrare oportet, piſcis qui ſit vidulus,
Vel, quod in mari non natum eſt, neque habet ſquamas, 15 ne feras.
Gr. *Quid tu, numquam audiviſti eſſe antehac vidulum piſcem?* Tr. *ſcelus.*
Nullus eſt. Gr. *immo eſt profecto. ego, qui ſum piſcator, ſcio!*
Vero rare capitur: nullus minus ſaepe ad terram venit.
Tr. *16 Nil agis: dare verba ſperas mihi te poſſe, furcifer.*
Quo 17 colore eſt? Gr. *18 hoc colore capiuntur 19 pauxilluli.*
Sunt

1 *Qui minus oportet*, qua ratione non oportet 2 Res communis eſt. 3 Profecto es. 4 *Cum extemplo*; dictum more graeco pro extemplo quam, vel ſtatim atque. 5 In poteſtate. Scilicet, antequam demerſi rete, & hamum, nihil eſt in mea poteſtate. 6 Aliquod vas, nempe vidulum. 7 Vir acute! Dictum Ironice 8 *En umquam*, id eſt, umquamne. 9 Ut bene, ac proprie convicii loco a Gripo dictum fuit *Philoſophe* Trachalioni, qui nimis acute, ac ingenioſe, Philoſophorum more, reſpondebat, ita aptiſſime, atque ad rem Trachalio dicit *venefice* Gripo, qui quaſi veneficus vult vidulum in piſcem mutare. 10 Nempe venalem. 11 Ideſt, facies de omni re quidquid lucri libuerit. 12 *Victor*, ſeu *vitor* eſt, qui ex vimine texto utenſilia facit, a quo mercatorum genere viduli fortaſſe vendebantur. 13 Sceleſte. 14 Vis, cupis. 15 Aut ne avehas. 16 Nihil hiſce figmentis aſſequeris. 17 Nempe iſte piſcis nomine vidulus. 18 Quo nempe iſte vidulus eſt. 19 Perpauci.

Digitized by Google

Sunt alii puniceo corio, magni 1 *item, atque atri*. Tr. 2 *ſcio.*
Tu hercle, opinor, in vidulum te piſcem convortes, niſi caves:
Fiet tibi 3 *puniceum corium, poſtea atrum denuo.*
Gr. 4 *Quod ſcelus hodie hoc inveni!* Tr. *verba facimus:*
5 *it dies.*
Vide ſis, 6 *quojus arbitratu nos facere vis?* Gr. *viduli*
Arbitratu. Tr. *ita enim vero? ſtultus es*. Gr. *ſalve*,
7 *Thales!*
Tr. *Tu iſtunc hodie non* 8 *feres, niſi* 9 *das* 10 *ſequeſtrum*
aut arbitrum,
Quojus haec res arbitratu 11 *fiat*. Gr. *quaeſo* 12 *ſanus es?*
Tr. 13 *Elleboroſus ſum*. Gr. *ego* 14 *cerritus*, 15 *hunc non*
16 *amittam tamen.*
Tr. *Verbum adde etiam unum, jam in cerebro colaphos* 17 *abſtrudam tuo.*
Ego jam hic te, itidem quaſi 18 *penicillus* 19 *novus* 20 *exurgeri ſolet,*

1 Nempe ſunt alii. 2 Intelligo. 3 Tu nempe virgis vapulabis, atque ita corium tuum fiet rubrum, cruentum, poſtea denuo fiet nigrum. 4 Quod malum, quod infortunium, vel etiam, quem ſceleſtum hominem. 5 Procedit, effluit. 6 Cujus judicio vis hanc rem nos, ſeu controverſiam componere? 7 Ideſt, ſalve ſapiens; qua Ironia refutat Trachalionis convicium, a quo ſtultus eſt appellatus. Fuit enim Thales Mileſius unus e ſeptem Graeciae Sapientibus. Niſi forte Plautus id reſpexit, quod de Thalete dicitur; nempe piſcatores Mileſios, educto e mari tripode aureo, illum detuliſſe Thaleti, oraculi juſſu, quod conſultum ſapientiſſimo totius Graeciae dandum reſponderat. Quaſi Gripus dicat: Tu forte expectas vidulum judicio arbitri, ut Thales habuit vidulum judicio Apollinis. 8 Aſportabis. 9 Aſſignas, eligis. 10 Sequeſter dicitur apud quem plures rem, de qua controverſia eſt, deponunt. Vocabulum a ſequendo factum; quod ejus, qui electus ſit, utraque pars fidem ſequatur. 11 Haec lis, controverſia dirimatur. 12 Mente. 13 Inſanus ſum. Elleborus furioſis dari ſolitus; quaſi dicat, ego ſum Elleboro madidus. 14 Pro cereritus. Cerriti dicuntur male ſani, aut Cereris furore animo vexati. Itaque dicit Gripus: ſi tu es Elleboro madidus, ego ſum Cerere irata inſtinctus. 15 Vidulum. 16 Dimittam. 17 Tuo capiti colaphos, ſeu pugnos, (nam colaphus fit digitis compreſſis, & in pugnum coartis, & differt ab alapa, quae fit manu explicata) uſque adeo valide impingam, ut ad cerebrum uſque penetrent. 18 Spongia. 19 Penicillus, ſeu ſpongia nova plus humoris ſolet imbibere, adeoque crebrius exurgenda. 20 Exprimi, urgeri. Quemadmodum exprimitur, & urgetur, ſeu premitur manibus ſpongia, ut ſiccetur. Ad rem Trachalio in piſcatorem uvidum ex mari emergentem ita jocatur; cui mox Gripus ex ſua diſciplina aptiſſime reſpondet.

1 *Ni hunc amittis*, 2 *exurgebo quidquid humoris tibi'ſt*.
Gr. 3 *Tange!* 4 *affligam ad terram te itidem, ut piſcem ſoleo polypum*. (*divide*.
Vis pugnare? Tr. 5 *quid opu'ſt? quin tu potius* 6 *praedam*
Gr. *Hinc tu, niſi malum*, 7 *fruniſci nihil potes, ne* 8 *poſtules*.
Abeo ego hinc. Tr. *at ego hinc* 9 *offlectam navem, ne quo abeas: mane*.
Gr. *Si tu* 10 *proreta iſti navi es, ego* 11 *gubernator ero*.
Mitte rudentem, ſceleſte. Tr. *mittam: omitte vidulum*.
Gr. *Numquam, hercle, hinc hodie* 12 *ramentâ fies* 13 *fortunatior*.
Tr. *Non probare* 14 *pernegando mihi potes, niſi* 15 *pars datur*,
Aut ad arbitrum 16 *reditur, aut* 17 *ſequeſtro ponitur*.
Gr. 18 *Quemne ego excepi in mari?* Tr. *at ego inſpectavi e litore*.
Gr. 19 *Mea opera, labore, & rete, &* 20 *horia*. Tr. 21 *num qui minus*, (*procul*,
Si veniat nunc dominus, 22 *quojus eſt, ego qui inſpectavi*
Te hunc habere, fur ſum, quam tu? Gr. 23 *nihilo*. Tr. *mane*, 24 *maſtigia*.
25 *Quo argumento ſocius non ſum, & fur ſum? fac dum ex te ſciam*.
Gr. *Neſcio: neque ego iſtas voſtras leges urbanas ſcio*,

Niſi

1 Niſi hunc vidulum dimittis 2 Exprimam, exſugam. 3 Nempe me. 4 Illidam, proſternam. Lambinus haec de polypo: *Piſcem polypum ſolebant terrae illidere, ut tenerior eſſet, & melius coqueretur*. 5 Nempe pugnare 6 Vidulum inventum. 7 Frui, aſſequi, adipiſci. 8 Ne expectes aliud 9 In contrariam partem flectam. 10 Si tu ad proram ſedes. 11 Gubernator dicitur, qui ſedet in puppi. Douza annotat, haec in proverbium uſurpari ſolita, cum aliquo in negotio neuter alteri vult cedere. 12 Ramentum, & ramentam, & ſcobem dixerunt Latini, quod humi cadit, cum lima, aut ſcobina, ſimilive inſtrumento aliquid atteritur. 13 Ditior: ideſt, numquam tantillum, ne ramentâ quidem fies ditior. 14 Ideſt, negando tuam cauſſam mihi probare non potes. 15 Praedae, earumque rerum. quae ſunt in vidulo 16 Camerarius exiſtimat antique dictum pro redditur. At Gruterus vix hoc admittit, cum dicatur ſolemni quaſi modo *redire ad arbitrum Reditur*. Imperſonale pro reditus ſit. 17 Vide, quae dixi ſupra v. 65. 18 Subaudi, deponam ne ego apud ſequeſtrum vidulum, quem cepi in mari? 19 Haec verba pendent a ſuperioribus: *quemne &c* Gripus enim, quae dicantur a Trachalione non attendit, ſed ſuum ſermonem proſequitur. 20 Navicula piſcatoria. 21 Num ego, qui inſpexi procul, aliqua parte ſum minus fur. quam tu, ſi &c. 22 Cujus eſt vidulus. Dicit Trachalio, ſe utpote conſcium furti, a domino viduli furem habendum. 23 Nihilo minus es fur. 24 Homo verberibus digne. 25 Quo indicio non ſum furti ſocius.

Niſi quia, 1 *hunc meum eſſe, dico*. Tr. *& ego item eſſe ajo meum*.
Gr. *Mane jam: reperi* 2 *rem, quo pacto nec fur, nec ſocius ſies*.
Tr. *Quo pacto?* Gr. *ſine me hinc abire: tu abi tacitus tuam viam:* (*dabo*.
Nec tu me quoiquam 3 *indicaſſis, neque ego tibi quidquam*
Tu taceto; ego 4 *muſſitabo: hoc optumum atque aequiſſumū eſt*.
Tr. 5 *Ecquid conditionis audes ferre?* Gr. *jamdudum fero:*
Ut abeas, rudentem amittas, mihi moleſtus ne ſies.
Tr. *Mane, dum refero conditionem*. Gr. *te obſecro, hercle*, 6 *aufer te modo*. (*meos*.
Tr. 7 *Ecquem in his locis noviſti?* Gr. 8 *oportet vicinos*
Tr. *Ubi tu hic habitas?* Gr. *porro illic longe uſque in campis* 9 *ultimis*.
Tr. 10 *Vin' qui in hac villa habitat, ejus arbitratu* 11 *fieri?*
Gr. *Paulliſper remitte reſtem, dum* 12 *concedo, & conſulo*.
Tr. 13 *Fiat*. Gr. 14 *euge! ſalva res eſt: praeda haec* 15 *perpetua eſt mea*. (*meas*.
Ad meum 16 *herum arbitrum vocat me hic intra* 17 *praeſepis*
Numquam, hercle, hodie 18 *abjudicabit* 19 *ab ſuo* 20 *triobolum*.
Nae iſte haud ſcit, 21 *quam conditionem tetulerit. ibo ad arbitrum*. (*to ſcio*,
Tr. 22 *Quid igitur?* Gr. *quamquam iſtuc eſſe* 23 *jus meum cer-*
24 *Fiat iſtuc potius, quam nunc pugnem tecum*. Tr. *nunc places*.
Gr. *Quamquam ad ignotum arbitrum me* 25 *appellis; ſi* 26 *adhibebit fidem*,
Etſi eſt ignotus, 27 *notus:* 28 *ſi non;* 29 *notus, ignotiſſumus eſt*.

1 Reſpexit ſolemnem vindicationis morem 2 Rationem. 3 Indicaveris cuiquam. 4 Tacebo. 5 Quam conditionem vis offerre? 6 *Aufer te*. abſiſte, recede. 7 Quem hominem. 8 Nempe, me noſcere. 9 Remotiſſimis. 10 Vis ne. 11 Noſtram controverſiam diſceptari. 12 Hinc recedo, eo vado. & delibero. 13 Eſto, recede hinc, & delibera. 14 Haec dicit ſecum Gripus, quae Trachalio non audit. 15 Conſtanter. 16 Daemonē. 17 Intra aedes. *Praeſepis* pro praeſepes. Nonius: *non ſolum ubi pecora pabulantur, ſed & omnia loca clauſa, & tuta, praeſepia dicta*. 18 Suo judicio eripiet. 19 Nempe ſervo 20 Tres obulos. 21 Quam utilem mihi. 22 Quid igitur deliberaſti? 23 Vidulum ad me pertinere. 24 Id fiat. quod vis, ad arbitrum eamus. 25 Ducis, vocas, adigis. 26 Crediderit mihi, measque partes ſuſceperit. 27 Notus mihi erit, pro noto atque etiam amico eum habebo. 28 Si vero fidem non adhibebit. 29 Tametſi notus.

SCENA IV.

Gripus, & Trachalio cauſſam ſuam deferunt ad Daemonem. Trachalio fatetur unum ſe petere a Gripo, non ut ex aequo divitiae, quae ſunt in vidulo, dividantur, ſed ut ciſtella reſtituatur Palaeſtrae. Gripus annuit, modo id teſte Daemone fiat, & ſingula crepundia & ex nomine, & ex facie agnoſcat Palaeſtra. Res ita fit. In enſiculo aureo nomen Patris, in ſecuricula aurea nomen matris erat inſcriptum. Agnoſcit filiam pater, patrem filia.

Daemones, Palaeſtra, Ampeliſca, Gripus, Trachalio.

Serio, aedepol, quamquam 1 *volo vobis quae voltis, mulieres,*
Metuo, propter vos, ne uxor mea me extrudat aedibus:
Quae me pellices adduxiſſe dicet ante oculos ſuos.
Vos confugite in aram potius, 2 *quam ego.* Mul. *miſerae* 3 *periimus.*
Dae. *Ego vos ſalvas* 4 *ſiſtam, ne timete. ſed quid vos foras* 5 *Proſequimini? quoniam ego aſſum, faciet nemo injuriam.*
Ite, inquam, domum 6 *ambo nunc jam* 7 *ex praeſidio* 8 *praeſides.*
Gr. *O here, ſalve.* Daem. *ſalve, Gripe. quid fit?* Tr. *tuuſne hic ſervos eſt?*
Gr. 9 *Haud pudet.* Tr. *nihil ago tecum.* Gr. 10 *ergo abi hinc ſis.* Tr. *quaeſo reſponde, ſenex.*
Tuus hic ſervos eſt? Daem. *meus eſt.* Tr. *hem!* 11 *iſtuc optume, quando tuus eſt.*
Iterum te ſaluto. Daem. *& ego te. tune es, qui haud multo prius*
Abii-

1 Vobis omnia fauſta ac bona cupio, quae vos ipſae exoptatis. 2 Scilicet, in aram confugiam, prae ira uxoris ex aedibus tantum non extruſus. Taubmannus. At Pareus: *quam ego* objurger, aut extrudar aedibus.
3 Id eſt: ſi nos tuis aedibus ejicis, miſerae, ſumus perditae. 4 Faciam, praeſtabo, ſervabo. 5 Scilicet, me. 6 Geminos Lorarios alloquitur, quos Act. 3 ſc. 5 cum clavis hinc inde Lenoni cuſtodes addiderat. Amoto igitur lenone, & in judicium rapto, per Pleuſidippum, amoventur nunc etiam cuſtodes. 7 Ad hoc enim conſtituti fuerant Lorarii, ut praeſidio eſſent mulieribus. 8 Quaſi *praeſidiarii milites*. 9 Pro Daemone, quem Trachalio interrogaverat, reſpondet Gripus, *haud pudet*, id eſt, ſum vero illius ſervus; neque herum mei pudet, ut me eſſe ſuum neget. 10 Scilicet, ſi nihil rei tibi mecum eſt, ergo demigra hinc, ſi libet.
11 Res bene eſt.

Abiiſti hinc 1 *herum arceſſitum?* Tr. *ego is ſum*. Daem. *quid nunc vis tibi?*

Tr. *Nempe* 2 *hic tuus eſt?* Daem. *meus eſt*. Tr. *iſtuc optume, quando tuu' ſt*.

Daem. *Quid negoti' ſt?* Tr. *vir ſceleſtus illic eſt*. Daem. *quid fecit tibi*

Vir ſceleſtus? Tr. *homini ego iſti* 3 *talos ſuffringi volo*.

Daem. *Quid eſt? qua de re litigatis nunc inter vos?* Tr. *eloquar*.

Gr. *Immo ego eloquar*. Tr. *ego, opinor,* 4 *rem faceſſo*. Gr. *ſiquidem*

5 *Sis pudicus,* 6 *hinc faceſſas*. Daem. *Gripe, animum adverte, ac tace*.

Gr. 7 *Utin' iſtic prius dicat?* Daem. *audi,* 8 *loquere tu*. Gr. 9 *alienon' prius,*

Quam 10 *tuo dabis* 11 *orationem?* Tr. *ut* 12 *nequitur comprimi!*

13 *Ita ut occoepi dicere; illum quem dudum*

Lenonem extruſiſti, hic ejus vidulum, eccillum.

Gr. *Non habeo*. Tr. *negas, quod oculis video?* Gr. *at* 14 *ne videas, velim*.

Habeo, non habeo. quid tu 15 *me curas, quid rerum geram?*

Tr. *Quomodo habeas, illud refert: jurene an injuria*.

Gr. 16 *Ni iſtum cepi, nulla cauſſa eſt,* 17 *quin me condones cruci:*

Si in mari reti apprehendi, 18 *qui tuum potius eſt, quam meum?*

Tr. 19 *Verba dat. hoc modo res geſta eſt, ut ego dico*. Gr. *quid tu ais?*

D 4 Tr.

1 Vid. ſup. Act. 3 ſc 5. 2 Hic piſcator Gripus eſt ſervus tuus? 3 Tormenti genus apud veteres. 4 Douza notat in nonnullis Codicibus eſſe, *ego opinor, qui reum faceſſo*, id eſt, accuſo, litem moveo. Accuſator enim priore loco dicere debet. 5 Si quem habeas pudorem, & verecundiam. 6 Ludit in verbo *faceſſo*; quaſi dicat, recede hinc. 7 An tacere debeo, ut iſte dicat prior? 8 Nempe, Trachalio. 9 An homini alieno. 10 Tuo ſervo. 11 Dabis locum dicendi. 12 Ut non poteſt Gripus coerceri! 13 Ecce adeſt vidulus illius lenonis, quem ejeciſti jampridem, ſicut exorſus eram dicere. 14 Oculorum lumine careas. 15 Curam de me ſumis, quid tua refert? 16 Niſi hunc vidulum piſcatus ſum 17 Quominus me cruci deſtines. 18 Qua ratione id, quod ita cepi. 19 Fallit, vera non dicit.

Tr. *Quoad 1 primarius vir dicat, 2 comprime hunc ſis, ſi 3 tuus eſt.*

Gr. *Quid? tu idem mihi vis 4 fieri, quod 5 herus 6 conſuevit tibi?*
Si ille te comprimere ſolitus, hic noſter nos non ſolet.

Daem. *7 Verbo illo modo ille vicit; 8 quid nunc tu vis? dic mihi.*

Tr. *Equidem neque ego partem poſco mihi iſtinc de iſtoc vidulo,*
Neque meum eſſe hodie umquam dixi. ſed iſtic ineſt ciſtellula
Hujus 9 mulieris, quam dudum dixi fuiſſe liberam.

Daem. *Nempe tu hanc dicis, quam eſſe ajebas dudum 10 popularem meam?*

Tr. *Admodum: & ea, quae olim 11 parva geſtavit, crepundia*
Iſtic in iſta ciſtula inſunt, quae iſtic ineſt in vidulo.
Hoc neque 12 iſti uſus eſt, & illi 13 miſerae ſuppetias feret,
Si id dederit, 14 qui ſuos parentes quaerat. Daem. *faciam ut det: tace.*

Gr. *Nihil, hercle, ego ſum iſti daturus.* Tr. *nihil peto, niſi ciſtulam,*
Et crepundia. Gr. *quid ſi ea ſunt aurea?* Tr. *quid iſtic 15 tua?*
Aurum auro 16 expendetur; argentum argento exaequabitur.

Gr. *Fac ſis aurum ut 17 videam; poſt ego faciam ut videas ciſtulam.*

Daem.

1 Notà *primarium virum* dici accuſatorem, cujus primae ſunt agendi partes, quas ſibi Trachalio vindicat. Ita Acidalius, quem ſecuti Taubmannus, & Pareus. Boxhornius vero recedit ab hiſce, atque ita interpretatur: Ego ſimpliciter putem *virum primarium* hic dici, qui prior loqui occoepit. Primarius, prior, non modo dignitate, & auctoritate, ſed agendi etiam, aut dicendi ordine; qualis hic Trachalio. Neutra interpretatio Gronovio placet, ſuamque ita exponit. Aut ſervus ridiculum ſe praebet *primarium virum* appellando; aut ſcribendum *quod* pro *quoad*. Rogat Gripus. *quid tu ais?* Ille reſpondet: nihil abſonum, nec abſurdum, neque indignum quovis vel primario viro, ſi par eum occaſio deprehendiſſet: nempe, ut tu, Daemones, hunc comprimas, ſi tuus eſt. 2 Coge ut ſileat. 3 Scilicet, ſervus. 4 Ab hero meo. 5 Tuus. 6 Facere. 7 Gripe, Trachalio te vicit illo dicto, nempe quod primarius vir dum loquitur, alter tacere debet. 8 Daemones haec dicit Trachalioni. 9 Nempe Palaeſtrae. 10 Vid. ſup. Act. 3. ſc. 4. verſ. 34. 11 Infans. 12 Id quod in ciſtula eſt nullius eſt uſus huic Gripo, ſeu Gripus non habet opus his. 13 Palaeſtrae. 14 In ciſtula enim erant ſigna, quibus Palaeſtra ſuos parentes cognoſceret. 15 Subintellige, refert. 16 Aequo pondere dabitur tibi aurum pro auro. 17 Quod mihi pro auro daturus es.

Google

Daem. *Cave malo, ac* 1 *tace tu! tu* 2 *perge, ut occoepiſti, dicere.*

Tr. *Unum te obſecro, ut te hujus commiſereſcat mulieris,*
3 *Siquidem hic lenonis ejus eſt vidulus,* 4 *quem ſuſpicor.*
Hic niſi 5 *de opinione certum nihil dico tibi.*

Gr. *Viden' ſceleſtus ut* 6 *aucupatur!* Tr. *ſine me, ut occoepi, loqui.*
Si 7 *ſceleſti illius eſt hic,* 8 *quojus dico, vidulus,*
9 *Hae poterunt noviſſe: oſtendere his jube.* Gr. *aín' oſtendere?*

Daem. *Haud iniquom dicit, Gripe, ut oſtendatur vidulus.*

Gr. *Immo hercle inſignite inique.* Daem. *qui dum?* Gr. *quia ſi oſtendero,*
Continuo hunc noviſſe dicent ſcilicet. Tr. 10 *ſcelerum caput!*
Ut tute es, item omnis cenſes eſſe? 11 *perjurii caput!*

Gr. *Omnia* 12 *iſtaec ego facile patior, dum* 13 *hic* 14 *hinc* 15 *a me ſentiat.*

Tr. *Atqui nunc* 16 *abs te ſtat. verum* 17 *hinc* 18 *ibit teſtimoniũ.*

Daem. *Gripe advorte animum.* 19 *tu paucis expedi, quid poſtulas.*

Tr. *Dixi equidem: ſed ſi parum intellexti, dicam denuo:*
Haſce ambas, ut dudum dixi, ita eſſe oportet liberas.
20 *Haec Athenis parva fuit virgo ſurrepta.* Gr. *dic mihi,*
Quid iſta ad vidulum pertinent, ſervae ſint iſtae an liberae?

Tr. *Omnia iterum vis memorari,* 21 *ſcelus, ut* 22 *deſiat dies.*

Daem. *Abſtine maledictis, & mihi, quod rogavi,* 23 *dilue.*

Tr. *Ciſtellam iſtic ineſſe oportet* 24 *caudeam in iſto vidulo,*
Ubi ſunt ſigna, quî parentes noſcere haec poſſit ſuos,
25 *Quibuscum parva Athenis* 26 *periit, ſicuti dixi prius.*

Gr. *Juppiter te, dique perdant! quid ais, vir veneſice?*
Quid? iſtae mutae ſunt, quae pro ſe fabulari non queant?

Tr.

1 Gripe 2 Trachalio. 3 Si nempe. 4 Sicut ſuſpicor, exiſtimo. 5 Niſi ſicut opinor; poteſt enim eſſe, ut hic non ſit lenonis Labracis vidulus. 6 Aſtute captat animum. 7 Lenonis. 8 Cujus mentionem feci, quem nominavi. 9 Mulieres. 10 Sceleſte. Senſus eſt: quemadmodum tu es homo ſceleſtus, ita cenſes omnes eſſe ſceleſtos. 11 Homo perjuriſſime. 12 Convicia, & maledicta. 13 Daemones. 14 Ex vidulo, a quo teſtimonium ſumendum eſt. 15 *A me ſentiat*, id eſt, ſententiam pro me ferat. 16 *Abs te*, id eſt, contra te ſtat. 17 Ex hoc vidulo. 18 Prodibit. 19 Trachalio. 20 Palaeſtra. 21 Sceleſte. 22 Deficiat. 23 Aperi, enoda. 24 E junco ad ſimilitudinem equinae caudae factam Feſtus. Ex pilis caudae equinae. Operarius. 25 Id eſt, quibus cum ſignis. 26 Perdita eſt.

Tr. *Eo tacent, quia tacita 1 bona' ſt mulier ſemper, quam loquens.*
Gr. *Tum pol tu 2 pro oratione nec vir nec mulier 3 mihi es.*
Tr. *Qui dum?* **Gr.** *quia enim neque 4 loquens es, neque tacens umquam bonus.*
Quaeſo, en umquam hodie licebit mihi loqui? **Daem.** *ſi praeter hac*
Unum verbum 5 faxis hodie, ego tibi 6 comminuam caput.
Tr. *Ut id occoepi dicere, ſenex, eam te quaeſo ciſtulam*
Ut jubeas hunc reddere illis, ob eam, ſi quid 7 poſtulat
Sibi mercedis, dabitur: aliud quidquid 8 ibi eſt, habeat ſibi.
Gr. *Nunc demum iſtuc dicis, quoniam jus meum eſſe intelligis:*
Dudum dimidiam petebas 9 partem. **Tr.** *Immo etiam nunc peto.*
Gr. 10 *Vidi petere milvum, etiam cum nihil auferret tamen.*
Daem. *Non ego te 11 comprimere poſſum 12 ſine malo?* **Gr.** *ſi iſtic tacet,*
Ego tacebo: ſi iſte loquitur, ſine me pro re 13 mea parte loqui.
Daem. 14 *Cedo modo mihi iſtum vidulum, Gripe.* **Gr.** *concredam tibi.*
At ſi iſtorum nihil ſit, 15 ut mihi reddas. **Daem.** *reddetur.* **Gr.** *tene.*
Daem. *Audi nunc jam, Palaeſtra atque Ampeliſca, hoc quod loquor.*
Eſt ne hic vidulus, ubi ciſtellam tuam ineſſe ajebas? **Pal.** *is eſt.*
Gr. *Perii, hercle. ego miſer! ut priuſquam plane aſpexit, illico*
Eum eſſe dixit! **Pal.** *faciam ego hanc rem 16 planam tibi:*
Ciſtellam iſtic ineſſe oportet 17 caudeam in iſto vidulo.
Ibi, ego dicam, quidquid inerit, nominatim; tu mihi
18 *Nullus oſtenderis. ſi falſa dicam, fruſtra dixero.*
Vos tamen iſtaec, quidquid illic inerit, vobis habebitis.

Sed

1 Subintellige, magis. Genus hoc loquendi Tacito percrebrum norat Lipſius. *Agrippa claris majoribus, quam vetuſtis*, ideſt, *magis claris*. 2 *Pro oratione*, id eſt, quantum ex oratione tua colligo, ut verba facis. 3 A me haberis, crederis. 4 Numquam es bonus, neque tacens, neque loquens. 5 Feceris. 6 Confringam. 7 Gripus. 8 In vidulo. 9 Eorum quae in vidulo eſſent. Vide ſupra Act. 4 ſc. 3. 10 Vidi Milvum captare praedam, nec tamen capere. 11 Coercere tuam linguam. 12 Abſque tua poena. 13 *Pro re mea parte loqui*. Ita Academicus; & Gruterus edidit. Pareus illud *parte* cenſet inſiticium. Gronovius ſcribendum putat, *meam partem*. Quaſi dicat: ſine loqui meam partem pro re. id eſt, pro hac cauſa. 14 Praebe. 15 Scilicet, ea lege tibi do vidulum, ut mihi reddas, ſi &c. 16 Hanc rem facile tibi aperiam. 17 Vid. ſupra verſ. 65. 18 Non, nullo pacto.

Sed ſi erunt vera, tum 1 *obſecro te, ut mea mihi reddantur*. Daem. *placet*.
2 *Jus merum oras, meo quidem* 3 *animo*. Tr. *ac meo, hercle*.
Gr. *Quid ſi iſta aut* 4 *ſuperſtitioſa, aut ariola eſt, atque omnia,*
Quidquid inſit, 5 *vera dicet? anne habebit ariola?*
Daem. *Non* 6 *feret, niſi vera dicet: nequidquam ariolabitur.*
Solve vidulum ergo, ut, quidquid ſit verum, quam primum ſciam.
Gr. 7 *Hoc habet!* 8 *ſolutum eſt: ah perii! video ciſtellam*. Daem. 9 *haeccine eſt?*
Pal. *Iſtaec eſt. o mei parentes! hic vos concluſos gero*.
Huc 10 *opeſque ſpeſque voſtrûm* 11 *cognoſcendûm condidi*.
Gr. *Tum tibi, hercle, deos iratos eſſe oportet, quiſquis es,*
Quae parenteis in tam anguſtum tuos locum compegeris.
Daem. *Gripe, accede huc. tua res agitur. tu puella, iſtinc procul*
Dicito, quid inſit, & 12 *qua facie, memorato omnia*.
13 *Si hercle tantillum peccaſſis,* 14 *quod poſterius poſtules*
Te ad verum converti; 15 *nugas, mulier, magnas egeris*.
Gr. 16 *Jus bonum oras*. Tr. *aedepol* 17 *haud orat te: nam tu* 18 *injurius*.
Daem. *Loquere nunc jam puella. Gripe, animum advorte, ac tace*.
Pal. *Sunt crepundia*. Daem. 19 *ecca video*. Gr. *perii in primo* 20 *proelio!*
21 *Mane, ne oſtenderis*. Daem. *qua facie ſunt? reſponde ex ordine*.
Pal. 22 *Enſiculu' ſt aureolus primum* 23 *litteratus*. Daem. 24 *dice dum:*
In

1 Daemones. 2 Petis quod eſt merum & purum jus, aequum. 3 Judicio. 4 Divinatrix, venefica. 5 Nominatim appellabit, abſque eo quod ea videat? 6 Non habebit, nihil auferet. 7 Gripus more exultantium exclamat ſtatim a ſolutione; quaſi dicat: Palaeſtra capta eſt. 8 Vidulus apertus, ſolutus eſt. 9 Daemones educit e vidulo ciſtellam, eamque oſtendit Palaeſtrae, ab ea petens: haecne eſt tua ciſtella? 10 Et auxilia, & ſpes. 11 Cognoſcendorum. 12 Et memora qua forma ſint univerſa. 13 Per Herculem, ſi vel minimum erraveris in nominandis rebus, earumque forma. 14 Senſus eſt: ac pɩſtea coneris temet revocare ad verum. 15 *Nugas, mulier, magnas egeris*; ideſt, effutieris mera nugamenta. 16 Quod par atque aequum eſt petis. 17 Daemones haud petit quod aequum eſt a te. 18 Ludit in verbo jus, quaſi dicat: nam tu non modo bonum jus nulli praeſtas, ſed injuria afficis. 19 Ecce illa. 20 In primo congreſſu cecidi. Allegorice. 21 Haec Gripus dicit Daemoni, qui in manu habet crepundia e ciſtella educta. 22 Parvus enſis ex auro. 23 Litteris inſcriptus. 24 Dic interea.

In eo enſiculo 1 *litterarum quid eſt*? Pal. *mei nomen patris*.
Poſt 2 *altrinſecus eſt* 3 *ſecuricula* 4 *ancipes* , *item aurea*
Litterata: ibi matris nomen in ſecuricula' ſt . Daem. *mane !*
Dic , *in enſiculo* 5 *quid nomen eſt paternum*? Pal. *Daemones* .
Daem. *Di immortales* ! 6 *ubi loci ſunt ſpes meae* ? Gr. *immo* 7 *aedepol* , *meae* ?
Daem. 8 *Perge* , *te obſecro* , 9 *continuo* . Gr. 10 *placide ! aut ite in malam crucem* .
Daem. *Loquere matris nomen hic in ſecuricula quid ſiet* .
Pal. *Daedalis* . Daem. *di me ſervatum cupiunt* . Gr. *at me perditum* .
Daem. *Filiam meam eſſe hanc oportet* , *Gripe* . Gr. *ſit per me quidem* .
11 *Qui* 12 *te di omnes perdant* , *qui me hodie oculis vidiſti tuis* ,
Meque adeo ſceleſtum , *qui non circumſpexi centies*
Prius , *me ne quis inſpectaret* , *quam rete* 13 *extraxi ex aqua* .
Pal. *Poſt eſt* 14 *ſicilicula argenteola* , *& duae connexae* 15 *maniculae* , *&*
16 *Sucula* . Gr. *quin tu* 17 *i dierecta cum* 18 *ſucula* , *& cum porculis !*
Pal. *Et* 19 *bulla aurea eſt* , *pater quam dedit mihi natali die*.
Daem. *Ea eſt profecto ! contineri* , *quin complectar* , *non queo* .
Filia mea , *ſalve ! ego is ſum* , *qui te produxi* , *pater* :
Ego ſum Daemones , *& mater tua* , *ecca hic intus Daedalis* .
Pal. *Salve* , *mi Pater inſperate* ! Daem. *ſalve* . *ut te amplector libens !*

Tr.

1 Quae litterae ſunt ? 2 Ex altera parte ciſtellae . 3 Parva ſecuris . 4 Anceps, utrinque ſecans 5 Quale. 6 Quonam loco. 7 Haec moerens Gripus , qui omnes ſpes ſuas prorſus deſperatas videt , poſtquam Palaeſtra nominatim appellat omnia , quae ſunt in ciſtella . 8 Daemones jubet Gripo , ut celeriter ei praebeat , quae ſunt in ciſtella . 9 Statim .
10 Italice : *adagio*, *non tanta furia* Senex ſpe incenſus properat : at Gripus damnum metuens feſtinari vetat . 11 Vtinam . *Qui*, & *quod* ſunt aliquando imprecationum notae . 12 Te, Trachalio. 13 Priuſquam extraherem. 14 Parva falx , ſeu gladiolus ex argento . 15 Parvae manus connexae , quaſi in ſignum fidei 16 Parva ſus . 17 Abi in malam crucem . Vide animadverſiones in Capt. Act. 3 . ſc. 4 18 Plautus hoc loco alludit ad machinam quamdam tractoriam , quam *ſuculam* appellabant , in qua batillus , aut uncus , qui figebatur ut funem teneret, *porculus* vocabatur. Hanc machinam deſcribit Budaeus .
19 Bulla erat inſigne puerorum ingenuorum , quam in cordis figuram fuiſſe formatam , & infantibus in collo ſuſpendi ſolitam, docet Macrobius 1. Satur. c. 6.

Tr. 1 *Volupe' ſt*, 2 *cum iſtuc ex pietate voſtra vobis contigit*.
Daem. *Capedũ:hunc, ſi potes, fer intro vidulum, age Trachalio*.
Tr. *Ecce Gripi ſcelera!* 3 *cum iſtaec res male evenit tibi*,
Gripe, 4 *gratulor*. Daem. *age eamus, mea gnata, ad matrem tuã*,
Quae ex te poterit 5 *argumentis hunc rem magis* 6 *exquirere*,
Quae te magis 7 *tractavit, magiſque ſigna pernovit tua*.
Tr. *Eamus intro omnes, omnes quando operam* 8 *promiſcuam damus*.
Pal. *Sequere me, Ampeliſca*. Amp. *cum te dii amant, voluptati eſt mihi*.
Gr. *Sumne ego* 9 *ſceleſtus, qui illunc hodie* 10 *excepi vidulũ!*
Aut cum excepi, qui non alicubi in 11 *ſolo abſtruſi loco!*
Credebam aedepol 12 *turbulentam praedam eventuram mihi*,
Quia illa mihi tam turbulentâ tempeſtate evenerat.
13 *Credo aedepol ego illic ineſſe auri & argenti* 14 *largiter*.
Quid melius eſt, quam ut hinc 15 *intro abeam, & me ſuſpendam clanculum;*
Saltem tantiſper, dum 16 *abſcedat haec a me aegrimonia*.

SCENA V.

Daemones, reperta filia Palaeſtra, ſibi gratulatur.

Daemones.

PRò dii immortales, quis me eſt fortunatior,
Qui ex improviſo filiam inveni meam?
17 *Satin' ſi quoi homini dei* 18 *eſſe benefactum volunt*,
19 *Aliquo illud pacto obtingit optatum* 20 *piis!*
Ego hodie, qui neque ſperavi, neque credidi,
Is improviſo filiam inveni tamen:
Et eam de genere ſummo adoleſcenti 21 *dabo*
22 *Ingenuo, Athenienſi, & cognato meo*.

Ego

1 Jucundum eſt: 2 Quandoquidem hoc. 3 Quandoquidem haec res. 4 Ironice. 5 Indiciis. 6 Agnoſcere. 7 Cum parva eſſes. 8 Mutuam. 9 Infelix. 10 Piſcatus ſum. 11 Deſerto, remoto. 12 Senſus eſt: Jam praevideram hanc praedam futuram mihi turbulentam, id eſt, infauſtam, de qua magna mihi futura eſſet contentio. 13 Credebam. 14 Abunde, multum auri, & argenti. 15 Ingrediar in aedes. 16 Recedat a me haec animi aegritudo. 17 *Satin' ſi*, nonne perſpicuum eſt, ſi. 18 Beneficia impertiri volunt alicui homini. 19 *Aliquo pacto*, quoquomodo, quacumque opportunitate. 20 Viris. 21 Matrimonio jungam. 22 *Ingenuo adoleſcenti* ideſt, Pleuſidippo.

Ego eum 1 adeo arceſſi huc ad me quamprimum volo,
Juſſique exire huc ejus 2 ſervom, ut ad forum
3 *Iret. nondum egreſſum eſſe eum, id miror tamen.*
Accedam opinor ad fores. quid conſpicor?
Uxor complexa collo retinet filiam.
Nimis paene inepta atque 4 odioſa ejus 5 amatio eſt.

SCENA VI.

Daemones e foribus jubet uxori ut praeparet ad ſacrificium neceſſaria. Mittit Trachalionem ad accerſendum Pleuſidippum: Ei pollicetur libertatem, Palaeſtram in uxorem Pleuſidippo, & Ampeliſcam Trachalioni.

Daemones, Trachalio.

6 A*Liquando 7 oſculando melius eſt, uxor, 8 pauſā fieri.*
Atque 9 adorna, ut 10 rem divinam faciam, cum intro advenero,
Laribus familiaribus: 11 cum auxerunt noſtram familiam.
Sunt domi agni & 12 porci ſacres. ſed quid iſtum remoramini,
Mulieres, Trachalionem? atque optime, eccum, exit foras.
Tr. *Ubi ubi erit, tamen jam inveſtigabo, & mecum ad te adducam ſimul*
Pleuſidippum. Daem. 13 *eloquere, ut haec res obtigit de filia:*
Eum rogato, ut relinquat alias res, & huc veniat. Tr. 14 *licet.*
Daem. *Dicito daturum meam illi filiam uxorem.* Tr. *licet.*
Daem. *Et patrem ejus me noviſſe, & mihi eſſe cognatum.* Tr. *licet.*
Daem. *Sed propera.* Tr. *licet.* Daem. *jam 15 hic fac ſit, coena ut 16 curetur.* Tr. *licet.*
Daem. 17 *Omnian' licet?* Tr. *licet. ſed ſcin', quid eſt quod 18 te volo?*

Quod

1 *Adeo* apud Comicos poetas ſaepe eſt particula ornativa, ſeu expletiva, nihil ad ſenſum conferens. 2 Trachalionem. 3 Ad Pleuſidippum vocandum: 4 Alii legendum putant, *otioſa*. Quaſi velit, nimium temporis ponere in amplexanda filia, & interim omittere, quae ad ſacrificium ſunt neceſſaria. 5 Amoris ſignificatio. 6 Tandem. 7 Alii *oſculandi*. *Ennius*: *pauſam facere fremendi*: 8 Finem. 9 Omnia compara. 10 Sacrificem. 11 Quoniam. 12 Porci deſtinati ſacris appellabantur *ſacres*, quos Laribus immolabant illi, quibus aucta erat liberorum prole familia. 13 Pleuſidippo enarra. 14 Fiet. 15 Fac ut herus tuus quamprimum ſit hic. 16 Inſtruatur coena, fortaſſe nuptialis. 17 Numquid omnia per te licet facere. 18 Id eſt, facere.

Digitized by Google

Quod promiſiſti,ut memineris, hodie ut liber ſim. Daem. *licet.*
Tr. *Fac, ut* 1 *exores Pleuſidippum, ut me* 2 *emittat manu.*
Daem. *licet.*
Tr. *Et tua filia facito* 3 *oret: facile* 4 *exorabit.* Daem. *licet.*
Tr. *Atque ut mihi Ampeliſca nubat,* 5 *ubi ego ſim liber.*
Daem. *licet.*
Tr. *Atque ut gratum mihi* 6 *beneficium* 7 *factis experiar.*
Daem. *licet.*
Tr. 8 *Omnian' licet:* Daem. *licet. tibi rurſum refero gratiam.*
Sed propera ire in urbem 9 *actutum, &* 10 *recipe te huc rurſum.* Tr. *licet.*
Jam hic ero. tu 11 *interibi* 12 *adorna ceterum, quod opus eſt.* Daem. *licet.*
Tr. *Hercules iſtum* 13 *infelicet cum ſua* 14 *licentia!*
Ita meas replevit aures. quidquid memorabam, 15 *licet.*

SCENA VII.

Gripus petit a Daemone, ut det aliquid mercedis pro invento vidulo. Negat Daemones.

Gripus, Daemones.

16 *Quam mox licet te* 17 *compellare, Daemones?*
Daem. *Quid eſt negotii, Gripe?* Gr. 18 *de illo vidulo*
19 *Si ſapias, ſapias:* 20 *habeas quod di* 21 *danunt boni.*
Daem. *Aequom videtur tibi, ut ego, alienum quod eſt,*
Meum eſſe dicam? Gr. 22 *quod ne ego inveni in mari?*
Daem. 23 *Tanto melius illi obtigit, qui perdidit:*
Tuum eſſe nihilo magis oportet vidulum.
Gr. 24 *Iſto tu pauper es, cum* 25 *nimis ſancte pius.*
Daem. *O Gripe Gripe, in* 26 *aetate hominum plurimae*
Fiunt

1 Impetres a Pleuſidippo. 2 Emittere manu, idem eſt ac manu mittere, ideſt, ſervum libertate donare. 3 Pleuſidippum. 4 Orando impetrabit. 5 Quando. 6 Libertatis, & nuptiarum. 7 Non verbis, ſed revera. 8 Vid. ſup. v. 12. 9 Statim. 10 Revertere huc. 11 Interim. 12 Appara.
13 Alii, *infelicitet*, miſerum, & infelicem faciat. 14 Jocus in verbo; ſignificat enim, cum ſuo *licet* toties repetito. 15 Semper dicens, quidquid dicerem, *licet.*
16 Quando nam. 17 Alloqui.
18 Quod ad illum vidulum attinet. 19 Alii legunt, *ſi ſapias, capias*. Gronovio videtur potius ita ſcribendum: *ſi ſapias, habeas quod dei danunt boni Si ſapias, ſapias*, id eſt, conſule tibi, ſi ſapis.
20 Retine, ſerva. 21 Concedunt. dant. 22 An id, quod inveni in mari, alienum eſſe dicis?
23 Tanto felicior eſt ille, qui perdidit. 24 Idcirco, propter id. 25 Nimis juſte agis, nimis es religioſus. 26 In vita, dum vivunt.

Fiunt 1 tranſennae, ubi decipiuntur dolis.
Atque aedepol 2 in eas plerumque eſca imponitur:
Quam ſi quis avidus 3 poſcit eſcam 4 avariter,
5 Decipitur in tranſenna avaritiâ ſuâ.
Ille qui 6 conſulte, 7 docte, atque 8 aſtute cavet,
9 Diutine uti bene licet 10 partum bene:
Mihi 11 iſtaec videtur praeda praedatum irier,
Ut cum majore 12 dote abeat quam advenerit.
13 Ego ne ut quod ad me allatum eſſe alienum ſciam,
Celem? minume iſtuc faciet 14 noſter Daemones.
Semper cavere hoc ſapientes 15 aequiſſumum eſt,
16 Ne conſcii ſint ipſi maleficiis ſuis.
Ego mihi cum 17 luſi, nihil moror ullum lucrum.
GR. *18 Spectavi ego pridem Comicos 19 ad iſtum modum*
Sapienter dicta dicere, atque iis 20 plaudier,
Cum illos 21 ſapientis mores monſtrabant 22 poplo:
Sed cum inde ſuam 23 quiſque ibant diverſi domum,
Nul-

1 Inſidiae, laquei. Allegoria. Tranſenna eſt rete ad ſtruendas avibus inſidias. 2 Tranſennas. 3 Appetit. Alii legunt, *paſcit*, pro edit. 4 Avide. 5 Ideſt, irretitur in laqueo. 6 Prudenter. 7 Sapienter. 8 Caute. 9 Alii legunt, *diutine ei uti*. Ordo eſt: licet ei bene uti diutine partum bene; hoc eſt, ei licet diu uti iis, quae bene comparavit. 10 Pro parto uti. 11 Senſus eſt. Mihi videtur fore ut haec praeda viciſſim praedetur, id eſt, eat ad novam praedam faciendam; ſeu videtur, ut ita ipſa praeda fiat, ut aliam ultro praedam ſecum trahat, abeatque multo cum majori dote, quam venerit; id fieri poterat, ſi aliquis data opera praedam eam objeciſſet, cui, ſi recepta & celata eſſet, repoſcenti ac furti nomine agenti, duplum ex populi lege reddendum erat. Itaque non vult Daemones celari iſtum vidulum, quocumque fato ad ſe perveniſſet. 12 Acceſſione. 13 Subintellige committam, hoc faciam, ut celem. 14 De ſe ipſo loquitur in tertia perſona. 15 Par eſt, neceſſe eſt. 16 Ne ullius maleficii ſui ſibi ſint conſcii. 17 Poſtquam mihi luſi, ſeu poſtquam mihi uſui fuit hic vidulus, inventa nempe filia, nullum praeterea lucrum inde quaero. *Mihi cum luſi*. Italice: *Quando io ho fatto il mio giuoco*. 18 Obſervavi, animadverti. 19 Hoc modo. 20 Plauſum fieri a ſpectatoribus. 21 Nonnulli putant ita dictum pro *ſapientes*; ſed etiam ſi ut genitivus accipiatur perſpicua eſt ſententia. 22 Populo. 23 Pareus hunc locum in Electis hac reddidit paraphraſi: Comici ſapienter dicta proferunt ad applauſum, cum ſunt in ſcena: At domum reverſi, nullus eſt illo pacto, ut illi juſſerant. Taubmannus a Pareo recedit, atque ita interpretatur. Gripus vult, populum quidem in theatro probare meliora, plauſumque adeo dare, cum a Comico pronunciatur ſententia aliqua honeſtior: verum eumdem populum, ut domum abiit, ob-

Digitized by Google

Nullus erat illo pacto, ut illi juſſerant.
Daem. *Abi intro, ne* 1 *moleſtus.* 2 *linguae tempera.*
Ego daturus tibi nihil ſum; 3 *ne tu fruſtra ſis.*
Gr. *At ego deos quaeſo, ut quidquid in illo vidulo' ſt,*
4 *Si aurum, ſi argentum eſt, omne id ut fiat cinis.*
Daem. 5 *Illuc eſt, quod nos nequam ſervis utimur.*
Nam 6 *illic cum* 7 *ſervo ſi quo* 8 *congreſſus foret,*
Et ipſum ſe ſe & 9 *illum* 10 *furti adſtringeret.*
Dum praedam habere ſe cenſeret, interim
11 *Praeda ipſus eſſet: praeda praedam duceret.*
Nunc hinc intro ibo, & ſacrificabo. poſtibi
Jubebo nobis coenam continuo coqui.

SCENA VIII.

Trachalio inventum in foro Pleuſidippum deducit ad Daemonem.

Pleuſidippus, Trachalio.

I*Terum mihi iſtaec omnia* 12 *itera, mi anime, mi Trachalio,*
Mi liberte, mi patrone, immo potius, mi pater.
Repperit patrem Palaeſtra ſuum atque matrem? Tr. *repperit.*
Ple. *Et* 13 *popularis eſt?* Tr. *opinor.* Pl. *& nuptura eſt mihi?* Tr. *ſuſpicor.*
Pl. *Cenſen' hodie* 14 *deſpondebit eam mihi, quaeſo?* Tr. *cenſeo.*
Ple. *Quid? patri etiam gratulabor,* 15 *cum illam invenit?* Tr. *cenſeo.*
Ple. *Quid?* 16 *matri ejus?* Tr. *cenſeo.* Pl. *quid ergo cenſes?* Tr. *quod rogas,*
Cenſeo. Pl. *dic ergo* 17 *quanti cenſes?* Tr. *egone? cenſeo.*

obtinere mores ſuos, neque facere in privato illud ipſum, quod voce, manuque publice probaverat. 1 Subaudi, ſis. 2 Tuae linguae modum impone, linguam cohibe. 3 Ne tu fallaris. 4 Si, pro ſive. Ennius: *ſi vivimu', ſive morimur*. Lucil. *Si irati, ſeu cui propitii ſunt dii.* 5 Illa cauſſa eſt, quamobrem servos improbos habemus: nempe quod connivemus eorum peccatis. 6 Ille Gripus. 7 Cum aliquo ſervo. 8 Se conjunxiſſet, ſeu certamen habuiſſet. 9 Servum. 10 Furti obligaret, conſcium, affinem culpae furti redderet. 11 Ipſe eſſet praeda; nam puniendus eſſet arbitrio ejus, cui damnum eſſet illatum. Itaque praeda ſecum duceret aliam praedam. 12 Repete, narra. 13 Civis mea, Athenienſis. 14 Pater ejus Daemones. 15 Quia. 16 Gratulabor. 17 Jocus in verbo cenſeo; nam ſupra ſignificat puto, nunc vero pro aeſtimo uſurpatur.

Ple. *At 1 ſume quidem, ne 2 cenſionem ſemper facias*. Tr. *cenſeo*.

Pl. *Quid ſi 3 curram?* Tr. *cenſeo*. Pl. *an 4 ſic potius placide?* Tr. *cenſeo*.

Pl. *Etiamne 5 eam adveniens ſalutem?* Tr. *cenſeo*. Pl. *etiamne ejus 6 patrem?*

Tr. *Cenſeo*. Pl. *poſt ejus matrem?* Tr. *cenſeo*. Pl. *quid poſtea? Etiamne adveniens complectar ejus patrem?* Tr. *non cenſeo*.

Pl. 7 *Quid, matrem?* Tr. *non cenſeo*. Pl. *quid 8 eampſe illam?* Tr. *non cenſeo*.

Ple.

1 Nullus eſt fortaſſe locus in toto Plauto, qui ita interpretes omnes exagitet. Diverſas illuſtriorum opiniones hic referam: facile tamen erit intelligere vel Piſtorii, vel Pontani interpretationes ceteris omnibus anteponendas. *At ſume quidem, ne cenſionem ſemper facias*. Ita omnino legendum, ſed aliter exponendum, quam vulgo cenſent. Illud *ſume* referendum ad illa, *dic ergo quanti cenſes*; ideſt, quanti aeſtimas. Ubi aeſtimatio facta eſt, nihil reſtat, quam ſumere in venditione, de cujus aeſtimatione, ac pretio convenit. Cum toties illud verbi repetiiſſet *cenſeo*, ad id reſpondet, quod dixerat, *quanti cenſes*. Immo, inquit, rem ſume quanti eam cenſes, atque aeſtimas, ne ſemper facias cenſionem. Luſit in ambiguo ſignificationis verbi *cenſeo*, ut ſaepe fit apud Plautum. Haec Salmaſius. *At ſume quidem &c. ſumo* Grutero eſt abſumo, Piſtorio eligo. Quaſi dicat: At tu jam ſatis diu cenſionem facis; ſume; hoc eſt, elige tandem, quos ex omni numero in militiam tuam adſcribas. Turnebus legendum purat *adſum equidem*; quaſi dicat, ne diuturnior ſit cenſus, ecce coram me tibi ſiſto. Lipſius: *abſume quidem*: hoc eſt, ne ſemper cenſeas, abſume potius, & in decoctores referare. Quod ſumptum eſt a moribus Romanorum; conſtat enim eos, qui abligurilſent, & nihil in bonis haberent, liberos fuiſſe a moleſtia dedicandi ſua in cenſum. Pontanus legit; *At ſumma quidem*. Hunc proxime ad ſenſum acceſſiſſe purat Gronovius, cujus haec eſt explicatio. *Sumo* eſt idipſum, quod ille vult ſummo. Trinum. 4. 2 *Hem iſta ratio maxima eſt*. ST. *Non tibi illud apparere, ſi ſumas, poteſt*. Lucilius apud Nonium *Haec eſt ratio perverſa: aera ſumpta, & ſubducta improbe*. *Sumere* igitur eſt ſubducere, ſummam facere. At *cenſere aera* eſt diſpungere, conſpicere, numquid digna ſint, quae accipiantur, & ſubſcribantur. Ut in Trucul. 11. *Accipiat illico expenſa, neque cenſeat*. Quem habuerunt in promptu locum interpretes, ſed eo neſcierunt uti. Cum toties dixiſſet ſervus *Cenſeo*. *ſume tandem*, inquit herus: ſummam fac; ſatis cenſuiſti, vel diſpunxiſti rationem. 2 Piſtorius interpretatur: Ne ſemper delectum habeas; in quo qui militiae nomen daturi erant, non minus quam coram Cenſoribus ordine alius poſt alium ſe ſiſtebat, & ex omni numero tandem optimus quiſque ſumebatur. 3 Ad Palaeſtrae aedes. 4 Aut ſic potius ambulem placide, ut ambulo? 5 Palaeſtram. 6 Id eſt ſalutem, ſeu ſalutabo. 7 Complectar matrem? 8 Palaeſtram.

Pl. *Perii!* 1 *delectum dimiſit. nunc non cenſet, cum volo.*
Tr. 2 *Sanus non es, ſequere.* Pl. *duc me, mi patrone, quo libet.*

ACTUS QUINTUS

SCENA I.

Labrax deplorat vicem ſuam, quod una die fuerit ſpoliatus omnibus fortunis.

Labrax.

Quis me eſt mortalium miſerior, qui vivat alter hodie,
3 *Quem ad* 4 *recuperatores modo damnavit Pleuſidippus.*
5 *Abjudicata a me modo eſt Palaeſtra. perditus ſum!*
Nam lenones ex gaudio credo eſſe procreatos,
Ita omnes mortales, ſi quid eſt mali lenoni, gaudent.
Nunc 6 *alteram illam, quae mea eſt, viſam huc in Veneris fanum.*
Saltem ut eam abducam, de bonis quod reſtat 7 *reliquiarum.*

SCENA II.

Gripus docet Labracem ejus vidulum a ſe eſſe inventum; pollicetur Labrax talentum, ſi reddat.

Gripus, Labrax.

Numquam aedepol hodie ad veſperam Gripum inſpicietis vivum,
Niſi vidulus mihi redditur. Lab. *perii, cum mentionem*
Fieri audio uſquam viduli, 8 *quaſi palo pectus tundat.*
Gr. 9 *Iſtic ſceleſtus liber eſt:* 10 *ego qui in mari prehendi*

1 Alludit ad delectum militum, ſeu militarem cenſionem, ludens in verbo cenſeo. Quaſi dicat: Omiſit delectum militum, nunc quando volo, cenſum non facit. 2 Mente. 3 Scilicet, quem me 4 Recuperatores erant judices, qui a Praetore in privatis controverſiis, quacunque de re ageretur, dabantur, cauſaſque privatas diſceptabant: ita dicti, quod per eos ſuum quiſque jus recuperare poſſet. 5 A me abducta eſt, & Pleuſidippo adjudicata. 6 Ampeliſcam 7 *Quod reliquiarum*, ideſt, quae una reſtat de omnibus meis bonis. 8 Quaſi aliquis ſit, qui tundat meum pectus palo. Alii legunt *tundar*. 9 Ille Trachalio ſceleſtus manumiſſus eſt 10 *Ego* abundat, non enim habet, quo referatur: pro mihi, qui.

Digitized by Google

Rete, atque excepi vidulum, dare ei 1 *negatis quidquam.*
Lab. *Pro di immortales! ſuo mihi hic ſermone* 2 *arrexit aures.*
Gr. 3 *Cubitum hercle longis litteris ſignabo jam uſquequaque,*
Si quis perdiderit vidulum cum auro atque argento multo,
Ad Gripum ut veniat. 4 *non feretis iſtum, ut poſtulatis.*
Lab. *Meum, hercle, illic homo vidulum ſcit, qui habet, ut ego opinor.*
Adeundus mihi illic eſt homo. di, quaeſo, ſubvenite.
Gr. *Quid me* 5 *intro revocas? hoc volo hic* 6 *ante hoſtium extergere.*
Nam 7 *hoc quidem pol e robigine, non e ferro factum eſt,*
Ita quanto magis extergeo, 8 *rutilum atque tenuius fit:*
Nam quidem hoc 9 *Vere natum eſt verum: ita in manibus* 10 *conſeneſcit.*
Lab. *Adoleſcens, ſalve!* Gr. *di te ament cum* 11 *irraſo capite.* Lab. *quid fit?*
Gr. *Verum extergetur.* Lab. *ut vales?* Gr. *quid tu? num medicus, quaeſo, es?*
Lab. *Immo aedepol una littera plus ſum, quam medicus.* Gr. *tum tu* (*ma.*
Mendicus es? Lab. 12 *tetigiſti acu.* Gr. *videtur* 13 *digna for-*

Sed

1 Quaſi eos alloquatur, qui ſunt in aedibus. 2 Attentas reddidit. Nondum a Gripo Labrax viſus eſt. 3 Signabo litteris cubitum longis; ideſt, quae ſint longitudine cubitali. 4 Neque vos, qui mihi vidulum eripuiſtis, habebitis illum, ut optatis. 5 In aedes. Gripus domum fortaſſe ab hero revocabatur: vel cum a lenone vocaretur, putabat ſe vocem heri audire. 6 Antequam denuo in aedes aſcendam volo converrere has ſordes ante hoſtium. 7 Ideſt, hoc veru. Dum haec Gripus dicit extergit veru rubiginoſum juſſu heri ſui, qui coenam nuptialem parabat. 8 Rubigine rubeum. 9 Verno tempore natum eſt hoc verum. *Verum* pro veru, ut antiquo more *cornum*, *genum* Ludit in floribus, & fructibus vernis, qui fugaces ſunt, & in diem; cum contra plerique autumnales, & aeſtivi fructus durent in totum annum. Dicit ergo eſſe veru rubiginoſum e vernis fructibus, & in manibus conſeneſcere; vel, ut vult Operarius, dicit, quo plus detergit rubiginem, eo magis renaſci, ut verno tempore res omnes ſoboleſcunt. 10 Deteritur, & rubiginem contrahit. 11 Qui evaſerant ex naufragio in ſignum liberationis caput radebant, ut notat Longolius. At Piſtorius putat, cum leno ſupra Sc. 1 *criſpus* dicatur, hic dici *irraſo capite*, id eſt non raſo, propter cincinnos in capillo criſpo. 12 Rectiſſime conjeciſti. Italice; *per appunto*. 13 Ideſt, tua haec forma videtur digna mendicitate.

Sed quid tibi eſt? Lab. *hac proxima nocte in mari* 1 *elavi.*
Confracta eſt navis. perdidi, quidquid erat, miſer ibi omne.
Gr. *Quid perdidiſti?* Lab. *vidulum cum auro atque argento multo.* *(ibi?*
Gr. *Ecquid meminiſti in vidulo, qui perit, quid inſuerit*
Lab. 2 *Quid refert, qui periit?* Gr. *tamen* 3 *ſi non hoc, aliud fabulemur.*
Quid ſi ego ſciam qui 4 *invenerit? volo ex te ſcire ſigna.*
Lab. *Nummi octingenti aurei in marſupio inſuerunt.*
Praeterea centum 5 *denaria Philippea in* 6 *paſceolo ſeorſus.*
Gr. 7 *Magna hercle praeda' ſt!* 8 *largiter mercedis* 9 *indipiſcar.*
10 *Dii homines reſpiciunt. bene ego hinc* 11 *praedatus ibo.*
Profecto hujus eſt vidulus. 12 *perge* 13 *alia tu expedire.*
Lab. *Talentum argenti* 14 *commodum* 15 *magnum inerat in crumina,* *[thuſque.*
Praeterea 16 *ſinus,* 17 *epichyſis, cantharus,* 18 *gaulus, cya-*
Gr. *Papae! divitias tu quidem habuiſti* 19 *luculentas.*
Lab. *Miſerum iſtuc verbum & peſſumum eſt, habuiſſe, & nihil habere.*

 Gr.

1 Vel naufragium feci, vel omnia amiſi. Vid ſupra Act. 2. Sc. 7 verſ. 21. 2 Quid intereſt, me eorum meminiſſe, quae ſunt in vidulo, quandoquidem omnia ſunt perdita? 3 Si non vis de hoc loqui, de alio loquamur. 4 Tuum vidulum. 5 Alii legunt *centum mna Philippia*. Nummus Philippeus erat moneta aurea pretioſa dicta a Philippo Macedonum rege. 6 Sacculo ex aluta, eſt autem aluta molle, & tenue corium, ex quo fiunt chirothecae, loculi, folliculi; a Graeco *βασκάλιον* & *φάσκωλον*. 7 Haec ſecum dicit Gripus. 8 *Largiter mercedis*; ideſt, largam mercedem. 9 Conſequar. 10 Alluditur ad fortunam reſpicientem, ideſt felicem & propitiam. Sic, *Iupiter inſpector* Apulejus. *In tutelam jam receptus es fortunae, ſed videntis*. 11 Onuſtus praeda. 12 Proſequere tu Labrax. 13 Alia ſigna verbis expedire, commemorare. 14 Commodae monetae, ideſt, integro margine. Commodum talentum, commodae minae dicuntur, a quibus nihil exſectum, detritumque eſt, juſti ponderis. 15 Talentum magnum Atticum habebat minas octoginta, talentum vero minus ſexaginta. Petitus de Cyrenenſi talento, de quo haud dubie hic Plautus intelligit, idem fuiſſe dicit cum talento Aegyptio, erat quippe *Cyrenaica* pars Aegypti, & ditionis illius. Igitur intelligitur hic talentum populare, ideſt, Aegyptium, quod erat centum viginti minarum. 16 Vas ſinuoſum, rotundum, & capace alvo. Virg. Egl 7 *Sinum lactis, & haec tibi liba, Priape, quotannis, expectare ſat eſt.* 17 Vas vinarium, e quo in cyathos vinum effunditur 18 Vaſculum in formam cymbii, ſeu parvae navis, ideſt oblongum, & anguſtum. 19 Magnas, copioſas.

Google

Gr. *Quid dare velis, qui iſtaec tibi inveſtiget indicetque?*
Eloquere propere celeriter. Lab. 1 *nummos trecentos.* Gr. 2 *tricas.*
Lab. *Quadringentos.* Gr. 3 *tramas putridas.* Lab. *quingentos.* Gr. 4 *caſſam glandem.*
Lab. *Sexcentos.* Gr. 5 *curculiunculos minutos fabulare.*
Lab. *Dabo ſeptingentos.* Gr. *os calet tibi! num 6 git 7 frigidefactas?*
Lab. *Mille dabo nummos.* Gr. *ſomnias.* Lab. *nihil addo: abi!* Gr. *igitur audi:*
Si, hercle, abiero hinc, hìc non ero. Lab. *vin' centum & mille?* Gr. *dormis.* (*das;*
Lab. *Eloquere quantum poſtules.* Gr. 8 *quo nihil invitus ad-*
9 *Talentum magnum:* 10 *non poteſt triobolum hinc abeſſe.*
11 *Proin* 12 *tu vel ajas, vel neges.* Lab. 13 *quid iſtic neceſſum eſt, video:*
Dabitur talentum. Gr. *accede dum huc: Venus haec volo* 14 *arroget te.*
Lab. *Quod tibi libet, id mihi impera.* Gr. 15 *tange aram hanc Veneris.* Lab. *tango.*
Gr. *Per Venerem hanc jurandum eſt tibi.* Lab. *quid jurem?* Gr. *Quod jubebo.*

Lab.

1 Id eſt, dabo. 2 Nugas, res nullius pretii exhibes, offers. 3 Fila putrida polliceris. 4 Vitioſam, vacuam. 5 Res nullius uſus narras. Curculiunculus eſt dimin: a *curculio*, qui eſt vermis frumentum corrodens. 6 Git eſt genus ſeminis, quo veteres utebantur ad condiendos cibos; Latini Nigellam vocant: guſtu ſimilis eſt piperi. Ex git calidum pulmentum fiebat, quod neceſſe erat in ore frigefacere, ne edendo guttur ureret. Proverbialis dicendi forma in eos, qui trepide, & ſummis tantum labris loquuntur, ſeu parce promittunt; hi enim ore contracto, proinde ac ſi calidam offam bucca refrigerare velint, deformantur. Quaſi Gripus dicat; os calet tibi; an ergo calidum pulmentum e git comediſti, quod frigefacias? Hoc tamen non ad pulmenti tantum calorem, ſed ad ipſius etiam git acrimoniam referri poteſt. 7 Frigefacis. 8 Ut nihil poſtea debeas addere invitus. 9 Poſtulo. 10 Si tres oboli a talento magno abſint, nolim accipere: non poteſt detrahi hinc triobolum. 11 Proinde, vel itaque. 12 Tu vel dic te mihi daturum talentum magnum, vel nega. 13 Video quid hic oporteat facere, ut vidulum habeam. Haec ſecum dicit. 14 Te roget, interroget, & tibi jusjurandum concepturo voce praeeat. 15 Poeta hic nobis exhibet formulam jurisjurandi corporaliter praeſtiti conceptis verbis, & adverſario praeeunte.

Lab. 1 *Praei verbis quid vis.* 2 *id quod domi eſt, numquam ulli ſupplicabo.*

Gr. *Tene aram hanc.* Lab. *teneo.* Gr. 3 *dejura, te mihi argentum daturum,*

Eodem die, viduli 4 *ubi ſis potitus.* Lab. *fiat.*

Gr. Lab. 5 *Venus Cyrenenſis, teſtem te teſtor mihi,*
Si vidulum illum, quem ego in navi perdidi,
Cum auro atque argento ſalvom inveſtigavero,
6 *Iſque in poteſtatem meam pervenerit.*

Gr. *Tum ego huic Gripo dico,* 7 *inquito, & me tangito.*

Lab. *Tum ego huic Gripo dico, Venus, ut tu audias.*

Gr. Lab. *Talentum argenti magnum continuo dabo.*

Gr. 8 *Si fraudaſſis;* 9 *dicito, uti te in quaeſtu tuo*
Venus eradicet caput atque 10 *aetatem tuam.*
11 *Tecum hoc habeto tamen, ubi juraveris.*

Lab. *Et illum ego* 12 *advorſum* 13 *ſi quid peccaſſo, Venus,*
14 *Veneror te, ut omnes miſeri lenones ſient.*

Gr. 15 *Tamen fiet, etſi tu fidem ſervaveris.*
Tu hic 16 *opperire, jam ego faxo exibit* 17 *ſenex:*
Eum tu continuo vidulum repoſcito.

Lab. *Si* 18 *maxume mihi illum reddiderit vidulum,*
Non 19 *illi ego hodie debeo triobolum.*
20 *Meus arbitratus eſt, lingua quod juret mea.*
Sed conticeſcam. eccum exit, & ducit ſenem.

E 4 SCE-

1 *Praei verbis*, ideſt, profer verba ante me 2 Hoc quod habeo, & proprie meum eſt, numquam aliunde ſupplex petam. Allegoria eſt, qua ſignificat lenones id in promptu habere, domeſticum, & familiare, ut ſint perjuri. 3 Liquido, & ſancte jura. 4 Quo vidulum habueris. 5 Gripus vel integrum verſum. vel dimidium dicebat, qui ſtatim a Labrace repetebatur, prout a Gripo, qui praeibat, dictus fuerat. 6 Vidulus. 7 Gripus ad Labracem converſus jubet, ut haec dicat, atque eum tangat. 8 Fraudaveris. 9 Dicito ut Venus eradicet te, ſeu funditus perdat te in tuo quaeſtu. 10 Vitam. 11 Hanc tamen precationem diram tibi ſervato, eaque in tuum caput vertatur. 12 Adverſus illum Gripum. 13 Si quid peccavero fidem non ſervando. 14 Rogo te. 15 Tamen erunt miſeri lenones. 16 Expecta. 17 Daemones. 18 Haec, digreſſo Gripo, ad ſpectatores loquitur Labrax. 19 Gripo. 20 Meum arbitrium eſt, quod mea lingua juret; poſſum id praeſtare, aut non praeſtare.

SCENA III.

Gripus coram Daemone petit mercedem indicati viduli. Daemones dimidium talenti relinquit Labraci pro Ampeliſcae libertate; reliquam partem ſibi pro Gripi retinet manumiſſione.

Gripus, Daemones, Labrax.

1 SEquere hac. *ubi iſtic leno eſt? heus tu, hem tibi, hic habet vidulum.*
Daem. *Habeo, & fateor eſſe apud me: &, ſi tuus eſt, habeas tibi.*
Omnia, ut 2 *quidquid infuere, ita ſalva* 3 *ſiſtentur tibi.*
Tene ſi tuus eſt. Lab. *o di immortales! meus eſt. ſalve, vidule.*
Daem. *Tuus ne eſt?* Lab. *rogitas?* 4 *ſiquidem hercle Jovis fuit, meus eſt tamen.*
Daem. *Omnia inſunt ſalva: una iſtinc ciſtella excepta eſt modo*
Cum crepundiis, quibuſcum hodie filiam inveni meam.
Lab. *Quam?* Daem. *tua quae fuit Palaeſtra; ea filia inventa eſt mea.*
Lab. *Bene mehercle factum eſt; cum iſtaec res tibi ex ſententia*
Pulchre evenit, gaudeo. Daem. *iſtuc facile non* 5 *credo tibi.*
Lab. *Immo, hercle, ut ſcias gaudere me, mihi triobolum*
Ob eam ne 6 *duis:* 7 *condono te.* Daem. *benigne aedepol facis.*
Lab. *Immo tu quidem hercle vero.* Gr. *heus tu! jamne habes vidulum?*
Lab. *Habeo.* Gr. *propera.* Lab. *quid properabo?* Gr. *reddere argentum mihi.*
Lab. *Neque aedepol tibi do, neque quidquam debeo.* Gr. *quae haec* 8 *factio eſt?*
Non debes? Lab. *non hercle vero.* Gr. *non tu juratus mihi es?*
Lab. *Juratus ſum: & nunc jurabo, ſi quid voluptati eſt mihi:*
Jusjurandum rei ſervandae, non perdendae, 9 *conditum eſt.*
Gr. *Cedo ſis mihi talentum magnum argenti, perjuriſſume.*

Daem.

1 Haec Daemoni Gripus. 2 Ita pariter omnia quaecumque fuere in vidulo. 3 Reſtituentur. 4 Si, per herculem, Jovis quidem fuiſſet. 5 Te nempe gaudere. 6 Ne dederis. 7 Tibi dono. 8 Quae eſt haec agendi ratio? Italice, *che modo ai fare è queſto*? 9 Inventum, & inſtitutum eſt.

Daem. *Gripe! quod tu 1 iſtum talentum poſcis?* Gr. *jura- tu'ſt mihi*
Dare. Lab. *libet jurare. 2 tun' meo Pontifex perjurio es?*
Daem. *Qua pro re argentum promiſit hic tibi?* Gr. *ſi vidulum*
Iſtum redegiſſem in poteſtatem ejus, juratus dare
Mihi talentum magnum argenti. Lab. *3 cedo quîcum habeam judicem,*
Ni dolo malo inſtipulatus ſis, nive etiam dum ſiem
Quinque & viginti natus annos. Gr. *4 habe cum hoc.* Lab. *5 alio'ſt opus.*
Daem. *Jam 6 ab iſto auferre haud ſinam, niſi 7 iſtum condemnavero.*
Promiſiſti huic argentum? Lab. *fateor.* Daem. *quod ſervo meo*
Promiſiſti, meum eſſe oportet: ne tu leno 8 poſtules
Te hic fide lenonia uti: non potes. Gr. *jam te 9 ratus*
Na-

1 Iſtum lenonem, ſeu ab iſto lenone. 2 Quiconſulto per deos, araſque Deorum pejerabant Pontificibus poenas dabant; qui per genium principis, principi; qui alia ratione, cenſoribus; quaſi dicat: Eſne tu Pontifex, qui judices de meo perjurio? Vel ut Gronovio placet: Tibi ne ob id, tamquam Pontifici debetur Sacramentum? Erat enim *Sacramentum* pecunia apud Pontificem depoſita ab illis, qui de alia re apud judicem contendebant: victus perdebat ſuam, victor recipiebat. Cum autem juraret uterque, actor ſe non calumniari, a quo petebatur, ſe non inficiari calumniae cauſſa; contra quem pronunciabatur, etſi non damnaretur calumniae, & ex animi ſui ſententia juraſſet, tamen ipſe eventus, quodammodo faciebat perjurum: & hujus levitatis mulctam habebat amiſſum Sacramentum; erat igitur Sacramentum poena perjurii inter litigantes. 3 Senſus, auctore Jac. Raevardo, hic eſt: Quis id, quod dare juratus ſum, auferet a me judicio, ſi probaverim te ſtipulatum eſſe dolo malo, & per hoc ſtipulationem non valere; neque viginti quinque annis minorem eſſe, & ob id *Laetoriae* legis beneficio uti poſſe? Minores viginti quinque annis, ſine auctore nequeunt obligari; eoque laetoriae legis beneficio in integrum reſtituuntur. Hujus legis meminit Cic. 3 Off. *Stipulari* autem, *inſtipulari*, & *reſtipulari*, idem eſt, quod *promittere*, & *repromittere*. *Dolus malus* eſt machinatio quaedam alterius decipiendi cauſſa, quando aliud agitur, aliud ſimulatur. 4 Habe judicem cum Daemonem, ut coram eo cum Daemone, non mecum, certes de ſponſione. 5 Nempe homine. 6 Non ſinam te, Labrax, auferre hinc vidulum. 7 Gripum: Quaſi dicat: volo de hac controverſia veſtra cognoſcere: niſi autem a me damnatus ſit Gripus, vidulum non auferes. 8 Pures, vel ne contendas. 9 Ratus eras, leno.

Nactum hominem, quem defraudares. dandum huc argentum eſt probum:
Id ego continuo 1 *huic dabo, adeo me ut hic emittat manu.*
Daem. *Quando ergo* 2 *erga te benignus fui, atque opera mea*
Haec tibi ſunt ſervata. Gr. 3 *immo hercle mea, ne tu dicas tua.*
Daem. *Si ſapies, tacebis. tum te mihi benigne itidem addecet*
Benemerenti bene referre gratiam. Lab. *nempe* 4 *pro meo*
Jure oras. Daem. 5 *mirum, quin tuum jus meo periculo abs te expetam.*
Gr. *Salvos ſum: leno* 6 *labaſcit: libertas* 7 *portenditur.*
Daem. 8 *Vidulum iſtic ille invenit: illud* 9 *mancipium meum eſt.*
Ego tibi hunc porro ſervavi cum magna pecunia.
Lab. *Gratiam habeo, & de talento nulla cauſſa eſt,* 10 *quin feras,*
Quod iſti ſum juratus. Gr. *heus tu! mihi dato ergo, ſi ſapis.*
Daem. *Tacen' an non?* Gr. *tu meam rem ſimulas agere;* 11 *tibi mu ***
Non hercle 12 *iſtoc me* 14 *intervortes, ſi* 13 *aliam praedam perdidi.*
Daem. *Vapulabis, verbum ſi addes iſtuc unum.* Gr. *vel hercle* 15 *enica,*

1 Hero meo Daemoni. 2 Lenonem alloquitur. 3 Daemonis orationem Gripus interrumpit; ſed eam ille proſequitur ſequenti verſu, *Tum te*. 4 Nempe cum dicis me tibi gratiam referre oportere, loqueris pro meo jure, vidulum mihi reddis. 5 *Mirum quin:* cum diſſimulatione urbana dictum. Mirum, inquit, me tuum jus, non cum damno meo perſequi. Quaſi dicat: ſtultum fuerit, jus tuum in meum damnum expetere. *Lambinus*. 6 Vacillat. Italice: *traballa*. 7 Mea mihi libertas oſtenditur. 8 Alii legunt: vidulum iſtunc *iſtic ille*: id eſt, hic ipſe Gripus. 9 Meus ſervus eſt, ita quod abs te ſtipulatus eſt, mihi debetur. 10 Quin habeas tu talentum. 11 Ita MSS. Pal. & Edd. Mediolan Ven. Argent Editio Pariſienſis haec habet. *tuam agis*. Ceterae editiones habent, *mutuas*. Lambinus *commodas*. Mihi tamen ceteris praeferenda videtur Pariſienſis. 12 Talentum hoc argenti mihi debitum. 13 Avertes a me. 14 Si vidulus mihi ereptus eſt. 15 Eneca, interfice me.

Non tacebo umquam alio pacto, niſi talento 1 *comprimor*.
Lab. 2 *Tibi operam hic quidem dat; taceto*. Daem. 3 *concede hoc tu leno*. Lab. *licet*.
Gr. *Palam age, nolo* 4 *murmur ullum neque ſuſurrum fieri.*
Dae. *Dic mihi, quanti illam emiſti tuam alteram mulierculam*
Ampeliſcam? Lab. *mille nummos denumeravi*. Daem. *vin' tibi*
Conditionem luculentam ferre me? Lab. *ſane volo*.
Daem. 5 *Dividuum talentum faciam*. Lab. 6 *benefacias*. Daem. *pro illa* 7 *altera*,
Libera ut ſit, dimidium tibi ſume, dimidium 8 *huic cedo*.
Lab. *Maxume*. Daem. *pro illo dimidio ego Gripum emittam manu*,
Quem propter tu vidulum, & ego natam inveni. Lab. *bene facis:*
Gratiam habeo magnam. Gr. 9 *quam mox, mihi argentum ergo redditur?*
Daem. *Res ſoluta eſt, Gripe*. 10 *ego habeo*. Gr. *hercle, at ego me* 11 *mavolo*.
Daem. *Nihil hercle hìc tibi eſt, ne tu ſperes. jurisjurandi* 12 *volo*
Gratiam facias. Gr. *perii hercle: niſi me ſuſpendo*, 13 *occidi*.
Numquam hercle iterum defraudabis me quidem poſt hunc diem.
Daem. *Hìc hodie coenato, leno*. Lab. *fiat. conditio placet*.
Daem. *Sequimini intro. ſpectatores, vos quoque ad coenam* 14 *vocem*,

1 *Ni*

1 Dato talento tacere cogor. 2 Gripe, tace, hic ſenex rem tuam agit, tibi ſtudet. 3 Praebe hoc talentum. 4 Alii legunt *murmurillum*: Quaſi dicat: age coram, Labrax; nolo te loqui ſubmiſſa voce, & clanculum cum Daemone agere. 5 *Dividuum faciam*, id eſt dividam.
6 Alii legunt, *benefacis*.
7 Ampeliſca. 8 Gripo.
9 Quam cito. 10 Argentum, ſeu talenti dimidium. 11 Ego malim habere talenti dimidium. 12 Volo remittas, ſeu condones jusjurandum. Qui praeſtiti juriſjurandi religione aliquem liberat, aut id, quod juramento promiſſum eſt, ultro, ſive ut hic, pactione aliqua remittit, is jurisjurandi gratiam facit. 13 Hic jocus eſt ad guſtum infimae plebis: quaſi immortalis eſſet futurus, ſi ſe ſuſpenderet.
14 Pro vocarem.

1 *Ni daturus nihil ſim, neque ſit quidquam* 2 *polluċti domi,*
3 *Neve adeo vocatos credam vos eſſe ad coenam foras.*
Verum ſi voletis plauſum 4 *fabulae huic* 5 *clarum dare,*
6 *Commiſſatum omnes venitote ad me ad annos ſedecim.*
7 *Vos hic hodie coenatote ambo.* Lab. *fiat.* Daem. *plauſum date.*

1 Id eſt, ſi eſſet, quod vobis apponerem 2 *Polluctum* aliquando ſignificat opiparum, ſumptuoſum. *Pollucere* eſt, convivio lauto inſtituto diis offerre, ſacra facere. Quaſi dicat: Si nobis eſſet coena tam laute apparata, quam eſſe ſolet eorum, qui votivum epulum faciunt, vos vocarem 3 Neve credam, *ne* pro *ni* poſitum: vel niſi crederem. 4 Comoediae. Comoedia dicitur Fabula, quod & ipſa ſit rerum confictarum narratio ad utilitatem, & delectationem 5 Altum. 6 Ad ſaltandum, jocandum, molliterque vivendum. *Commiſſari* idem valet, quod κωμάζειν: ejuſque origo Graeca eſt, non Latina a *comeuo*, ut nonnulli putant. Lambinus. 7 Tu, Gripe, tuque Labrax.

FINIS RVDENTIS.

M. ACCII PLAVTI
CAPTEIVEI
CVM ANIMADVERSIONIBVS ET INTERPRETATIONIBVS

PETRI MARIAE SODERINI

DE CL. REG. SCHOLARVM PIARVM.

Ad pudicos mores facta haec Fabula eſt.
Hujuſmodi paucas Poetae reperiunt Comoedias,
Ubi boni meliores fiant.

Plautus in Grege Capteiv.

Quotieſcunque manum Plauti Captivis injectare libet, me ſibi prorſus conſimilem, hoc eſt, *captivum* reddunt; eadem opinor ratione, qua olim *Graecia capta ferum victorem cepit*; ut Horatius cecinit.

J. Douza in Plauti Capteiv.

Digitized by Google

FRANCISCO . FERONIO
PATRICIO . FLORENTINO
ET . MARCHIONI . BELLAVISTAE
VIRO . AMPLISSIMO
ET . A . PROTEGENDIS . LITTERARVM . STVDIIS
A . DOCTISSIMORVM . HOMINVM . AMICITIIS
A . PROBITATE
FIDE . PRVDENTIA . LIBERALITATE
QVA . PRIVATIM . ET . PVBLICE . COMMENDATVR
SIBI . QVE . OMNIVM . ORDINVM
AMOREM . AC . BENEVOLENTIAM . CONCILIAVIT
VBIQVE . CELEBRATISSIMO
PETRVS . MARIA . SODERINVS
SVAS . IN . PLAVTI . CAPTIVOS . ANIMADVERSIONES
ET . INTERPRETATIONES
OB . PRAECLARA . EIVS . IN . SCHOLAS . PIAS
ET . IN . BONAS . LITTERAS
PROMERITA
HONORIS . GRATI . QVE . ANIMI . CAVSSA
L. M. Q. D. D. D.

Digitized by Google

M. ACCII PLAVTI CAPTEIVEI.

ARGVMENTVM.

HEgio ſenex Aetolus duos habuit filios , Paegnium , & Philopolemum , itemque duos ſervos ; quorum unus nomine Stalagmus Siculus , ſurrepto Paegnio annos quatuor nato , in Elidem fugit , ibique Theodoromedi civi Elienſi nobiliſſimo ac ditiſſimo puerum vendidit , quem ille Philocrati filio ſuo , tanquam peculiarem ſervum ſub Tyndari nomine donavit . Poſt viginti annos , bello Aetolos inter , & Elienſes excitato , Philocrates una cum Tyndaro ab Aetolis capitur , Philopolemus ab Elienſibus . Venditur Philopolemus Menarcho Medico Elienſi; cumque Hegio audiviſſet filium ſuum bello captum fuiſſe , emit Philocratem ejuſque ſervum Tyndarum eo conſilio , ut Captivos hoſce cum ſuo filio commutet , eumque redimat , ac recuperet . Explorant Hegionis animum Captivi , eumque ita circumvenire ſtatuunt , ut Philocratem pro Tyndaro ad filium ridimendum in Elidem mittat , & Tyndarum ſervum pro Philocrate hero retineat . Itaque nomina , veſtes , atque orationem commutant : Tyndarus Philocratis , & Philocrates Tyndari nomen ſibi imponit . Hegio ita deceptus Philocratem , quem Tyndarum putat , in Elidem mittit , ut cum Theodoromede agat de permutando Philocrate , quem apud ſe putat habere , cum filio ſuo Philopolemo . At , Philocrate vix dimiſſo , Ariſtophontes alter captivus ab Hegione emtus ſe Philocratem pernoſſe , utpote civem ſuum , amicum , & commilitonem profitetur . Videt Tyndarum eſſe , non Philocratem , quem Hegio retinuit : fallacias omnes detegit : tantaque ira Hegio incenditur , ut Tyndarum perdere meditetur , atque in lapidicinas detrudat . Interim Philocrates ex Elide revertitur cum Philo-

polemo Hegionis Filio, ejuſque ſervo Stalagmo. Quanta laetitia auctus fuerit Hegionis animus vix, ac ne vix quidem poteſt declarari. In grati animi ſignificationem educit e lapidicinis & e vinculis Tyndarum, ut eo donet Philocratem, qui Philopolemum reduxit. At interrogato Stalagmo quonam Paegnium jam a multis annis ablatum contulerit, inopinato Tyndarum eſſe Paegnium intelligit. Laetitia pene obruitur Hegio, quod de unius Philopolemi ſalute ſollicitus, & hunc incolumem recipiat, & inſperatum Paegnium recuperet. Ab hiſce *Captivis*, praeſertim Philocrate & Tyndaro, nomen ſibi adſcivit haec Comoedia, quae & argumento, & expoſitione optima eſt, & elegantiſſima; eamque Poeta ipſe ob praeclara virtutum documenta, ſententiarumque honeſtatem commendat. Scena eſt Calydone in Aetolia.

DRAMATIS PERSONAE.

PROLOGVS.

HEGIO *Aetolus pater Paegnii*, *& Philopolemi*.

PAEGNIVM, *ſeu Tyndarus Hegionis Filius Captivus in Patria*.

PHILOPOLEMVS *Hegionis filius Captivus in Elide*.

STALAGMUS)
PVER) *ſervi Hegionis*.
LORARII)

PHILOCRATES *Elienſis Theodoromedis filius Captivus*.

ARISTOPHONTES *Elienſis Captivus*.

ERGASILVS *Paraſitus*.

GREX.

AR-

ARGVMENTVM.

1 *CAptus eſt in pugna Hegionis 2 filius;*
3 *Alium quadrimum fugiens 4 ſervus vendidit.*
Pater captivos commercatur 5 Alios,
6 *Tantum ſtudens, uti 7 natum recuperet.*
Et in 8 ibus emit olim amiſſum filium.
9 *Is ſuo cum domino veſte 10 verſa, ac nomine,*
11 *Ut amittatur fecit: 12 ipſus plectitur.*
13 *Et is reduxit captum, & fugitivum ſimul;*
Indicio 14 cujus 15 alium agnoſcit filium.

PROLOGVS.

Exponit Poeta hujus fabulae argumentum, digreſſionibus quibuſdam partim jocularibus & Comicis, partim ſeriis & ad optimos mores accomodatis illud interſecans atque exornans, ad ſpectatorum attentionem ſibi conciliandam. Adſunt in ſcena Philocrates & Tyndarus Captivi, fortaſſe ut Plautus oſtendat Fabulam hanc univerſam in eorum fortuna verſari. Proinde ipſe ſuam hanc fabulam, tum a diligentia ac ſtudio quo facta eſt, tum vel maxime a caſtigatiſſimis moribus commendat. Demum ſpectatores monet, ne, quod belli, armorum, captivorumque facta ſit mentio, cruentum aliquod & Tragicum ſpectaculum, quod a Comoediae feſtivitate maxime abhorret, futurum vereantur.

16 *HOs quos videtis ſtare hic captivos duos,*
17 *Illi qui aſtant, hi ſtant ambo, 18 non ſedent.*

1 Ab Elienſibus. 2 Philopolemus. 3 Ideſt, alterum Hegionis filium Paegnium, qui poſtea dictus eſt Tyndarus. 4 Stalagmus Hegionis ſervus vendidit Theodoromedi. 5 Ideſt, Elienſes, ſive Elios, ab urbe Elide. 6 Ideſt, eo conſilio tantum. 7 Philopolemum, nã de Paegnio nulla ſpes erat. 8 In iis captivis, quos emit. 9 Tyndarus ſervus Philocratis. 10 Immutata. 11 Vt herus dimittatur. 12 Ipſe Tyndarus dat poenas pro Philocrate domino. 13 Philocrates ſub Tyndari nomine reduxit & Philopolemum & Stalagmum ſervum fugitivum Hegionis, qui olim Philocratis patri vendiderat Paegnium. 14 Fugitivi Stalagmi. 15 Tyndarum, ſeu Paegnium filium, quem ſervum putabat Hegio, agnoſcit. 16 Pro, hi quos. Non ſolum Plauti, verum etiam Terentii, multorumque illius ſaeculi ſcriptorum eſt, ut relativum, & antecedens, quemadmodum ſubſtantivum, & adjectivum caſu eodem efferant. 17 Pro, illic. Senſus eſt; illi captivi, qui illic ſtant, in conſpectu omnium ſtant, non ſedent. 18 Jocularis ſententia ad excitandam ſpectatorum attentionem.

Vos, vos mihi teſtes eſtis, me verum loqui.
Senex qui hic habitat, Hegio eſt 1 *hujus pater.*
Sed is quo pacto ſerviat ſuo ſibi patri,
Id ego hic apud vos proloquar, ſi operam datis.
Seni huic fuerunt filii nati duo,
Alterum quadrimum puerum 2 *ſervus* 3 *ſurpuit,*
Eumque hinc profugiens vendidit in 4 *Alide*
Patri 5 *hujuſce. jam hoc* 6 *tenetis? optimum eſt.*
7 *Negat, hercle, ille ultimus. accedito.*
Si non, ubi ſedeas, locus eſt, eſt, ubi ambules,
Quando hiſtrionem cogis 8 *mendicarier.*
Ego me 9 *tua cauſſa, ne erres, non* 10 *rupturus ſum.*
Vos qui poteſtis 11 *ope veſtra* 12 *cenſerier,*
Accipite 13 *reliquom:* 14 *alieno uti nihil moror.*

Fu-

1 Tyndari. 2 Stalagmus Hegionis ſervus. 3 Surripuit.
4 Pro *Elide*. Ἀλίδι Dorice, pro Ἤλιδι. Vrbs eſt regionis ejuſdem nominis in Peloponneſo. 5 Philocratis. 6 Intelligitis nunc id ſpectatores?
7 Negat audire. Apoſtrophe ad quemdam obſtrepentem de ultima cavea. 8 *Mendicarier* pro mendicare. Hiſtrio, cui obſtrepitur, vocem plerumque obtundit clamando: ravi autem contracta, exſibilatur, atque ita arte hiſtrionica deſerta, cogitur mendicare. Ita Nonius, quem Pareus, Taubmannus, Gronovius, pluresque alii interpretes ſequuntur. At Palmerius, qui legendum putat, *cogis mendice ravier*; aut, *cogis mendice ravere*, ita interpretatur. Eſt *ravere*, vel *ravi*, rauceſſere, ad ravim clamare. Atque hanc ſcripturam veram eſſe, aut verae proximam, affirmant ſequentia: *Ego me tua &c.* Quando tu, inquit, qui te negas tenere, & hiſtrionem cogis ravere, mendicus es, non ſum tua cauſſa rupturus ramices, ideſt pulmones, ſeu pectoris venas latiores. At vos, qui aſſidui cives eſtis, & locupletes, ac veſtris opibus poteſtis cenſeri, audite reliquum. Haec Palm: Longe melius, niſi fallor, Operarius in interpretatione. Quandoquidem adigis hiſtrionem ad inopiam, ut qui gratis audis. 9 Vt tu, qui in extrema cavea ſtas, fabulae argumentum intelligas.
10 Ob nimiam contentionem vocis ilia non rumpam. 11 Ideſt, opibus veſtris. 12 In cenſum referri. Senſus eſt: vos, quibus eſt ſatis divitiarum, ut in cenſum referri poſſitis. 13 Argumenti. 14 Nihil moror alieno in aere eſſe debitorem, cum alibi aliquid promiſerim vobis. Ludit Plautus in ambigua ſignificatione, quam habet illud *reliquum*, quod conjunctum cum *accipite* eſt id, quod de argumento dicendum reſtat: ſed quod ſequitur, ita continuatur, ac ſi ſignificaret aes alienum, vel debitum. Cicero, Plinius, aliique *reliquum* pro debito uſurpant. Pari joco Plautus in Comoedia, quae *Ciſtellaria* nuncupatur, Prologum fabulantem inducit. *Nunc, quod reliquum reſtat, volo perſolvere: Vt expungatur nomen, ne quid debeam.*

Fugitivus ille, ut dixeram ante, hujus patri,
Domo quem profugiens 1 dominum abſtulerat, vendidit.
2 Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo
3 Peculiarem, quia quaſi una aetas erat.
4 Hic nunc domi ſervit ſuo patri, nec ſcit pater.
Enimvero dî nos quaſi 5 pilas homines habent.
Rationem 6 habetis, quomodo 7 unum amiſerit.
8 Poſtquam belligerant 9 Aetoli cum 10 Aliis,
Ut fit in bello, capitur alter 11 filius.
Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.
Coepit captivos commercari 12 hic Alios,
Si quem reperire poſſet, 13 cum quo mutet 14 ſuum
Illum captivum. 15 hunc ſuum eſſe neſcit, qui domi eſt.
Et quoniam heri 16 inde audivit, de ſummo loco
Summoque genere 17 captum eſſe equitem Alium,
Nihil pretio 18 parſit, 19 filio dum parceret:
20 Reconciliare ut facilius poſſet domum,
Emit 21 hoſce de praeda ambos 22 de Quaeſtoribus.
Hice autem inter ſeſe hunc confinxerunt dolum,
Quo pacto hic ſervus ſuum herum hinc 23 amittat domum.
Itaque inter ſe commutant veſtem, & nomina.
24 Illic vocatur Philocrates, 25 hic Tyndarus.

 Hu-

1 Domini ſui Hegionis filium, & ita dominum, ſive herum minorem, Paegnium 2 Theodoromedes, Philocratis pater. 3 Servum peculiarem. Vt adoleſcentulis ſervuli cuſtodes dabantur, ita puellis ſervulae, quae in lanificio una eſſent, eas ſectarentur, & curarent: ii eaeque, ut JC. loquuntur, *peculiares* illis plerumque erant, hoc eſt, in peculio. Et vero quae curabant puellam, aut in lanificio una erant ſervulae, latine *circa illam eſſe* dicuntur. 4 Tyndarus.
5 Verſant nos, & ut ipſis commodum eſt, male habent. Plato homines eſſe dicebat Θεῶν ἀθύρματα *deorum ludus*. Italice. *fanno di noi alla palla*. 6 Jam ſcitis. 7 Filium. 8 Interea, dum. 9 Aetolia regio Graeciae, Epiro, Acarnaniae, & Locris contermina. 10 Elienſibus. 11 Hegionis filius alter Philopolemus.
12 Hegio. 13 Ideſt, pro quo recipiat. 14 Nempe filium captivum apud Elienſes. 15 Tyndarum. 16 Ex Elide. l. Gulelmius legit, *inaudivit*, quod Douzae, Grutero, ac Pareo probatur. 17 Nempe ab Aetolis. 18 Non pepercit ſumtui. 19 Dummodo filio ſuo conſuleret, eumque in libertatem vindicaret. 20 *Reconcilliare filium domum*, eſt, recuperare, ac reducere domum. 21 Ideſt, Philocratem, & Tyndarum.
22 Quaeſtoribus urbanis, quorum erat manubias hoſtium, & praedas vendere, earumque pretium in aerarium conferre.
23 Dimittat ad Patrem ſuum Theodoromedem. 24 Ille, qui eſt Tyndarus. 25 Qui eſt Philocrates.

Hujus illic, hic illius hodie fert imaginem.
Et 1 *hic hodie* 2 *expediet hanc docte fallaciam,*
Et ſuum herum faciet 3 *libertatis compotem.*
Eodemque pacto 4 *fratrem ſervabit ſuum,*
Reducemque faciet liberum 5 *in patriam* 6 *ad patrem,*
7 *Imprudens:* 8 *itidem ut ſaepe jam in multis locis*
Plus inſciens quis fecit, 9 *quam prudens boni.*
Sed 10 *inſcientes* 11 *ſua ſibi fallacia*
Ita compararunt & confinxerunt dolum:
Itaque hi 12 *commenti* 13 *de ſua ſententia,*
Ut in ſervitute hic 14 *ad ſuum maneat patrem.*
Ita nunc ignorans 15 *ſuo ſibi ſervit patri.*
16 *Homunculi quanti ſunt, cum recogito!*
17 *Haec Res agetur nobis, vobis Fabula.*
Sed 18 *etiam eſt, paucis vos quod monitos voluerim.*
Profecto expediet, Fabulae huic 19 *operam dare.*
Non 20 *pertractate facta eſt, neque item ut ceterae:*
Neque ſpurcidici inſunt verſus 21 *immemorabiles*
Hic, neque perjurus leno eſt, nec meretrix mala,
Neque 22 *miles glorioſus. Ne vereamini,*
Quia bellum Aetolis eſſe dixi cum Aliis:
Foris illic extra ſcenam fient proelia.
Nam hoc paene 23 *iniquum eſt Comico* 24 *choragio,*

Co-

1 Tyndarus. 2 *Expediet docte* ideſt, callide explicabit, ad exitum perducet. 3 Liberum. 4 Philopolemum. 5 Aetoliam. 6 Hegionem. 7 Inſcius. 8 *Itidem ut* ideſt, quemadmodum. 9 Terentius: *equidem plus hodie boni,, Feci imprudens quam ſciens ante hunc diem unquam.* 10 Ideſt, exitum ignorantes. 11 Sua ipſorum aſtutia. 12 Excogitaverunt. 13 Nullis aliis in conſilium adhibitis, ſuo Marte. 14 Apud ſuum. 15 *Suo ſibi* ideſt, ſuo ipſi. 16 Hominum conditio, quam eſt miſera. *Pareus.* Quanti homines ſunt aeſtimandi. *Operarius.* 17 Ideſt; nos repraeſentabimus hanc rem quaſi veram, quaſi eſſemus illi, quibus hoc evenit; vobis id erit ſpectaculum, & ludus. Mos Comicorum eſt, ornatu, voce, vultu, geſtuque ita rem exhibere, ut non comoediam, ſeu rem ſimulatam, ſed veram agere videantur. 18 Inſuper, praeterea. 19 Vos ſpectatores attente fabulam hanc audire. 20 Non ſcurriliter, aut laſcive; ſive ut nonnullis interpretibus placet: non vulgariter, non ratione in aliis fabulis uſitata, & pertractata, ſed nova, & ſingulari. 21 Memoratu indigni. 22 *Miles glorioſus* titulus eſt Plautinae comoediae, in qua intolerabilis faſtus gloriatoris, & vani militis exitum habet turpem, & pudendum. 23 Intolerabile, inconveniens, indignum. 24 Choragium eſt apparatus ſcenicus exhibendis Tragoediis, & Comoediis inſtitutus. Tragoediae aguntur choragio tragico, Comoediae, comico.

1 *Conari* 2 *de ſubito nos agere* 3 *Tragoediam .*
Proin ſi quis pugnam exſpectat , 4 *lites contrahat :*
Valentiorem nactus adverſarium
Si erit , ego faciam ut pugnam inſpectet 5 *non bonam :*
Adeo ut ſpectare poſtea 6 *omneis oderit .*
Abeo . valete , judices juſtiſſimi
7 *Domi , belique duellatores optumi .*

ACTVS PRIMVS

SCENA I.

Paraſiticae artis incommoda, & ſuam calamitatem deplorat Ergaſilus Paraſitus, ex quo Philopolemus Hegionis filius profectus eſt ad bellum Aetolicum.

Ergaſilus.

JUventus nomen indidit 8 *ſcorto mihi ,*
Eo quia 9 *invocatus ſoleo eſſe in convivio .*
Scio abſurde 10 *dictum hoc* 11 *deriſores dicere ,*
At ego ajo 12 *recte . nam in convivio ſibi*
Amator , talos cum jacit , ſcortum invocat .

Eſt

1 Aggredi . 2 *De ſubito* , idem ac , ſubito . 3 In qua exhibentur praelia, funera, caedes . 4 Rixas excitet, moveat . 5 Non ita jucundam . 6 Quaſvis pugnas. Quaſi dicat: proinde, ſi quis pugnae ſpectandae cupidus eſt, lites, & valentiorem in ſe adverſarium exciret. Sic fiet, ut pugnam inſpectet triſtem victo ſibi & funeſtam, adeo ut omnia pugnarum ſpectacula deinceps odio ſit habiturus . 7 Vult ſpectatores domi, ſeu in pace eſſe juſtiſſimos judices, & in militia optimos bellatores . 8 Scorta erant feminae, quarum nomina invocabantur in conviviis ab amatoribus, quando talos jacjebant ad ſortiendam vicem bibendi . Itaque Ergaſilus dicit, juvenes hoc ſibi nomen indidiſſe . 9 Eſt jocus in hoc vocabulo . In conviviis enim invocabantur nomina amicarum, non paraſitorum . At quia *invocatus* ſignificat etiam *non vocatus*, hinc reſultat jocus . Quaſi dicat: Juvenes inſignierunt me nomine ſcorti, propterea quod conſuevi eſſe invocatus (ideſt non vocatus) in coenis . 10 Nempe ab juvenibus, qui hoc mihi nomen impoſuerunt . 11 Ideſt, paraſitos, & palpones : nam *ridere*, *& irridere* veteribus pro *adulari* poſitum, triplexque genus paraſitorum fuit : *Deriſores* erant, qui ut aſymboli coenarent, riſum e re quavis captabant ; *Plagipatidae*, ſive *Lacones* erant ii, in quos licebat quidvis audere ; *Adulatores* erant ſubdoli, & vani admiratores, & factorum, & dictorum ejus, ad cujus menſam ſedere liceret . 12 Ideſt, hoc contendo recte dictum eſſe .

1 *Eſt ne invocatum, an non? eſt* 2 *planiſſume.*
Verum, hercle, 3 *verum nos paraſiti* 4 *planius;*
Quos numquam quiſquam neque vocat, neque invocat:
Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum.
Ubi 5 *res prolatae ſunt, cum rus homines eunt,*
Simul 6 *prolatae res ſunt noſtris dentibus.*
7 *Quaſi cum* 8 *caletur,* 9 *cochleae in occulto latent,*
10 *Suo ſibi ſucco vivunt, ros ſi non cadit:*
Item Paraſiti 11 *rebus prolatis latent*
In occulto, miſeri victitant ſucco ſuo,
Dum ruri 12 *rurant homines quos* 13 *liguriant.*
Prolatis rebus Paraſiti 14 *venatici*
Sumus: 15 *quando res redierunt,* 16 *moloſſici*
17 *Odioſicique, & multum* 18 *incommodiſtici.*
19 *Et hic quidem, hercle, niſi qui* 20 *colaphos perpeti*
Potis Paraſitus, frangique 21 *aulas in caput,*

Vel

1 In talorum jactu ſcortum eſt ne invocatum, an non? 2 Procul dubio eſt invocatum. 3 Alii legunt, *verum, hercle, vero.* 4 Scilicet, ſumus invocati, ideſt, non vocati: quia neque ad coenam vocamur, neque in talorum jactu invocamur &c. Continuatur jocus in ambigua ſignificatione vocis *invocatus.* 5 Quando eſt juſtitium, ſeu negotiorum ſuſpenſio, ac juriſdictionis ſilentium; vel quando ſunt feriae, & vacationes. Pro Muraena, *rebus prolatis*: & ad Atticum lib. 7. *rerum prolatio*, apud Cic. ſignificatur negotiorum ſuſpenſio. 6 Ideſt, noſtris dentibus feriae indicuntur. 7 Quemadmodum. 8 Cum aeſtus eſt. Dictum ut *ſtatur, ſudatur.* 9 Limaces. 10 Suo proprio humore victitant. 11 Juſtitio indicto, ſeu coenis procraſtinatis. 12 Opus ruri faciunt, rus colunt, non *ruſticantur*, quod nonnullis interpretibus placuit. 13 Quos paraſitentur, vel quorum coenas captent, aucupentur. 14 Graciles, macri. Tam homines, quam canes, qui dant operam venationi, ut plurimum minus obeſi eſſe ſolent, & propter crebram exercitationem famelici. 15 Feriis exactis. 16 Subaudi, ſumus; *Moloſsici*, id eſt, ſumus tamquam canes ex Moloſſia Epiri regione, hoc eſt, edaces, & profundae ingluviei. 17 Odioſi; ab *odio*. *Odioſici*, *incommodiſtici*, & *moloſsici* non ſunt latina nomina, ſed a Plauto ſub perſona Paraſiti ad riſum movendum efficta. 18 Importuni, incommodi, ab *incommodo.* 19 Ordo eſt; & hic quidem, hercle, licet vel ire ad ſaccum extra portam trigeminam, niſi Paraſitus eſt, qui poſſit perpeti colaphos, & frangi aulas in caput. 20 Paraſiti, etſi non ſervi, maxime tamen ſerviles erant, qui libertatem offa venalem habebant, ejuſque gratia, praeter irriſum, dicteria, colaphos, etiam ollas ſibi in caput confringi permittebant. Hae ollae cinere erant repletae; ut nimirum eo per totum corpus effuſo, majorem riſum Praebitoribus ſuis exhiberent. Meurſius. 21 Ollas plenas cinere,

Vel ire extra 1 *portam trigeminam ad* 2 *ſaccum licet.*
Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum eſt.
Nam poſtquam meus 3 *rex eſt* 4 *potitus hoſtium,*
Ita nunc belligerant Aetoli cum Aliis.
Nam 5 *Aetolia haec eſt: illic captu' ſt in Alide*
Philopolemus hujus Hegionis filius
Senis, qui hic habitat: quae aedes 6 *lamentariae*
Mihi ſunt: quas quotieſcumque conſpicio, fleo.
Nunc 7 *hic occoepit* 8 *quaeſtum hunc* 9 *filii gratia*
10 *Inhoneſtum, maxume alienum ingenio ſuo.*
Homines captivos 11 *commercatur, ſi queat*
Aliquem invenire, ſuum quicum mutet filium.
Nunc ad eum pergam. ſed aperitur oſtium,
Unde 12 *ſaturitate ſaepe ego exii ebrius.*

SCENA II.

Hegio jubet Philocratem, & Tyndarum captivos diligenti cura ſervari. Ergaſilus paraſitus calamitatem ſuam apud Hegionem deplorat, erepto ſibi Philopolemo, ſperatque fore, ut in praemium doloris invitetur a Patre. Res cedit ex voto. Invitat Hegio Ergaſilum ad diem natalem ſuum celebrandum.

Hegio, Lorarius, Ergaſilus.

13 *ADvorte animum ſis* 14 *tu:* 15 *iſtos captivos duos,*
16 *Here quos emi* 17 *de praeda, de* 18 *Quaeſtoribus,*
His

1 Porta Oſtienſis a tribus Horatiis & Curiatiis *trigemina* dicta. 2 *Ire ad ſaccum*, eſt mendicare, ad mendicitatem redigi; nam conſtat extra portam Oſtienſem mendicos concurrere ſolitos cum ſacculis, in quos ſtipem collectam, & quidquid erogaretur, reponerent. 3 Philopolemus, qui me alit, meus dominus. Paraſiti adulatores Reges apellabant eos, a quibus alerentur. 4 Ab hoſtibus captus eſt. *Potitus eſt* hoc loco paſſive uſurpatur; ſubintelligitur enim *vi*, aut *opera* hoſtium. 5 Paraſitus haec dicens oſtendit ſpectatoribus faciem theatri, in qua repraeſentabatur Aetolia. 6 Lamentorum materiam mihi praebentes. 7 Hegio. 8 Commercium inſtituit. 9 *Filii gratia*, ideſt, in gratiam filii. 10 Illiberalem, virum nobilem minime decentem. 11 Idem ac mercatur. 12 *Ebrius ſaturitate*, id eſt, temulentus, & ſatur. 13 Adverte animum, ſi libet, audi. 14 Tu Lorarie. Quid ſint Lorarii vide animadverſiones Rudentis Act. 3. ſc. 2. 15 Circa hanc ſyntaxin vide quae diximus ſupra Prol. verſ. 1. 16 *Here*, pro heri a veteribus dictum. 17 De hoſtium ſpoliis. 18 Vide animadverſiones in Prol. verſ. 34.

1 *His* 2 *indito catenas* 3 *ſingularias ;*
Iſtas majores, quibus ſunt vincti, demito.
Sinito ambulare, 4 *ſi foris, ſi intus volent :*
5 *Sed uti aſſerventur magna diligentia.*
6 *Liber captivus avis* 7 *ferae conſimilis eſt :*
Semel fugiendi ſi data eſt occaſio,
Satis eſt : numquam poſt illam poſſis prendere.
Lor. *Omnes profecto liberi lubentius*
Sumus, quam ſervimus. Heg. *non* 8 *videre ita tu quidem.*
Lor. *Si non eſt* 9 *quod dem, mene vis* 10 *dem ipſe in pedes?*
Heg. 11 *Si dederis, erit extemplo mihi, quod* 12 *dem tibi.*
Lor. *Avis me ferae* 13 *conſimilem faciam, ut* 14 *praedicas.*
Heg. *Ita ut dicis, nam ſi* 15 *faxis, te in* 16 *caveam dabo.*
Sed ſatis verborum eſt. cura quae juſſi, atque abi.
Erg. 17 *Quod ego quidem nimis quam cupio ut impetret ;*
Nam ni 18 *illum recipit,* 19 *nihil eſt quo me recipiam.*
20 *Nulla juventutis eſt ſpes :* 21 *ſeſe omnes amant.*
22 *Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus :*
23 *Cujus numquam voltum tranquillavi* 24 *gratiis.*

Con-

1 His captivis. 2 Injice. 3 Quae ſunt ſingularum librarum. Turnebus. Lambinus *ſingularias* interpretatur ſingulares, ideſt ſimplices, minoreſque: atque has oppoſitas majoribus, parere ait ex ſequenti, *iſtas majores*. Alii interpretantur ſingulas, quaſi dicat: non binas, ſed ſingulis ſingulas. 4 Sive foris. 5 Sed cura, ut aſſerventur. 6 Solutus 7 Ideſt, non cicuris. Italice, *ſalvatico*, *non addomeſticato*. Alii legunt, *fere*. Itaque dicit Captivos ſolutos eſſe ſimiles avi ferae, quae libenter evolat e cavea, neque poſtea redit. 8 Senſus eſt: tu quidem non videris liber eſſe malle, quam ſervire, nam ſi hoc velles, comparares peculium, quo te redimeres 9 Si non habeo quod tibi dem ad me redimendum. 10 *Dare ſe in pedes*, eſt dare ſe fugae. Italice: *vuoi tu, che io mi dia a gambe?* Jocus eſt in verbo *dare*, quod pluries etiam ſequenti verſu repetitum habet mirum leporem 11 Scilicet, te in pedes. 12 Ideſt magnum malum; vel habebo ſtatim plagas, quas dem tibi. 13 Aufugiam, avolabo. 14 Ut dicis captivos facere ſolere. 15 Si feceris ita, ut dicis, ideſt, ſi fugeris. 16 Includam te in caveam. Metaphora, pro in compedes, vel in cuſtodiam. 17 Hoc referendum ad illa ſuperiora, ubi Ergaſilus dicit, Hegionem homines captivos commercari, ſi forte queat aliquem invenire, quo filium ſuum permutet, *quod ego quidem*, proſequitur, quam magnopere exopto ut Hegio aſſequatur. 18 Philopolemum. 19 Nullus eſt locus. 20 Nulla eſt ſpes in juventute ponenda. 21 Omnes ſua curant, non aliena 22 Philopolemus. 23 Ideſt, numquam exhilaravi illum abſque praemio, aut mercede. 24 Id eſt, gratis.

1 *Condigne eſt pater ejus moratus moribus.*
Heg. *Ego ibo ad fratrem, 2 ad alios captivos meos:*
Viſam 3 ne nocte hac quippiam 4 turbaverint.
Inde me continuo recipiam rurſum domum.
Erg. 5 *Aegre eſt mihi, hunc facere quaeſtum 6 carcerarium,*
Propter ſui gnati 7 miſeriam, miſerum 8 ſenem.
Sed ſi ullo pacto 9 ille huc 10 conciliari poteſt,
11 *Vel carnificinam hunc facere, poſſum perpeti.*
Heg. *Quis hic loquitur?* Erg. *ego, qui 12 tuo maerore 13 maceror,*
Maceſco, 14 conſeneſco, & 15 tabeſco miſer.
16 *Oſſa atque pellis ſum miſera 17 macritudine.*
Neque umquam quidquam 18 me juvat quod edo domi:
Foris 19 aliquantillum etiam quod guſto, 20 id beat.
Heg. *Ergaſile, ſalve.* Erg. *di te bene ament, Hegio.*
Heg. *Ne fle.* Erg. *egone illum non fleam? egone non defleam*
Talem adoleſcentem? Heg. *ſemper ſenſi, filio*
Meo te eſſe amicum, & illum intellexi 21 tibi.
Erg. 22 *Tum denique homines noſtra intelligimus bona,*
Cum quae in poteſtate habuimus, ea amiſimus.
Ego, poſtquam gnatus tuus 23 potitu'ſt hoſtium,
Expertus quanti fuerit: nunc deſidero.

Heg.

1 Ideſt, pater ſimilibus eſt moribus.
2 Ad alios meos captivos, qui ſunt apud meum fratrem.
3 *Ne turbaverint* pro turbaverint ne. Alibi Plautus: *Ne illi audeant id facere;* pro *illi ne*.
4 Turbas aliquas fecerint, tumultum aliquem moverint.
5 Valde moleſtum. Ergaſilus ſuum ſecum ſermonem proſequitur. 6 Quaeſtum, ſeu commercium ex captivis in carcerem conjectis. Apparet ex his vile fuiſſe, & inhoneſtum captivorum, ſervorumque commercium.
7 Nempe captivitatem. 8 Hegionem. 9 Filius Hegionis.
10 Revocari huc e captivitate.
11 Etiam. Senſus eſt: poſſum perferre hunc ſenem, vel homines excarnificare, & quaeſtum ex carnificina illa quaerere.
12 Haec eſt turpis paraſiti adulatio. 13 Diſcrucior. 14 Deficio: translate. Cicero: *Conſeneſcere moerore & lacrimis*. 15 Metaphorice pro, conſumor, langueo. 16 Hoc Latinorum dictum, vel haec proverbialis hyperbole in macilentos mire Italicae reſpondet. *ſon diventato pelle, e oſſa*. 17 Macie. Alii legunt, *miſer a macritudine*. 18 Mihi prodeſt. Italice. *non mi fa buon prò*. 19 Diminutivum ab *aliquantum*. *Quel pochettino che io mangio fuor di caſa*.
20 Id me beat, me oblectat.
21 Ideſt, tibi eſſe amicum.
22 Elegans Sophoclis in Ajace ſententia e Graeca in Latinam linguam verſa eſt hujuſmodi; *Mali, qui habent in manibus bona, non agoſcunt, donec amiſerint*
23 Vide adnotationes ſupra Sc. I. verſ. 24.

Heg. *Alienus cum ejus incommodum tam aegre feras,*
Quid me patrem par facere eſt, cui ille eſt 1 *unicus?*
Erg. *Alienus ego? alienus ille? ha, Hegio!*
Numquam iſtuc 2 *dixis, neque animum* 3 *induxis tuum.*
Tibi ille unicu' ſt; mihi etiam unico magis unicus.
Heg. *Laudo, malum quom amici tuum ducis malum.*
Nunc 4 *habe bonum animum.* Erg. *eheu!* Heg. 5 *huic illud dolet,*
Quia nunc 6 *remiſſus eſt edendi exercitus.*
Nullumne interea nactus, qui 7 *poſſet tibi*
Remiſſum, quem 8 *dixti, imperare exercitum?*
Erg. *Quid credis? fugitant omnes hanc* 9 *provinciam,*
10 *Quoi obtigerat, poſtquam captu' ſt Philopolemus tuus.*
Heg. *Non pol mirandum eſt, fugitare hanc provinciam.*
Multis, & multigeneribus opus eſt tibi
11 *Militibus.* 12 *primum dum opus eſt* 13 *Piſtorienſibus:*
Eorum ſunt genera aliquot Piſtorienſium.

Opus

1 Ideſt, unice dilectus. Romani *unicum amicum* dicebant, quem plus ceteris amabant.
2 Dixeris. 3 Induxeris in tuũ animum. 4 Eſto bono animo.
5 Haec dicit Hegio ad ſpectatores converſus. 6 Allegoria a re militari ducta. *Remiſſus exercitus* dicebatur, cum maximus comitiatus, ſive comitia centuriata ceſſarent: *imperatus exercitus*, cum agerentur centuriata comitia. Sic *remiſſus exercitus* edendi eſt paraſito, cum ad convivium non coitur; *imperatus*, cum cibo, & potu inter ſodales vita colitur. Mirifice huic allegoriae reſpondent quae ſequuntur, atque illud praeſertim: *qui poſſet tibi., imperare*. Nam & conſul imperabat exercitum per praeconem, jubebatque eum vocare ad concionem Quirites. Sic exercitus edendi paraſito imperabatur, cum mittebatur obſonatum, ut eſt Act. 3. Sc. 1. aut fiebat cellarius, Act. 4. Sc. 2. cum jubebatur contrahere Quirites, Piſtorienſes, Turdetanos, Placentinos &c. hoc eſt, parare epulum ex ſcitamentis, ceteriſque rebus piſtorum, dulciariorum, aucupum, & piſcatorum: Alii *exercitum* hic ſumunt pro exercitatione, quod tamen, quae ſequuntur manifeſte refutant. 7 Auderet, aut vellet. 8 Licet ita ſit in omnibus fere editionibus, & MSS. Pall. melioris notae interpretes tamen omnes conſentiunt, vel legendum eſſe quem *duxti* pro *duxiſti*, vel quem *dixi*; quod perſpicuum eſt; nulla enim ab Ergaſilo mentio antea facta eſt de exercitu remiſſo, verum ab Hegione tantum. 9 Ideſt, hoc munus imperandi mihi exercitum remiſſum, nempe parandi lautum convivium. 10 Cuicunque obveniat epulandi provincia, omnes illam recuſant, ac fugiunt. Operarius contra omnes hoc refert ad verba, quae ſequuntur, quaſi dicat: *poſtquam tuus Philopolemus, cui contigerat, captus eſt*.
11 Allegoriae continuatio, pro ſervis, qui ad convivium parandum ſunt neceſſarii. 12 *Primum dum* idem eſt ac primum.
13 Interpretes fere omnes ad Pi-

ſtorii

Opus 1 *Paniceis*, *opus* 2 *Placentinis quoque*,
Opus 3 *Turdetanis*, *opus eſt* 4 *Ficedulenſibus*:
Jam 5 *maritumi omnes milites opus ſunt tibi*.
Erg. *Ut ſaepe ſumma ingenia in occulto latent!*
Hic qualis 6 *imperator*, *nunc* 7 *privatus eſt!*
Heg. *Habe modo bonum animum*. *nam* 8 *illum confido domū*
In his diebus me 9 *reconciliaſſere*.
Nam 10 *eccum hic captivum adoleſcentem Alium*,
Prognatum genere ſummo, *& ſummis divitiis*:
11 *Hoc illum me mutare*, *confido fore*.
Erg. *Ita di deaeque faxint*. Heg. *ſed num* 12 *quo foras*
13 *Vocatus ad coenam?* Erg. *nuſquam*, *quod ſciam*.
Sed quid tu id quaeris? Heg. *quia mihi eſt* 14 *natalis dies*;
Propterea te vocari ad coenam volo.
Erg. 15 *Facete dictum*. Heg. *ſed ſi pauxillum potes*
16 *Contentus* 17 *eſſe*. Erg. 18 *ne perpauxillum modo*;

1 *Nam*

ſtorii urbem in Etruria referri volunt; at nonnulli animadvertentes Plauti aetate Piſtorium nondum extructum fuiſſe, Romae vicum potius adnotari putant, eadem ratione, qua infra *Ficedulenſes* dicuntur. Pulcherrimus jocus eſt, quo vicorum populorumque nomina transfert ad eſculenta. Jocoſe enim, & ambigue dicit milites Piſtorienſes, Placentinos, Turdetanos &c., intelligit autem piſtores, qui conficiunt placentas, qui turdos vendunt &c. Sane Piſtores eoſdem fuiſſe, ac coquos docet Feſtus. 1 Panicei populi ſunt ita dicti a Pana urbe Samnii, atque ita exprimuntur ii, qui panem conficiunt. 2 Placentini & ſunt incolae Placentiae urbis Galliae Togatae & Ciſpadanae circa finem Aemiliae, apud Padum fluvium, & ſunt ii qui placentis ſtudent. 3 Turdetani & ſunt Hiſpaniae populi, & qui turdos vendunt 4 *Ficedula* dicebatur vicus urbis Romae. Alludit ad ficedularum avium venditores. 5 *Milites maritimi*, id eſt piſcatores, qui ſunt multorum generum. 6 Ideſt, convivator. Ergaſilus jocum joco remetitur, & imperatorem Hegionem dicit, ut cum eo coenet. 7 Ideſt, hic Hegio, licet privatus, qualis quantuſque imperator eſt! 8 Philopolemum. 9 Reducem factu-um. Eſt autem infinit: modi antiqui, futuri temporis. Sic alibi Plautus *expugnaſſere*, *impetraſſere*. Lambinus. 10 Ecce habeo hic hunc &c. *Eccum* accomodatur etiam abſentibus, notatque etiam aliquid, quod non videtur. 11 Ordo eſt. Confido fore, me mutare illum hoc; ideſt, confido futurum ut, hoc Elio ſuis reddito, meum filium recuperem. 12 Aliquo loco. 13 Vocatus, invitatus es 14 Natalem diem veteres quibus poterant laetitiae ſignis, maxime vero coena, celebrabant. 15 Jucunde, lepide. 16 Parcus. Eodem ſenſu Cicero pro Plancio: *Cn. Manlium non ſolum ignobilem, verum ſine virtute, ſine ingenio, vita etiam contenta ac ſordida*. 17 Edere. Quaſi dicat: cupio te ad coenam invitare; ſed ſi pauxillo potes parcus, contentuſque veſci. 18 Profecto

1 *Nam iſtoc me aſſiduo victu delecto domi.*
Heg. 2 *Age ſis roga.* Erg. 3 *emin' tu?* Heg. 4 *niſi qui meliorem afferet.*
Erg. *Quae mihi atque amicis placeat conditio* 5 *magis?*
Quaſi fundum vendam, 6 *meis me addicam legibus.*
Heg. 7 *Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi:*
8 *Sed ſi venturus, tempori.* Erg. *hem!* 9 *vel jam otium eſt.*
Heg.

fecto perpauxillum ſatis mihi eſt; vel ut Lambino, ac Salmaſio placet: modo ne illud pauxillum fiat perpauxillum.

1 Id eſt, nam delector iſto victu quotidiano domeſtico; vel juxta Salmaſium: nam perpauxillum mihi ordinarium eſt & quotidianum, cum domicoenio laboro. 2 Age ſi vis roga, ideſt, interroga. Emptionis formula ex qua jocus reſultat in paraſitum, quaſi ſe venalem proponat pro coena. Locum hunc ex Acidalii conjectura ita diſpoſitum nobis exhibuit Taubmannus, quem poſteriores editiones omnes ſecutae ſunt, intetpres vero fere nullus. Nec mirum, cum ipſe Taubmannus ingenue fateatur non audere ſe Acidalii conjecturam, ut veram proponere. ſed ut veriſimiliorem, ac ceteris expeditiorem. Cuique enim haec vel leviter conſideranti facile erit perſpicere, ea dici ab Hegione ad coenam invitante, quae Ergaſilo invitato convenire prorſus videntur; plura obſcura eſſe, quae vel perſonae, vel litterae alicujus mutatione clariſſima fieri poſſunt; nonnulla demum ab uno dicta contradictionem pati, quae ſi alteri tribuerentur contradictione omni carerent. Quare variis variorum interpretum conjecturis, atque opinionibus relictis, libens cum Gronovio Salmaſii correctioni ſubſcribo, cujus hic lectionem, atque interpretationem expono. *Heg. Age ſis rogo* Age ſis ergo, inquit Hegio, cum poſſis perpauxillo contentus eſſe, ego te rogo, ut venias. *Erg. Emptum, niſi qui meliorem afferet,, Quae mihi atque amicis placeat conditio magis,, Quaſi fundum vendens meis me addicam legibus.* Haec omnia Paraſiti ſunt, quae perperam Hegioni tribuuntur. Roganti ad coenam Hegioni his verbis, *age ſis rogo*, reſpondet Paraſitus, *emptum*, hoc eſt, res empta tibi eſt; ego tibi ſum addictus, niſi quis meliorem conditionem afferat, quae mihi atque amicis placeat magis. Haec erat formula fundorum in diem addictorum. *Ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi quis intra Kalendas Januarias meliorem conditionem attulerit, vel fecerit*, ut habetur Leg. 1. D. *De in diem addictione*. Paraſitus ergo, qui ſe tamquam fundus ſuis legibus addicebat, non aliter ſe vendit, quam ſub hac conditione, ut ſi lautioris coenae ſpes ei non appareat, mancipatus ſit Hegioni. 3 Numquid me emis tu? ita interpretandum arbitror, quando huic lectioni ſtandum eſt. 4 Emo te, niſi quis tibi meliorem conditionem, ideſt, coenam proponat. 5 Non poteſt eſſe mihi, & meis amicis conditio melior, ſeu gratior illa, quam mihi obtuliſti &c. 6 Meo modo, & conditione utar, ſeu meis conditionibus me ſubjiciam, quaſi ſi venderem fundum. 7 Id eſt, ventrem, ſeu gurgitem, voraginem: tamquam ſi mare eſſet, quo omnia ſorbeantur. 8 Si venturus coenatum es ad me, veni tempeſtive, & mature. Italice: *vieni per tempo.* 9 Mihi otium eſt, nullo occupatus ſum opere,

Digitized by Google

Heg. *I modo, venare leporem: nunc* 1 *erim tenes.*
Nam meus 2 *ſcrupoſam victus commeat viam.*
Erg. *Numquam* 3 *iſtoc vinces me, Hegio; ne* 4 *poſtules:*
Cum 5 *calceatis dentibus veniam tamen.*
Heg. *Aſper meus victus ſane eſt.* Erg. 6 *ſentis ne eſitas?*
Heg. 7 *Terreſtris coena eſt.* Erg. 8 *ſus, terreſtris beſtia eſt.*
Heg. 9 *Multis oleribus.* Erg. 10 *curato aegrotos domi.*
11 *Numquid vis?* Heg. 12 *venias tempori.* Erg. *memorem mones.*
Heg. *Ibo intro, atque intus* 13 *ſubducam ratiunculam,*
Quantillum argenti mihi apud 14 *trapezitam ſiet.*
Ad fratrem, quo ire dixeram, mox ivero.

ACT.

1 Erinaceum habes. Dicit Paraſito ſenex victum ſuum aſperum eſſe, proinde ſi velit molliorem, melioremque, aliam menſã quaerat. Aſperum victum comparat *eri* hoc eſt, erinaceo ſpinulento animali: mollem autem, & delicatum *lepori*, cujus pilo nihil mollius. Propertius lib 2 Eleg. 19. *mihi ſit lepores audacia molles excipere.* Quaſi dicat Hegio: aſper victus, quo apud me coenabis, tibi paratus eſt: *nunc erim tenes.* Si tibi diſplicet hic eres, *venare leporem*, ideſt, molliorem victum apud alium quaere. Hoc dictum, ut Gronovius obſervavit, inſtar proverbii eſſe poteſt ad eos, qui conditionem parum commodam nacti, meliorem quaerere jubentur: aut etiam, qui optimum ſe inveniſſe rati, in multo vilius inciderunt; eoque ulterius veſtigandum monentur. 2 Sententia eſt: mea coena parabilis & facilis eſt, nec ſcrupea & aſpera captatur via, ut coena, in qua venatio eſt; ſeu, mea coena conſtat cibis minime delicatis & duris. Alludit ad proverbium: *Terere ſaxoſam viam*, pro eo quod eſt in difficultatibus verſari. 3 Hac ratione me ſuperabis. 4 Ne id tibi perſuadeas. 5 Hoc vult Paraſitus: quamvis dicis victum tuum aſperum, & ſcrupoſum eſſe, non deterrebis tamen, quin veniam, & quidem cum dentibus *calceatis*, id eſt, ita munitis, ut viam illam ſcrupoſam facile conficere poſſint. Metaphora ducta a viatoribus, qui per ſaxa, & ſcrupos ituri calceis ſe diligentius muniunt; cum in locis planis, nudis ſaepe pedibus incedant 6 Senteſne comedis? Jocus natus ex voce *aſper*. 7 Quae nihil niſi terra natum habet. Hegio interpretatur quod ſupra obſcurius dixerat. 8 Hoc quoque de *terreſtri coena* aliorſum trahit Paraſitus. Quaſi dicat: ſi apponeres mihi aprum, coenam terreſtrem apponeres, nam aper terreſtris eſt fera. 9 Sermonem proſequitur Hegio, & dicit coenam ſuam multis oleribus conſtare. 10 Si iſtam coenam parare cogitas, eam aegrotis apponito, qui tenui victu, atque oleribus alendi ſunt.
11 Num vis a me aliquid?
12 Volo ut. 13 Digitis numerabo, computabo. *Subducere rationem*, eſt digitis ſeorſum, & ſecreto putare rationem, ut appareat, quid nobis alii debeant, quid nos aliis. 14 Pecuniae deponebantur apud Trapezitam, aut cuſtodiae, aut foenoris gratia.

ACTUS SECUNDUS

SCENA I.

Lorarii Hegionis ſervi dolent vicem Philocratis, & Tyndari, & pro virili ſolantur, ut moris eſt eorum, qui & ipſi iniquitate fortunae premuntur, ultro miſeriis alienis commoveri: quin & ipſi colloquendi invicem, remotis arbitris, copiam faciunt. Ea utuntur captivi ad nectendam Hegioni fraudem; nempe ſtatuunt mutare nomen, veſtes, & orationem.

Lorarii, Philocrates, Tyndarus.

SI dii immortales id voluere, vos hanc 1 *aerumnam exſequi,*
Decet id pati animo aequo. ſi id facietis, levior 2 *labos erit.*
Domi fuiſtis, credo, liberi:
Nunc ſervitus ſi 3 *evenit, ei vos* 4 *morigerari* 5 *mos bonu' ſt,*
6 *Eamque herili imperio ingeniis veſtris lenem reddere.*
Indigna 7 *digna habenda ſunt, herus quae facit.* Ph. *oh oh oh!*
Lor. *Ejulatione haud opus eſt: oculis* 8 *multam miſeriam additis.*
In re 9 *mala animo ſi* 10 *bono utare, adjuvat.*
Ph. *At nos pudet, quia cum catenis ſumus.* Lor. *at pigeat poſtea*
Noſtrum herum, ſi vos eximat vinculis,

Aut

1 Ideſt, captivitatem perferre: 2 Moleſtia, dolor. 3 Proprie dictum; nam ſervitus, libertas, divitiae &c. a Lucretio lib. 1. appellantur *eventa*. 4 Voſmet ſubjicere, ſervituris legibus obtemperare. 5 *Mos bonus eſt*, bene moratos decet. 6 Mos bonus eſt, lenire ſervitutem ingeniis veſtris (*dandi caſu*) herili imperio, ideſt, per herile imperium, hac ſententia: aequum eſt, vos efficere bene ſerviendo, ut herus veſter clementem ſe ingeniis veſtris, vel in vos praebeat. Ita Lambinus, cui tamen hic locus de vitio omnino ſuſpectus eſt. Quare ita legendum, & emendandum cenſet: *Eamque, & herile imperium ingeniis veſtris lene reddere. Ingeniis veſtris* ideſt, diligenter, & fideliter ſerviendo, libenterque parendo. 7 Tamquam digna, & juſta vobis habenda ſunt. 8 Alii legunt, *multa miſera cuditis*. Alii *multam miſeriam cuditis*. Gronovius ſuſpicatur legendum, *multam oculis modo irrogatis. Irrogare multam* non ſemel reperitur apud Ciceronem. Livium, Plautum in hac ipſa fabula. 9 Adverſa. 10 Forti, conſtanti.

Aut ſolutos ſinat, quos argento emerit.
Ph. *Quid a nobis metuit? ſcimus nos*
Noſtrum 1 *officium quod eſt, ſi ſolutos ſinat.*
Lor. *At fugam* 2 *fingitis.* 3 *ſentio quam rem agitis.*
Ph. *Nos fugiamus? quo fugiamus?* Lor. *in patriam.*
Ph. *Apage: haud nos id deceat*
Fugitivos imitari. Lor. *immo aedepol, ſi erit* 4 *occaſio, haud dehortor.*
Ph. *Unum exorare vos ſinite nos.* Lor. *quidnam id eſt?*
Ph. *Ut ſine his* 5 *arbitris*
Atque 6 *vobis, nobis detis locum loquendi.*
Lor. *Fiat.* 7 *abſcedite hinc: nos concedamus huc. ſed brevem orationem* 8 *incipeſſe.*
Ph. *Hem! iſtuc mihi* 9 *certum erat. concede* 10 *huc.* Lor. *abite ab iſtis.* Tynd. 11 *obnoxii ambo*
Vobis ſumus propter hanc rem; 12 *cum, quae volumus nos,*
Copia eſt; ea 13 *facitis nos compotes.*
Ph. 14 *Secede huc nunc jam, ſi videtur,* 15 *procul;*
Ne 16 *arbitri dicta noſtra* 17 *arbitrari queant:*
Neve 18 *permanet palam haec noſtra fallacia.*
Nam doli non doli ſunt, niſi 19 *aſtu colas,*
20 *Sed malum maximum, ſi* 21 *id palam provenit.*
Nam ſi herus mihi es tu, atque ego me tuum eſſe ſervum aſſimulo,

1 Officii nomine captivi hi volunt intelligi omne obſequium, quod domino debebant. Dicunt autem, id preſtare ſe poſſe, etiam vinculis ſolutos, ſed interim dum haec dicunt fugam meditantur. 2 Molimini, ſtruitis. 3 Intelligo quid meditamini. 4 Nempe fugiendi. 5 Teſtibus, aliis captivis, qui adſunt. 6 Et ſine vobis. 7 Hoc jubent Lorarii aliis captivis, qui adſunt. 8 Incipe, inſtitue. Veteres dicebant *incipio* incipeſſo, ſicut *lacio*, laceſſo, *facio* faceſſo, *capio* capeſſo. 9 Deliberaveram brevem orationem habere; ſive, jam mihi perſuaſeram vos brevem nobis loquendi locũ daturos 10 Tyndare.

11 Devincti. 12 Cum eorum, quae volumus, copia eſt, facultas eſt, ideſt, quando conceditis, quae rogamus. 13 Ideſt, & ejus copiae facitis nos compotes. Gronovius ſcribendum putat: *cum quam volumus nos, Copiam, ea facitis nos compotes.* 14 Philocrates avertit a Lorariis orationem, & convertit ad Tyndarum, ita ut Lorarii minime audiant. 15 A Lorariis. 16 Speculatores, vel Lorarii, vel captivi alii. 17 Auribus excipere. 18 Detegatur, late emanet. 19 Niſi callide tractentur. 20 Sed doli fiunt, vel ſunt malum maximum. 21 Si id, quod doloſe quis meditatur, pateat, promulgetur.

Digitized by Google

Tamen 1 *viſo opu' ſt*, 2 *cauto eſt opus*, *ut hoc* 3 *ſobrie*, *ſineque* 4 *arbitris*,
Accurate hoc agatur, *docte & diligenter*.
Tanta incepta res eſt; *haud* 5 *ſomniculoſe hoc*
Agendum eſt. Tynd. *ero*, *ut me voles eſſe*. Ph. *ſpero*.
Tyn. *Nam tu nunc vides pro tuo caro* 6 *capite*
Carum offerre meum caput 7 *vilitati*.
Ph. *Scio*. Tyn. *at ſcire memento*, *quando id*, 8 *quod voles*, *habebis*.
Nam fere 9 *maxima pars morem hunc homines habent*: *quod ſibi volunt*,
Dum id 10 *impetrant*, *boni ſunt*: *ſed id ubi jam penes ſeſe habent*,
Ex boni, *peſſumi & fraudulentiſſumi*
11 *Sunt*. 12 *nunc ut te mihi volo eſſe*, *eſſe autumo*.
Quod tibi ſuadeam, 13 *ſuadeam meo patri*.
Ph. *Pol ego te*, 14 *ſi audeam*, *meum patrem nominem*:
Nam 15 *ſecundum patrem tu es pater proximus*.
Tyn. *Audio*. Ph. *& propterea ſaepius te*, *ut memineris*, *moneo*.
16 *Non ego herus tibi*, *ſed ſervus ſum*. *nunc obſecro te hoc unum*,
Quoniam nobis di immortales 17 *animum oſtenderunt ſuum*,
Ut qui herum me tibi fuiſſe, *atque eſſe nunc* 18 *conſervum velint*;
Quod antehac 19 *pro jure imperitabam meo*, *nunc te oro per* 20 *precem*,
Per fortunam 21 *incertam*, *& per mei te erga bonitatem patris*,

Per-

1 *Viſo opu' ſt*, id eſt, videndum eſt. 2 Cavendum eſt. 3 Conſiderare. 4 Teſtibus. 5 Italice, *non biſogna dormire*.
6 Vita, ac ſalute 7 Vitam, ac ſalutem meam vilem, & quaſi venalem habere, minimique aeſtimare. 8 Ideſt, libertatem.
9 *Maxima pars homines*, pro hominum. Enallage 10 Impetrare conantur. 11 Evadunt.
12 Ideſt, cujuſmodi te mihi eſſe opto & volo, ejuſmodi eſſe credo. 13 Proverbialis forma ejus, qui cuipiam ſalutare conſilium aperit: ſic nimirum id illi ſuadere, quod ipſimet Patri ſuaderet. 14 Si animus mihi ſit, ſi liceat. 15 Poſt. 16 Philocrates Tyndarum monet, ut recordetur ita ſe palam gerere, ut omnes Tyndarum herum, Philocratem ſervum exiſtimeat.
17 Suam voluntatem aperuerunt, ac declararunt. 18 Socium captivitatis. 19 Ideſt, quod antea tibi imperabam pro meo jure, tamquam tuus herus. 20 *Orare per precem*, eſt orare precando, vel prece. Horat: *oratus multa prece*. Poteſt etiam intelligi *per Precem* Deã Jovis Filiam; nam Homerus Λιτας ideſt, *Preces* Jovis filias facit. 21 Numen inſtabile.

Perque 1 conſervitium commune, quod 2 hoſtica evenit manu,
3 Ne me ſecus honore honeſtes, quam ego te, cum ſervibas mihi,
Atque ut qui fueris, & qui nunc ſis, meminiſſe ut 4 memineris.
Tyn. *Scio quidem me te eſſe nunc, & te eſſe me.* Ph. *hem! iſtuc ſi potes*
Memoriter meminiſſe, ineſt ſpes nobis in hac aſtutia.

SCENA II.

Hegio interrogat ſigillatim captivos, & quaerit a Philocrate, quem eſſe Tyndarum putat, quo genere ſit ortus Philocrates, quae divitiae? Simulato candore reſpondet Philocrates, fateturque Philocratem eſſe nobilem, divitem, potentem. Deinde venit Hegio ad Tyndarum, quem putat eſſe Philocratem, a quo calidiſſimis artibus in fraudem impellitur. Tum agitur de mittendo Tyndaro in Elidem ad Theodoromedem Patrem Philocratis, ſed nominum, veſtiumque mutatione deceptus ſenex, herum pro ſervo dimittit.

Hegio, Philocrates, Tyndarus.

JAm ego revertar 5 intro, 6 ſi ex his quae volo exquiſivero.
Ubi ſunt iſti, quos ante 7 aedis juſſi huc produci foras?
Ph. *Aedepol 8 tibi ne quaeſtioni eſſemus, 9 cautum intellego;*
Ita vinclis cuſtodiiſque 10 circummoeniti ſumus.
Heg. *Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet.*
Etiam cum caviſſe ratus eſt, ſaepe is 11 cautor 12 captus eſt.
An vero non juſta cauſſa eſt, ut vos ſervem ſedulo,
Quos tam grandi ſim mercatus 13 praeſenti pecunia?

G 2 Ph.

1 Solet plerumque bonorum malorumque communio & ſocietas conjunctionem, & amicitiam augere. 2 Hoſtili. 3 Id eſt, oro te, ut alio me honore non colas, quam quo a me colebaris, cum miniſtrabas mihi 4 Atque oro, ut memineris meminiſſe. 5 In aedes. 6 Quando exquiſivero, intellexero ex his captivis, quae volo. 7 Aedes. 8 Ne tibi opus eſſet nos quaerere. 9 Id eſt, a te bene proviſum. 10 Pro circummuniti: antique dictum, ut *moeri* pro *muri*. 11 Circumſpectus ac prudens obſervator. 12 Deceptus. 13 Numerata pecunia.

Ph. *Neque pol tibi nos, quia nos ſervas, 1 aequom eſt vitio vortere:*

2 Neque te nobis, ſi abeamus hinc, ſi 3 fuat occaſio.

Heg. *Ut vos hic, itidem 4 illic apud vos meus ſervatur filius.*

Ph. *Captus eſt?* Heg. *ita.* Ph. *non igitur nos ſoli 5 ignavi fuimus.*

Heg. *Secede huc. nam ſunt ex te quae ſolo ſcitari volo,*
Quarum rerum te 6 falſiloquum mihi eſſe nolo. Ph. *non ero,*
7 Quod ſciam. ſi quid 8 neſcivi, id 9 neſcium 10 tradam tibi.

Tyn. 11 *Nunc ſenex eſt in tonſtrina: nunc jam 12 cultros 13 attinet.*
Ne id quidem 14 involucre 15 injicere voluit, veſtem ut ne 16 inquinet.
Sed utrum 17 ſtrictimne attonſurum dicam eſſe, an per 18 pectinem,
Neſcio: verum ſi 19 frugi eſt, uſque 20 admutilabit probe.

Heg. *Quid tu? ſervus ne eſſe, an liber 21 mavelis? 22 memora mihi.*

Ph. *Proximum quod ſit bono, quodque a malo 23 longiſſime,*
Id volo. quamquam non multum 24 fuit moleſta ſervitus:

Nec

1 Aequum eſt nos tibi culpae tribuere. 2 Neque aequum eſt te nobis vitio vertere. 3 Sit, ſeſe offerat fugiendi occaſio. 4 In Elide apud veſtros. 5 Fortium virorum videbatur aut vincere aut mori; capi aut fugere ignaviae tribuebatur. 6 In quibus rebus nolo te mihi eſſe falſidicum, mendacem. 7 In eo, quod ſciam. 8 Pro neſciam. Alii legendum putant *neſcibo*. 9 Ignoratum, & incognitum. 10 Dicam. Id eſt, tibi dicam id eſſe ignoratum mihi. 11 Haec Tyndarus ſeorſum, & ſolus ſecum dicit. Elegans eſt allegoria, qua ſignificat ſenem inibi eſſe, ut prope decipiatur. 12 Forfices. 13 Admovet, ſcilicet Philocrates. 14 Linteum, quo tonſores ſolent humeros tondendorum involvere, ne veſtis capillorum ſegmentis ſordidetur, Italice, *bavaglio, ſciugatojo*. Alii legunt, *ne is quidem*. 15 Imponere in ſenis humeros. 16 Tyndarus his verbis ſignificat, Philocratem ſine ulla accurata obſervatione, & ſine ullo pudore, aut metu Hegionem decepturum. 17 *Strictim tondere*, eſt tondere ad cutem. 18 *Tondere per pectinem*, eſt paullo longius a cute interpoſito pectine tondere. Manet in Allegoria ducta a tonſore; ſignificat vero, ſenem velut in tonſtrina eſſe, ut a Philocrate omnibus modis decipiatur, ſtrictim, & per pectinem tondendo & admutilando; id eſt, non leniter, ſed prorſus & penitus decipiendo. 19 Si ſatis callidus eſt, ſi ſapit. 20 Italice, *lo mozzerà, lo toſerà bene*. 21 *A mavolo*, pro *malo*. 22 Dic. 23 Quod ſit longiſſime a malo, id eſt, a malo remotiſſimum. 24 Mihi.

1 *Nec mi ſecus erat , quam ſi eſſem familiaris filius .*

Tyn. 2 *Eugepae !* 3 *Thalem* 4 *talento non emam* 5 *Mileſium.*

Nam ad 6 *ſapientiam hujus nimius* 7 *nugator fuit .*

8 *Ut facete orationem ad ſervitutem* 9 *contulit !*

Heg. *Quo de genere natu' ſt* 10 *illic Philocrates ?* Ph. 11 *Polypluſio :*

Quod genus 12 *illic eſt unum pollens atque honoratiſſimum.*

Heg. 13 *Quid ipſus hic ? quo honore eſt illic ?* Ph. *ſummo,* 14 *atque ab ſummis viris .*

Heg. *Tum igitur ei , cum* 15 *in Aleis tanta gratia eſt, ut praedicas ,*

16 *Quid divitiae , ſunt ne opimae ?* Ph. *unde* 17 *excoquat ſevum ſenex .*

Heg. *Quid pater ? vivit ne ?* Ph. *vivum , cum inde abiimus , liquimus .*

1 Nec erat mihi ſervitus apud meum herum ſecus quam &c. 2 Geſtientis laetitia interjectio eſt. 3 Id eſt, Thaletem, qui unus e ſeptem ſapientibus, prae hoc contemnam, vel nihili faciam, eumque talento mihi addictum, emere nolim; quia Philocrates ſcilicet multo eſt ſapientior Tyndarus his verbis gratulatur aſtutiae Philocratis domini ſui, qui ſervi perſonam ſuſtinet, & eum ſapientia Thaleti Mileſio, tamquam mero nugatori, anteponit. 4 Plura talentorum genera fuerunt juxta gentium varietatem. Cum vero talenti mentio occurrit, niſi aliud, ut hic, additur, de minore talento Attico fere intelligimus, quod fuit minarum ſexaginta, quae quidem minae ſingulae drachmas Atticas centum continebant. Si ad pecuniae Italicae aeſtimationem redigamus, valebat fere ſexcentos Philippeos argenteos.
5 Dictus Thales Mileſius a Mileto urbe Joniae, ſeu Cariae, in ora maris Aegaei. 6 Id eſt, comparatus cum ſapientia hujus Philocratis. 7 Nimis inſulſus, ignarus. 8 Italice, *quanto graziosamente, con che bel modo.*

9 Accomodavit. 10 Sic eum appellat errans, cum ſit Tyndarus. 11 Philocrates ad decipiendum ſenem fingit genus, quod divitiarum copiam notat. *πολυπλούσιος, valde dives.* 12 Id eſt, in Elide. 13 Hic ipſe tuus herus quid? qua gratia eſt, & quo honore eſt apud ſuos? 14 Hoc eſt, ſummo honore eſt etiam apud ſummos viros. Hector apud Naevium: *Laetus ſum, laudari me abs te, pater, laudato viro.* 15 Cum igitur tanta gratia ſit in Elide ſua civitate, ut dicis. 16 Ecquid ſunt ejus divitiae? 17 Quaſi dicat: ita ſunt opimae, & pingues Philocrati divitiae, ut ejus pater ex eis coctis multum ſebum exprimere queat. Haec Lambinus: qui quidem de ſebo recte; de patre Philocratis non item. Quid enim? de Philocratis ipſius cenſu, non autem de paterna opulentia, aut divitiis quaeſierat Hegio. Cujus interrogationi, ut Pſeudotyndari reſponſum conveniat propius, dubium Douzae non eſt, quin ita disjungendae perſonae. Phi. *Unde excoquat ſebum.* Heg. *ſenex Quid pater? vivit ne?*

Nunc, vivat, 1 necne, id 2 Orcum ſcire oportet ſcilicet.
Tyn. 3 *Salva res eſt.* 4 *philoſophatur quoque jam, non mendax modo eſt.*
Heg. *Quod erat ei nomen?* Ph. 5 *Theſaurochryſonicochryſides.*
Heg. *Videlicet propter divitias inditum id nomen quaſi eſt.*
Ph. *Immo aedepol propter avaritiam ipſius, atque 6 audaciam.*
Nam ille quidem Theodoromedes fuit 7 germano nomine.
Heg. *Quid tu ais? tenax ne pater ejus eſt?* Ph. *immo aedepol 8 pertinax.*
Quin etiam ut magis noſcas: 9 Genio ſuo ubi 10 quando ſacruficat,
Ad rem divinam, quibus eſt opus, 11 Samiis vaſis utitur,
Ne ipſe Genius 12 ſurripiat. 13 proinde, aliis ut credat vide.
Heg. *Sequere hac me igitur. 14 eadem ego 15 ex hoc, quae volo, exquaeſivero.*
16 Philocrates hic fecit, 17 hominem frugi ut facere oportuit.
Nam ego ex hoc, quo genere gnatus ſis, ſcio: hic faſſu' ſt mihi.
Haec tu eadem ſi confiteri vis, 18 tua re feceris:

Quae

1 Id eſt, vel non. 2 Inferos. Nam quicquid mortuum eſt, apud Orcum eſt. *Lambinus.* 3 Haec ſecum Tyndarus Italice: *la coſa và aſſai bene* 4 Philocrates nempe non mendacem modo, ſed etiam philoſophum agit, utpote qui de Orco diſputat. 5 Ludit, more veteris comoediae, in mirifica nominis compoſitione. Eſt autem hujus ſignificatio, *theſauri, auri, & victoriae* a graecis nominibus θησαυρὸς *theſaurus*, χρυσὸς *aurum*, νίκη *victoria*. Alii ſcribunt *Theſaurochryſonychochryſides*, in quo nomine eſt *unguis* ſignificatio, a graeco ὄνυξ *unguis*, ut notetur hominis avaritia, nam verſu 37. *propter avaritiam:* 6 Audacia hic eſt aviditas audacter invadens alienum. 7 Vero. 8 Valde tenax. 9 Veteres Genio, id eſt Lari, ſub nomine *Genii* non *Laris* ſacrificabant, quando lautius erant coenaturi.

10 *Quando*: non eſt ea vox in MSS. Langlaei, & ſane quid aliud eſt, quam interpretamentum vocis *ubi*? Diſlaldeus. 11 Id eſt, teſtaceis, & fictilibus. Terra Samia celebratiſſima eſt ad figulina. 12 Scilicet vaſa; ſi non Samiis, ſed aliis pretioſioribus utatur. Quo ipſo apparet, inquit Gutherius, nullam fuiſſe familiam paullo locupletiorem, in qua non eſſent ſacrorum vaſa, quibus uterentur ad rem divinam ſumptuoſiora. 13 Si non credit vaſa aurea Genio, multo minus aliis. 14 Id eſt, eadem opera. 15 Scilicet Tyndaro. 16 Ex quo Hegio Tyndari divitias, & nobilitatem audivit, putavit Tyndarum eſſe herum, & Philocratem ejus ſervum. 17 Id eſt, ut bonum, prudentemque hominem facere decebat 18 Fortunae tuae conſulueris, tuo commodo, utilitate tua feceris.

Quae tamen ſcito ſcire me ex hoc. Tynd. *fecit officium hic ſuum,*
Cum tibi eſt confeſſus verum. quamquam volui ſedulo
Meam nobilitatem occultare, & genus, & divitias meas,
Hegio. nunc quando patriam & libertatem perdidi,
Non ego 1 *iſtunc me potius, quam te metuere, aequum cenſeo.*
Vis 2 *hoſtilis cum iſtoc* 3 *fecit meas opes aequabiles.*
Memini, 4 *cum dicto haud audebat; facto nunc laedat licet.*
Sed viden'? Fortuna 5 *humana* 6 *fingit artatque ut lubet:*
Me, qui liber fueram, ſervum fecit; e ſummo infimum.
Qui imperare inſueveram, nunc alterius imperio obſequor.
Et quidem, ſi proinde 7 *ut ipſe fui* 8 *imperator familiae,*
Habeam dominum, non verear ne injuſte aut graviter mihi imperet.
Hegio, hoc te monitum, niſi forte 9 *ipſe non vis, volueram.*
Heg. *Loquere* 10 *audacter.* Tynd. *tam ego fui ante liber, quam gnatus tuus.*
Tam mihi, quam illi libertatem hoſtilis eripuit manus.
Tam ille apud nos ſervit, quam ego nunc hic apud te ſervio.
11 *Eſt profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque & videt.*
Is, uti tu me hic 12 *habueris,* 13 *proinde illum illic curaverit.*
Bene merenti bene profuerit, male merenti par erit.
Quam tu filium tuum, tam pater me meus deſiderat.
Heg. 14 *Memini ego iſtoc. ſed* 15 *faterin' eadem quae hic faſſu'ſt mihi?*
Tynd. *Ego patri meo eſſe fateor ſummas divitias domi,*
Meque ſummo genere gnatum. ſed te obteſtor, Hegio,

 Ne

1 Iſtum Philocratem. Sententia eſt: cenſeo Philocratem, debere potius timere te quam me, ac tibi aperire quicquid juſſeris, me vel invito; nam poſtquam patriam & libertatem perdidi, mea fortuna non eſt a ſua diſſimilis.
2 Hoſtium, qui cum Elienſibus bellarunt, meque hic captivum duxerunt. 3 Fecit meas opes iſtius fortunis pares. 4 Id eſt, cum Philocrates haud audebat laedere me dicto. Tyndarus ſervus mire perſonam heri Philocratis ſuſtinet, & ejus verbis utitur ad decipiendum Hegionem.
5 Id eſt, res humanas. 6 *Fingit artatque*, id eſt, tractat volvitque. 7 Hoc eſt, ſi habeam dominum juſtum, clementem, & facilem, qualis ego fui.
8 Dominus 9 Tibi moleſtum eſt. 10 Libere, fidenter, nullo timore. 11 Formula eſt, quam Ethnici uſurpabant ad calamitatum ſolatium, & ad deprecandam injuriam. 12 Tractaveris.
13 Ita tuum natum illic, id eſt apud nos in Elide, curabit.
14 Haec per me ſcio. 15 Fateriſne eadem, quae Pſeudotyndarus faſſus eſt mihi?

Ne tuum animum 1 *avariorem faxint divitiae meae:*
Ne patri, 2 *tametſi unicus ſum, decere videatur magis,*
Me ſaturum ſervire apud te ſumtu & veſtitu tuo,
Potius quam 3 *illi, ubi minime honeſtum eſt,* 4 *mendicantem vivere.* *(ſatis.*
Heg. *Ego* 5 *virtute deûm & majorum noſtrûm dives ſum*
Non ego omnino lucrum omne eſſe utile homini exiſtimo.
6 *Scio ego; multos jam* 7 *lucrum* 8 *luculentos homines reddidit.*
9 *Eſt etiam, ubi profecto* 10 *damnum praeſtet facere, quam lucrum.*
Odi ego aurum: multa multis ſaepe ſuaſit perperam.
11 *Nunc hoc animum advortito, ut ea quae ſentio, pariter ſcias.*
Filius meus illic apud vos ſervit captus Alide.
Eum ſi reddis mihi, 12 *praeterea unum nummum ne duis.*
Et te, & hunc 13 *amittam hinc. alio pacto abire non potes.*
Tynd. *Optumum, atque aequiſſimum oras, optimuſque hominum homo es.*
Sed is 14 *privatam ſervitutem ſervit illi, an publicam?*
Heg. *Privatam medici Menarchi.* Ph. *pol* 15 *hic quidem* 16 *hujus eſt* 17 *cliens.*

1 *Tam*

1 In poſtulando pretio pro mea redemptione. 2 Licet patri ſim unicus filius. 3 Pro illic, nempe in patria. 4 Mendicum, in ſumma egeſtate vivere. Tota Tyndari ſententia haec eſt: Te obteſtor, Hegio, ne meae divitiae te faciant ad quaeſtum attentiorem, efficiantque, ut a patre petas majus pretium ad me redimendum, quam dare poterit; ut ne ſi ita feceris, patrem meum decere videatur, tametſi unicus ei ſim filius, relinquere me apud tè in ſervitute, tuo ſumtu copioſe viventem potius, quam me impenſo pretio abs te redimere, ut illic, ubi minime honeſtum eſt, nempe in patria, & apud notos, mendicus, & egens vivam. 5 Gratia, beneficio.
6 Duo hic opponit Hegio: ſcio quidem multos avaritia ſua ditatos; ſed & hoc ſcio, eos qui lucrum in loco neglexere, rem feciſſe. 7 Lucri cupido, avaritia. 8 Divites. 9 Ideſt: eſt etiam tempus, vel locus &c.
10 Sic Terentius Adelph. Act. 2. Sc. 2. *Pecuniam in loco negligere maximum interdum eſt lucrum.*
11 Nunc huc adverte animum, mentem edhibeto. 12 Praeter filium meum, ne dederis mihi unum nummum. 13 A me dimittam. 14 *Servi publici* dicebantur, qui viris publicis miniſtrabant, ut erant Sacerdotes, & Magiſtratus; hique non a conditione, nam plerumque liberti erant, ſed ab officio, & opere *ſervi* appellabantur. *Servi privati* qui privatis perſonis miniſterium exhibebant. 15 Menarchus.
16 Tydari, 17 Italice, *dipendente*.

1 *Tam hoc quidem tibi in proclivi, quam imber eſt, quando pluit.*

Heg. *Fac* 2 *is homo ut redimatur.* Tynd. *faciam. ſed te id oro, Hegio.*

Heg. *Quidvis, dum* 3 *ab re ne quid ores, faciam.* Tynd. *auſculta dum, ſcies.*

Ego me amitti, 4 *donicum ille huc redierit, non poſtulo.*

Verum te quaeſo, ut 5 *aeſtimatum* 6 *hunc mihi des, quem mittam ad patrem,*

Ut 7 *is homo redimatur illi.* Heg. *immo alium potius miſero*

Hinc, 8 *ubi erunt induciae, illuc tuum qui conveniat patrem:*

Qui tua quae tu miſeris mandata, ita ut velis, perferat.

Tynd. *At* 9 *nihil eſt, ignotum ad illum mittere: operam* 10 *luſeris.*

Hunc mitte, hic omne 11 *tranſactum reddet, ſi illuc venerit.*

Nec quemquam fideliorem, neque cui plus credat, potes

Mittere ad eum, nec qui magis ſit ſervus 12 *ex ſententia:*

Neque adeo quoi tuum concredat filium hodie 13 *audacius.*

Ne vereare: meo 14 *periculo hujus ego experiar fidem,*

Fretus ingenio ejus, quod me eſſe ſcit erga ſe benevolum.

Heg. *Mittam equidem iſtunc aeſtimatum* 15 *tua fide, ſi vis.* Tynd *volo.*

Quam citiſſime poteſt, tam hoc 16 *cedere ad factum volo.*

Heg. 17 *Num quae cauſſa eſt, quin ſi ille huc non redeat,* 18 *viginti minas*

Mihi des pro illo? Tynd. 19 *optima immo.* Heg. 20 *ſolvite iſtum nunc jam,*

Atque utrumque. Tynd. *di tibi omnes omnia optata afferant,*

Cum

1 Proverbium eſt, quod ſignificat: hoc adeo bene tibi contingit, ita ad rem tuam facit, ut nihil melius. Hiperbole eſt; quid enim proclivius eſſe poteſt imbre decidente? 2 Meus filius. 3 Contra honeſtum, & uſum. 4 Donec. 5 Ut, ſi non redierit, ſolvam ipſe tibi quanti fuerit aeſtimatus. 6 Philocratem. 7 Filius tuus illic redimatur. 8 Cum pactae fuerint induciae cum Elienſibus. 9 Nihil proderit. 10 Perdideris. 11 Confectum reddet, omnia perficiet. 12 Servus ei gratior, atque acceptior. 13 Fidentius. 14 Nam niſi redierit, ego, qui ſum ſponſor, ſolvam tibi quanti aeſtimatus fuerit. 15 Te ſponſore. 16 *Cedere ad factum*, ideſt, perduci ad affectum, ſeu a verbis ad factum procedere. Alii legunt *accedere*. 17 Stipulationis formula. 18 Vide Rud. Prol. verſ. 45. 19 Optima immo cauſſa eſt. Ad interrogationem illam, *num quae cauſſa eſt, quin fiat*, aut reſpondebant *nulla*, aut *optima*, ut videre eſt in pluribus Plauti, ac Terentii locis. 20 Lorariis hoc imperat.

Cum me tanto honore 1 *honeſtas, cumque ex vinclis eximis.*
Hoc quidem haud moleſtum eſt jam, quod 2 *collus* 3 *collaria caret.* (*bonis.*
Heg. 4 *Quod bonis beneſit beneficium, gratia ea gravida eſt*
Nunc tu 5 *illum ſi illo es miſſurus, dice, demonſtra, praecipe,* (*voca.*
Quae ad patrem vis nuntiari. vin' vocem huc ad te? Tynd.

SCENA III.

Dimittunt Hegio & Tyndarus Philocratem, & votis omnibus proſequuntur, & hinc e veſtigio ad luſtrationem ceterorum captivorum proficiſcitur Hegio.

Hegio, Philocrates, Tyndarus.

Quae res 6 *bene vortat mihi, meoque filio,*
Vobiſque. vult te 7 *novus herus* 8 *operam dare*
Tuo 9 *veteri domino,* 10 *quod is velit, fideliter.*
Nam ego te aeſtumatum huic dedi viginti minis;
Hic autem te ait, mittere hinc velle ad patrem,
Meum ut illic redimat filium: mutatio
Inter me atque 11 *illum ut noſtris fiat filiis.*
Ph. 12 *Utroque vorſum rectum eſt ingenium meum*
Ad te, adque 13 *illum. pro* 14 *rota me uti licet.*
Vel ego huc vel illuc 15 *vortar, quo imperabitis.*
Heg. *Tute tibi* 16 *ea* 17 *tuopte ingenio* 18 *prodes plurimum,*
Cum ſervitutem ita fers, uti ferre decet.
Sequere. hem tibi hominem! Tynd. *gratiam habeo tibi,*
Quom copiam iſtam mihi, & poteſtatem facis:

1 *Ut*

1 Tanto honore me afficis. 2 *Collus & collum* veteres dixiſſe docet Nonius. 3 *Collaria*, ſive *collare*, vinculi genus, quo collum adſtringitur. 4 Sententia eſt: beneficium quod bonis recte, atque opportune confertur, eſt gratia gravida, ac plena bonis. 5 Philocratem, Pſeudotyndarum. 6 Mihi feliciter cedat. 7 Hegio, qui eſt tuus novus herus: de ſe ipſo loquitur.
8 *Operam dare fideliter*, hoc eſt, fideliter obtemperare. 9 Pſeudophilocrati; neſciebat enim dominum eum eſſe quocum loquebatur. 10 In iis, quae voluerit. 11 Patrem tui domini. 12 *Utroque verſum* ideſt, ad utrumque. Sententia eſt: mea voluntas eſt ad utrumque proclivis. 13 Tyndarum. 14 Ut rota in quamvis partem volvitur, ſic Philocrates ſe ad omnia illorum arbitrio paratum pollicetur. 15 Volvar. Vulgo: *mi laſcierò rigirare come volete*. 16 Ea ratione, idcirco, ob eam cauſſam. 17 Tuamet induſtria. 18 Plurimum tibi prodes, tibi es plurimum utilis.

Ut ego ad parentes hunc remittam nuntium,
1 *Qui me quid rerum hic agitem, & quid fieri velim,*
Patri meo 2 *ordine omnem rem illuc perferat.*
Nunc ita convenit inter me atque hunc, Tyndare,
Ut te aeſtimatum in Alidem mittam ad patrem.
Si non 3 *rebitas huc, ut viginti minas*
Dem pro te. Ph. *recte conveniſſe ſentio.*
Nam pater expectat aut me, aut aliquem nuntium,
Qui hinc ad ſe veniat. Tynd. *ergo animum advortas volo,*
Quae nuntiare hinc te volo in patriam ad patrem.
Ph. *Philocrates, ut* 4 *adhuc locorum feci, faciam ſedulo,*
Ut potiſſimum 5 *quod in rem recte conducat tuam,*
Id petam, id perſequarque corde & animo atque viribus.
Tynd. *Facis ita, ut te facere oportet. nunc animum advortas volo:*
Omnium primum ſalutem dicito matri & patri,
Et cognatis, & ſi quem alium 6 *benevolentem videris:*
Me hic 7 *valere, & ſervitutem ſervire huic* 8 *homini optumo,*
9 *Qui me honore honeſtiorem ſemper fecit, & facit.*
Ph. *Iſtuc ne praecipias:* 10 *facile memoria memini tamen.*
Tynd. *Nam quidem, niſi quod cuſtodem habeo, liberum me eſſe arbitror.*
Dicito patri, quo pacto mihi cum hoc convenerit
De hujus filio. Ph. *quae memini* 11 *mora mera eſt monerier.*
Tynd. *Ut* 12 *eum redimat, & remittat* 13 *noſtrûm huc amborum vicem.*
Ph. *Meminero.* Heg. 14 *at quamprimum poteris: iſtuc in rem utrique eſt maxume.*
Ph.

1 Helleniſmus; nam latino more dixiſſet: qui, quid ego rerum hic agitem, & quid fieri velim, omnem rem patri meo illuc ordine perferat. 2 Secundum ordinem, diſtincte, dilucide. 3 Si non redeas huc. *Betere* antiquum, hoc eſt, ite; hinc obſoleta verba *rebitere*, *perbitere*, *praeterbitere*, hoc eſt, redire, perire, praeterire. 4 Ut uſque ad hoc tempus feci. 5 *Quod recte conducat in tuam rem*, hoc eſt, quod recte faciat in tuas utilitates. 6 Benevolum, amicum meum. Uſitata vox Plauto, ut & Terentio. 7 Subaudi, dicito. 8 Hegioni. 9 Ideſt, qui ſemper multo me honore affecit, & afficit. 10 Intelligitur, etiamſi nihil dicas 11 Vulgo: *egli è tempo perſo.* Quaſi dicat; memorem mones: qui autem memorem monet, moratur eum, quem monet; & tempus fruſtra conterit. 12 Filium Hegionis. 13 *Vicem noſtrum amborum*; pro nobis ambobus 14 Sententia eſt. Illud eſt utrique valde utile, id agere, quam citiſſime poteris. Boxhornius legendum putat, *poterit*, ſcilicet pater quamprimum poterit, remittat, id maxime utrique eſt utile.

Ph. *Non tuum tu magis videre, quam ille ſuum gnatum cupit.*
Heg. *Meus mihi, ſuus cuique eſt carus.* Ph. *numquid aliud vis patri*
Nuntiari? Tynd. *me hic valere, & tute audacter dicito,*
Tyndare, 1 inter nos fuiſſe 2 ingenio haud diſcordabili:
Neque te 3 commeruiſſe culpam, neque me 4 advorſatum tibi.
5 Beneque hero geſſiſſe morem 6 in tantis aerumnis tamen.
Neque 7 med umquam deſeruiſſe te, neque factis, neque fide,
8 Rebus in dubiis, egenis. haec pater quando ſciet,
Tyndare, ut fueris 9 animatus erga ſuum gnatum atque ſe,
Numquam erit tam avarus, quin te gratus 10 emittat manu:
Et mea opera, ſi hinc 11 rebito, faciam, ut faciat facilius.
Nam tua opera & comitate & virtute & ſapientia
Feciſti, ut redire liceat ad parentes denuo,
Cum apud hunc confeſſus es & genus & divitias meas.
Quo pacto 12 emiſti e vinclis tuum herum, tua ſapientia.
Ph. *Feci ego iſta ut commemoras: & te meminiſſe id gratum eſt mihi.*
Merito tibi ea 13 evenerunt a me. nam nunc, Philocrates,
Si ego item memorem, quae 14 me erga multa 15 feciſti bene,
Nox diem adimat. nam 16 ſi ſervus meus eſſes, nihilo ſecius
Mihi 17 obſequioſus ſemper fuiſti. Heg. *18 di voſtram fidem,*
Hominum ingenium liberale! ut lacrumas 19 excutiunt mihi!
20 Videas corde amare inter ſe. quantis laudibus ſuum herum
Servus collaudavit! Ph. *21 iſtic pol haud me centeſimam*
Partem laudat, quam ipſe meritus eſt, 22 ut laudetur laudibus.
Heg. *23 Ergo cum optume feciſti, nunc adeſt occaſio*

Be-

1 Inter me, & te. 2 Animo haud diſcordi. 3 Ideſt, commiſiſſe. 4 Adverſatum fuiſſe tibi. 5 Nempe, te bene morem geſſiſſe, obtemperaſſe mihi tuo hero. 6 Quamvis conſtituto in tantis aerumnis. 7 *Med*, idem ac me. 8 *In rebus dubiis, egenis*, hoc eſt, in fortunae ambiguitate, inconſtantia, atque in egeſtate. 9 *Ut fueris animatus*, quam bono animo fueris affectus. 10 Manumittat, liberum faciat. 11 Vide animadverſiones ſupra verſ. 20 12 Pro emiſiſti Lambinus legit, *Quo facto exemiſti*. 13 Ideſt, merito tibi haec a me facta ſunt. 14 *Med erga*, pro erga me. 15 Multa beneficia, quae erga me feciſti. Pontanus legit, *feciſti bona*. 16 Ac ſi. 17 Obſequens, morigerus. 18 Exclamatio admirantis eſt. Dii obſecro veſtram fidem, per veſtram fidem, quam ingenuus eſt hominum animus! 19 Exprimunt. 20 Vulgo: *Vedete come cordialmente s' amano fra di loro*. 21 Ipſe Tyndarus. 22 Ut a me cumuletur laudibus. 23 Ergo quoniam ſemper recte feciſti, bene te geſſiſti.

Benefacta 1 *cumulare, ut erga hunc rem geras fideliter.*
Ph. 2 *Magis non factum poſſum velle, quam opera experiar perſequi:*
Id ut ſcias, Jovem ſupremum teſtem 3 *laudo, Hegio,*
Me infidelem non futurum Philocrati. Heg. *probus es homo.*
Ph. 4 *Nec me ſecus unquam ei facturum quidquam, quam memet mihi.*
Tyn. *Iſtaec dicta te experiri & operis & factis volo.*
5 *Et quo minus dixi, quam volui de te, animum advortas volo.*
Atque 6 *horunc verborum cauſſa caveto mihi iratus* 7 *fuas.*
Sed tu quaeſo, cogitato, hinc 8 *mea fide mitti domum*
Te aeſtimatum, & meam eſſe vitam hic pro te poſitam pignori.
Ne tu me 9 *ignores, cum* 10 *extemplo meo e conſpectu abſceſſeris:*
Quom me ſervom in ſervitute pro te hic reliqueris;
11 *Tuque te pro libero eſſe ducas, pignus deſeras:*
12 *Neque des operam, pro me ut hujus reducem facias filium.*
Scito te hinc minis viginti aeſtimatum mittier:
Fac fidelis ſis fideli: cave fidem 13 *fluxam geras.*
Nam pater, ſcio, faciet, quae illum facere oportet, omnia.
Serva in perpetuum tibi amicum me, atque hunc inventum 14 *inveni.*

Haec

1 Cumulandorum meritorum. 2 Ordo eſt: *non magis poſſum velle factum*, id eſt: non magis poſſum cupere id effectum reddere, quod dico, *quam opera experiar perſequi*, id eſt, quam re enitar, ut fiat. 3 *Laudare ſignificat priſca lingua nominare appellareque.* Nonius. 4 Italice: *E che io farò per lui, come ſe aveſſi a fare per me ſteſſo.* 5 Et volo animadvertas, quod de te minus dixi, te minus laudavi, quam volui. *Quo* accipitur etiam pro *quod*, *quoniam*. Cic. 5. Verr. *Non quo quicquam metueret, aut ſuſpicaretur.* 6 Horum verborum, quibus nempe minus quam volui te laudavi. 7 Id eſt, ſis, fueris. 8 Me ſponſore. 9 Aſperneris, & negligas quaſi ignotum. 10 Cum extemplo, ſimul atque 11 Ne tu te pro libero geras, qui liber non es, & me, qui pro te pignori oppoſitus ſum, deſeras. 12 Ne ita me negligas, ut non des operam, non enitaris. 13 Inſtabilem. 14 Lambinus interpretatur: invenito, & parato tibi Hegionem amicum jam paratum, & quaeſitum ſi officium tuum facies. Longe melius, niſi fallor, Piſtoris, qui illud *inventum inveni* intelligit de filio Hegionis: qui eatenus quidem inventus erat, quatenus ſciebat Pater ubi ſerviret, ſed nondum receperat. Quaſi dicat: inveni eum, qui ex parte jam inventus eſt.

Digitized by Google

Haec 1 *per dexteram tuam*, *te dextera retinens manu*,
Obſecro, *infidelior mihi ne fuas*, *quam ego ſum tibi*.
Tu 2 *hoc age*. *tu mihi herus nunc es*, *tu patronus*, *tu pater*:
Tibi commendo ſpes opeſque meas. Ph. *mandaviſti ſatis*.
3 *Satin' habes*, *mandata quae ſunt*, 4 *facta ſi refero?* Tyn. *ſatis*.
Ph. 5 *Et tua*, *& tua huc ornatus reveniam ex ſententia*.
Numquid 6 *aliud?* Tyn. *ut*, *quamprimum poſſis*, *redeas*. Ph. *res monet*.
Heg. *Sequere me*, *viaticum ut dem hinc a trapexita tibi*:
Eadem 7 *opera a Praetore ſumam* 8 *ſyngraphum*. Tyn. *quem ſyngraphum?*
Heg. *Quem hic ferat ſecum ad legionem*, *hinc ire huic ut liceat domum*.
9 *Tu intro abi*. Tyn. *bene ambulato*. Ph. *bene vale*. Heg. *aedepol rem meam*
10 *Conſtabilivi*, *cum illos emi de praeda a Quaeſtoribus*.
Expedivi ex ſervitute filium, *ſi* 11 *dis placet*.
At etiam 12 *dubitavi hos homines emerem*, *an non emerem*, *diu*.
Servate 13 *iſtum* 14 *ſultis intus*, *ſervi*: *ne quoquam pedem*
Efferat ſine cuſtode. *ego* 15 *apparebo domi*.
Ad fratrem modo captivos alios inviſo meos.
16 *Eadem percontabor*, 17 *ecquis hunc adoleſcentem noverit*.
Sequere tu, *te ut* 18 *amittam*, *ei rei primum* 19 *praevorti volo*.

ACT.

1 Pacta, quae veteres rata eſſe volebant, per dexterarum conjunctionem ſtabiliebant in ſignum fidei. 2 Quaſi dicat: erecto & intento animo in eam curam unice incumbe: nec perfunctorie. aut oſcitanter age, quod agis. 3 Eſt ne tibi ſatis. 4 Si exequar, ſi perficiam. 5 Revertar inſtructus ex tua ſententia, Philocrates, & ex tua, Hegio, nempe reducens Philopolemum. 6 Subaudi. vis. 7 Eodem tempore. 8 Diploma, per quod liceat Pſeudotyndaro, belli tempore, ire in Elidem, *paſſaporto*, *ſalvocondotto*. 9 Haec dicit Pſeudotyndaro. 10 Id eſt, meis rebus recte conſului 11 Si dii approbant, diis volentibus: interdum ironice uſurpatur. 12 Quaſi dicat: ſtultus fui, qui dubitavi; nullo enim pacto dubitare debui, hos captivos emerem, an non emerem. 13 Pſeudophilocratem. 14 Si vultis. 15 Comparebo domi, praeſto ero. 16 Subaudi opera, eodem tempore. 17 Quis ex illis captivis noverit hunc adoleſcentem Philocratem. 18 Abſolvam, expediam, dimittam. 19 Conſulere, operam dare.

ACTVS TERTIVS

SCENA I.

Ergaſilus paraſitus vicem ſuam, & labentis in pejus ſaeculi mores deplorat, quod multo infrequentius ad coenam invitatur: quod nihili habeantur dicta illa faceta, per quae eſſe ſolebat aditus ad omnes coenas expeditus.

Ergaſilus.

Miſer homo eſt qui ipſe ſibi quod 1 edit quaerit, & id 2 aegre invenit:
Sed ille eſt miſerior qui & aegre quaerit, & nihil invenit:
Ille miſerrimus eſt qui cum 3 eſſe cupit, quod edit non habet.
Nam, hercle, ego huic diei, ſi liceat, 4 oculos effodiam libens;
Ita 5 malignitate oneravit omnes mortales mihi.
Neque 6 jejunioſiorem, neque magis 7 effertum fame
Vidi: 8 nec cui minus procedat, quidquid facere occoeperit.
Itaque venter gutturque 9 reſident 10 eſuriales ferias.
11 Ilicet paraſiticae arti maximam in malam crucem.
Ita juventus jam 12 ridiculos inopeſque ab ſe ſegregat.
Nihil 13 morantur jam 14 Laconas 15 imi ſubſellii viros,
Pla-

1 Pro edat: ab *edim*. 2 Difficile. 3 Edere. 4 Lucem eripiam: tranſlatum eſt. 5 Id eſt: ita omnes homines reddidit in me illiberales, & malignos. 6 Hominem me magis jejunioſum. Vocabulum riſus gratia uſurpatum. 7 Plenum, diſtentum. Vt Plautus in Comoedia, quae *Aulularia* inſcribitur, cum totas aedes inanes ſignificare vult, ait *plenas eſſe inanitate*; ita hic hominem a cibo inanem denotans, ridicule *fame effertum* dicit. 8 Nec cui minus ſuccedat, minus bene cadat. Alii legunt, *qui*, pro quo. 9 *Reſident* active poſitum, eſt autem, ſedendo agitant. Allegoria eſt deſumpta ab otio, quod in feriis, ac feſtis diebus habebatur. Quaſi dicat: itaque venter, & guttur agitant ferias, quae eſuritioni ſunt dicatae; quod nihil aliud eſt, quam quieſcunt, & ceſſant ab edendo, & bibendo. 10 Vocabulum fictum ab *eſurire*. 11 Imperfecta oratio. In crucem ire jam licet arti noſtrae. *Camerarius*. Quaſi dicat: valeat ars noſtra. 12 Ridicularios, qui riſum commovent. 13 Subaudi homines, vel juvenes. 14 Alludit ad morem Laconicorum, qui pueros, & adoleſcentes crebro, & publice verberibus concidebant, ut eos ad patientiam indurarent. *Laconas* appellat paraſitos, id eſt, ad omne contumeliarum genus factos homines. 15 *Viri imi ſubſellii* ſunt, qui ſedent in imis ſubſelliis, non primis, cujuſmodi erant pa-

1 Plagipatidas: quibus ſunt 2 verba ſine penu & pecunia.
Eos 3 requirunt qui, libenter cum ederint, 4 reddant domi:
Ipſi 5 obſonant, quae Paraſitorum ante erat 6 provincia.
Ipſi de foro tam 7 aperto capite ad lenones eunt,
8 Quam in tribu aperto capite ſontes condemnant reos.
Neque 9 ridiculos jam 10 teruncii faciunt. ſeſe omnes amant.
Nam ut dudum hinc abii, acceſſi ad adoleſcentes in foro:
Salvete, inquam: quo imus una, inquam, ad prandium? atque illi tacent.
11 Quis ait? hoc. aut, quis 12 profitetur? inquam. quaſi muti ſilent:
Neque me 13 rident. Ubi coenamus? inquam. atque illi 14 abnuunt.
Dico unum ridiculum 15 dictum de dictis melioribus,
Quibus ſolebam 16 menſtruales epulas ante 17 adipiſcier.
Nemo ridet. 18 ſcivi extemplo rem de 19 compacto 20 geri.
21 Ne canem quidem irritatam voluit quiſquam imitarier.

paraſiti, qui in ultima ſubſellia, imoſque accumbentium menſae lectos ſubmovebantur per contemptum. *Viri imi ſubſellii* dicuntur etiam homines in ordine ſuo omnium minime ſpectati.
1 Qui plagas ultro patiuntur: Plautus ita appellat Lacones, quod verbera, convicia, ac flagella paterentur. 2 Proverbium quo ſignificatur, paraſitis nihil aliud eſſe quam verba. 3 Juvenes eſum vocant illos, qui &c. 4 Reddant aliam coenam domi, ſeu revocent eos, a quibus bene accepti ſunt. 5 Obſonium emunt. 6 Munus. 7 Id eſt, ſine pudore, confidenter. Alludit ad morem Veterum, qui in loca probroſa non niſi operto capite ingrediebantur. Interim dũ notat Paraſitus corruptos ſaeculi ſui mores queritur, quod jam omnia per ſe agant adoleſcentes, neglecta Paraſitorum opera.
8 Sententia eſt: noſtrorum temporum adoleſcentes tanta impudentia commeant de foro ad Lenones, quanta qui ſontes ſunt, multiſque noxis per ſe aſtricti, condemnant in tribu reos.
9 Paraſitos, qui riſum movent. 10 Id eſt tribus unciis. Teruncius nummus eſt perexiguus, qui inſtar proverbii uſurpatur ad res nullius, vel perexigui pretii deſignandas. Quaſi dicat; nihil faciunt eos, qui riſum excitant. 11 Id eſt, quis ex illis adoleſcentibus eſt qui dicat; eamus ad prandium *hoc*, ideſt, *huc*, vel ad me? 12 *Profiteri prandium* eſt promittere. Poſſumus etiam ſubintelligere, *quis profitetur ſe, aut nomen?* 13 Arrident mihi. 14 Nutu capitis ſignificant, ſe nuſquam coenatum ire. 15 Dicterium ſalſum, & facetum aliquod verbum. Vulgo, *motto*. 16 Loquitur de coenis, quas ſufficiebant promiſcue Romani ſingulis calendis. *Longolius*. Quae mihi in mentem ſatis eſſent. *Lambinus*. 17 Conſequi, obtinere. 18 Intellexi. 19 Ex compoſito. *D'accordo*. 20 *Rem geri*, id ab illis adoleſcentibus fieri. 21 *Quiſquam ne voluit quidem imitari canem irritatam*

Saltem, ſi non 1 *arriderent, dentes ut* 2 *reſtringerent.*
Abeo ab illis, poſtquam video me ſic ludificarier.
Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: 3 *una res.*
Omnes compacto rem agunt, *quaſi* 4 *in Velabro olearii.*
Nunc 5 *redeo inde, quoniam me ibi video ludificarier.*
Item alii Paraſiti fruſtra obambulabant in foro.
Nunc 6 *barbarica lege* 7 *certum eſt jus meum omne* 8 *perſequi.*
Qui concilium iniere, quo nos victu & vita prohibeant,
His 9 *diem dicam: irrogabo multam: ut mihi coenas decem*
Meo arbitratu dent, cum 10 *cara annona ſit. ſic egero.*
Nunc ibo ad portum hinc. eſt illic mihi una ſpes 11 *coenatica:*
Si ea 12 *decollabit, redibo huc* 13 *ad ſenem, ad coenam* 14 *aſperam*

SCENA II.

Hegio, nondum comperta fraude captivorum duorum, gratulatur ſibi, tum propter recte facti conſcientiam, tum vel maxime propter gratulationes omnium civium ſuorum. Narrat, ſe ab aliis captivis petiiſſe, utrum eſſet ali-

tam, id eſt dentes nudare, ut riſum ſimularent. Canis enim irritata, hoc eſt, cum irrit, quod proprie canum eſt cum ringi incipiunt, nudat dentes; quod optaret ſibi exhiberi ſaltem a juventute paraſitus. 1 Hoc eſt, ſi non mihi riſum moventi, riſu gratificarentur. 2 *Dentes reſtringerent*; id eſt, diductis labris dentes oſtenderent, riſuri habitum figurarent, leviter riderent. *Reſtringere* enim nonnunquam eſt aperire, & quod conſtrictum erat laxare. 3 Eſt eadem res, idem omnes faciunt. 4 Sicut ii, qui oleum vendunt, communi pacto, & pretio id vendunt. *Velabrum* locus Romae juxta Aventinum montem, ubi erant tabernae oleariorum.
5 inde etiam recedo. 6 Id eſt, Romana. Fingit enim Plautus in Graecia hanc exhiberi fabulam. Innuit autem eam legem, quae a Q. Vario lata eſt in eos, qui in Remp. conſpiraſſent, conſilio inito, quo populum Rom. vita, & victu prohiberent. Dicit Ergaſilus juvenes hujus ſceleris eſſe reos, utpote qui in paraſitorum victum & vitam, quaſi ex compoſito, & conſilio inito conſpirarint. 7 Statui. 8 *Perſequi ſuum jus* eſt, exigere quod ſibi debetur. 9 Vocabo in jus.
10 Quando annona erit cara. 11 Id eſt coenandi. 12 Effluet, & quaſi de collo cadet, fallet, deficiet. Tradit Lambinus quosdam putare tranſlatum a liquoribus, & ſcribere *deculabit*, quod eſt *delicuerit, defluxerit, effluxerit*, quorum opinionem multis comprobavit Gronovius ad Livii lib. 27. cap. 17. 13 Hegionem. 14 Vide ſupra Act. 1. ſc. 2. ver. 85.

aliquis, qui Philocratem noſſet, atque prodiiſſe Ariſtophontem, qui profiteretur ſe eſſe ejus & civem, & ſodalem, & amicum ſingularem. Inde Ariſtophonti jubet, ut una ad Philocratem veniat.

Hegio.

Quid eſt ſuavius, quam bene 1 rem gerere 2 bono publico? ſicut ego feci heri,
Cum emi hoſce homines. 3 ubi quiſque vident, 4 eunt obviam,
Gratulanturque 5 eam rem. ita me miſerum 6 reſtitando,
Retinendoque laſſum reddiderunt.
Vix ex gratulando 7 miſer jam 8 eminebam;
Tandem abii ad Praetorem: ibi vix requievi: rogo 9 ſyngraphum:
Datur mihi: illico dedi 10 Tyndaro. ille abiit domum.
Inde illico revortor domum. poſtquam id actum eſt, eo:
Protinus ad fratrem inde abii, mei ubi ſunt alii captivi.
Rogo, Philocratem ex Alide ecquis omnium noverit?
Tandem 11 hic exclamat, eum ſibi eſſe ſodalem. dico eſſe eum
Apud me. hic extemplo orat obſecratque, eum ſibi ut liceat
Videre. juſſi illico 12 hunc exſolvi. Nunc 13 tu ſequere me,
Ut quod me oraviſti, impetres, 14 eum hominem ut convenias.

SCENA III.

Tyndarus Ariſtophontis conſpectum vehementer reformidat. Veretur ne ab eo, cui tum Philocrates, tum ipſe Tyndarus notus eſt, fraus omnis detegatur; ſeſe ad novas artes accingit.

Tyndarus.

Nunc 15 illud eſt, cum me 16 fuiſſe, quam eſſe, 17 nimio mavelim:

Nunc

1 Rem ſuam. 2 In bonum publicum. Hoc eo dicit, quia audierat, Philocratem ſummo loco natum, & iccirco non ſolum ſua, ſed etiam Reip. intereſſe eum ſuis reddi. 3 Statim atque omnes me vident. 4 Veniunt. 5 Id eſt, me bene rem geſſiſſe. 6 Dum ipſi crebro conſiſtunt. 7 Miſerum ſe vocat, quod complexu, & gratulatione amicorum retentus ac detentus ſit. 8 Ex gratulantium concurſu pene obrutus vix videri poteram. 9 Vide ſupra Act. 2. ſc. 3. verſ. 90 10 Philocrati, quem Tyndarum eſſe putabat. 11 Ariſtophontes unus ex captivis, qui erant apud Hegionis fratrem. 12 Ariſtophontem. 13 Haec jubet Ariſtophonti, non Tyndaro, ut perperam Operarius. Omnis enim ratio, & quae in proxima ſcena ſequuntur manifeſte ſuadent, nunquam Tyndarum optaviſſe Ariſtophontem videre. 14 Philocratem. 15 Illud tempus eſt, eo perveni. 16 Me eſſe mortuum, quam vivere. 17 Valde cupiam, malim.

Digitized by Google

Nunc ſpes, opes, auxiliaque a me ſegregant, 1 ſpernuntque ſe.
Hic ille eſt dies, cum nulla vitae meae ſalus ſperabilis eſt:
Neque 2 exilium exitio eſt; neque adeo ſpes, quae mihi hunc 3 aſpellat metum:
Nec mendaciis ſubdolis mihi uſquam 4 mantellum eſt meis.
Nec 5 ſycophantiis, nec 6 fucis ullum mantellum obviam eſt.
Neque 7 deprecatio perfidiis meis, nec malefactis 8 fuga eſt.
Nec 9 confidentiae uſquam 10 hoſpitium eſt, nec diverticulum dolis.
Operta quae fuere, aperta ſunt: patent 11 praeſtigiae.
Omnis res palam eſt; 12 neque de hac re negotium eſt, quin male
Occidam, oppetamque 13 peſtem, 14 heri vicem meamque.
Perdidit me Ariſtophontes hic, qui intro venit modo.
Is me novit: is ſodalis Philocrati & cognatus eſt.
Neque jam 15 Salus ſervare, ſi volt, me poteſt: 16 nec copia eſt;
Niſi ſi aliquam corde machinor aſtutiam.
17 Quam, malum! quid machiner? quid comminiſcar? maxumas

1 Separant ſe. A veteribus *ſperno* pro *ſeparo* uſurpatum, illud Ennii nos admonet: *Melius eſt Virtute jus: nam ſaepe Virtutem mali,, Nanciſcuntur: jus atque aequum ſe a malis ſpernit procul.* 2 Quaſi dicat: neque ullus locus eſt, quo profugiens poſſim exitium declinare. Paullo poſt *fugam* dixit, quod hic *exilium*. *Lambinus*. Ego legebam, *auxilium exitio eſt*. Quaſi; nullum praeſto eſt auxilium quo minus in exitium ruam. *Diſſaldaeus*. Dicit Tyndarus; praeſentiſſimũ certiſſimumque exitium ſe ubique locorum manere; cupere ſe illud quaſi in exilium mittere, in ultimas terras deportare, & procul a ſe amandare; ſed non poſſe, adeoque haud dubie ſibi eſſe pereundum. *Boxhornius*. 3 Removeat, depellat. Neque adeo ſpes eſt, quae a me hunc metum depellat. 4 Operimentum. *Mantellum* genus pallii, aut velamenti eſt, Dictum Metaphorice pro quovis tegmine, ſeu praetextu ad occultandos dolos. 5 Aſtutiis. 6 Fraudibus. 7 Eleganter Cicero deprecationem definit lib. 2 Invent. cap. 34. *Deprecatio eſt, in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur.* 8 Id eſt; nec male facta mea poſſunt effugere, quin deprehendantur. 9 Audaciae. 10 Perfugium. 11 Fraudes, impoſturae. 12 Sententia eſt; neque quidquam eſt, quod impediat, quominus diſpeream male. 13 Mortem. 14 Pro meo hero, & pro me. 15 Hyperbole eſt, qua innuit ita ſpes omnes fortunaſque ſuas dejectas, ac everſas eſſe, ut fruſtra ſalus ipſa praeſidio ſit. Eadem eſt Terentii ſententia Adelph. 4. 7. *Ipſa ſi cupiat ſalus, ſervare prorſus non poteſt hanc familiam.* 16 Nec mihi facultas eſt. niſi ſi &c. 17 Quam aſtutiam excogitem, malum! *Malum* hoc loco interjectio eſt impatientis animi.

Nugas ineptiasque 1 incipiſſo. 2 haereo.

SCENA IV.

Tyndarus, ut impendentem ſibi ab Ariſtophonte peſtem deprecetur, admonet Hegionem, Ariſtophontem vecordia identidem laborare. Credit primum Hegio Tyndaro: ſed tandem Tyndaro ab Ariſtophonte convicto, ſe fraude circumventum ſenex animadvertit. Itaque mandat Lorariis, ut Tyndarum catenis onuſtum in carcerem conjiciant.

Hegio, Tyndarus, Ariſtophontes, Lorarii.

Quo illum nunc 3 hominem 4 proripuiſſe foras ſe dicam ex aedibus?

Tynd. *Nunc enim vero ego occidi: 5 eunt ad te hoſtes, Tyndare. quid loquar?*
Quid fabulabor? quid negabo, aut quid fatebor? mihi
Res omnis in incerto ſita eſt. 6 quid rebus confidam meis?
Utinam te di prius 7 perderent, quam 8 periiſti e patria tua,
Ariſtophontes, qui 9 ex parata re imparatam omnem facis.
10 Occiſa eſt haec res, niſi reperio 11 atrocem mihi aliquam aſtutiam.

Heg. *Sequere. hem tibi hominem. adi, atque alloquere.*

Tynd. *Quis homo eſt me hominum miſerior?*

Ariſt. *12 Quid iſtuc eſt, quod meos te dicam fugitare oculos, Tyndare?*
Proque ignoto me 13 aſpernari, quaſi me nunquam noveris?
Equidem tam ſum ſervus, quam tu: etſi ego domi liber fui,

Tu

1 **Incipio**, exordior. 2 Anceps ſum, quid comminiſcar ignoro 3 Tyndarum, quem tamen Hegio Philocratem putat. 4 *Proripuiſſe foras*, id eſt, ſe ſubduxiſſe. Tyndarus Ariſtophontis aſpectum timens in abditiorem domus angulum confugit, quem Hegio quaerit, ac non ſtatim invenire miratur. 5 Veniunt. 6 Quid, vel quomodo credam meis rebus, meae ſorti? 7 Pro perdidiſſent 8 Antequam perderes patriam tuam Id eſt, utinam prius vitam perdidiſſes quam patriam, & in hoſtium non manus, ſed gladios potius incidiſſes. Apud Juriſconſultos ii *periiſſe patriae* dicuntur, qui ab hoſtibus capti, vel exules ſunt. 9 Qui ex re bene parata, inſtituta, confuſam facis; omnia compoſita conturbas. 10 Interiit, ac deſperata eſt haec res. 11 Audacem, & quae non ſit hominis timidi, ac imbecillis. 12 Quid eſt hoc, quod fugitas meos oculos, Tyndare? 13 Et quid eſt, quod me quaſi ignotum contemnis?

Tu uſque a puero ſervitutem ſerviviſti in Alide.

Heg. *Aedepol minime miror, ſi te fugitat, aut oculos tuos,*
Aut ſi te odit, qui iſtum appelles Tyndarum pro Philocrate.

Tyn. *Hegio, hic homo 1 rabioſus habitus eſt in Alide.*
2 Ne tu, quod iſtic fabuletur, auris immittas tuas.
Nam iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrem & patrem.
3 Et illic iſti, qui ſputatur, morbus interdum venit.
4 Proin' tu ab iſtoc procul recedas. Heg. *5 ultro iſtum a me.* Ariſt. *6 ain', 7 verbero,*
Me rabioſum? atque inſectatum eſſe haſtis meum memoras patrem?
Et eum morbum mihi eſſe, 8 ut qui me opus ſit 9 inſputarier?

Heg. *Ne verere: multos iſte morbus homines 10 macerat,*
Quibus inſputari ſaluti fuit. Tynd. *atque Aliis 11 profuit.*

Ariſt. 12 *Quid tu autem, etiam 13 huic credis?* Heg. *quid ego credam huic?* Ariſt. 14 *inſanum eſſe me.*

Tyn. 15 *Viden' tu hunc, quam 16 inimico voltu intuetur?*
17 concedi optumum eſt.
Hegio, fit quod tibi ego dixi: 18 gliſcit rabies. cave tibi.

Heg. *Credidi eſſe inſanum extemplo, ubi te appellavit Tyndarum.*

Tynd. *Quin ſuum ipſe interdum ignorat nomen, neque ſcit qui ſiet.*

Heg. *At etiam te ſuum ſodalem eſſe ajebat.* Tyn. *haud vidi magis.*

1 Phreneticus. 2 Ne in aures tuas immittas. Vulgo: *Non dar retta a quelch'egli dice.* 3 Ordo eſt: Et iſti interdum venit ille morbus, qui ſputatur. Morbus iſte qui ſputatur Comitialis eſt, ſive Herculeus, ita dictus vel quod ſaliva curaretur, vel etiam quod veteres cum illum nominabant, ad avertendam a ſeſe morbi perniciem, atque omen, deſpuebant. 4 Proinde. 5 Ideſt, procul a me abſit. 6 Dicis ne. 7 Verberibus digne. 8 MSS. nonnulli non habent, *ut*. *Qui*, hoc eſt, cujus cauſſa. 9 Inſputari, inſpui. Veteres enim putabant, eos qui comitiali morbo laborarent, ſi ter inſpuerentur, levari, eumque ipſum, qui inſpueret, hujuſmodi morbi omen a ſe avertere. 10 Vexat, affligit. 11 Quaſi dicat: bene loqueris, & verum eſt, quod ſputo curentur homines, qui comitiali morbo laborant; nam & aeque apud nos in Elide idem eſt eidem morbo remedium. 12 Ad Hegionem converſus. 13 Huic Tyndaro. 14 Credis me eſſe inſanum. 15 Hegio, videſne Ariſtophontem? 16 Torvo, irato. 17 Cedere, abſiſtere. 18 Augeſcit, igneſcit.

Et quidem 1 *Alcmaeo, atque Oreſtes, & Lycurgus poſtea*
2 *Una opera mihi ſunt ſodales, qua iſte.* Ariſt. *at etiam, furcifer,*
Male 3 *mihi loqui audes? non ego te novi?* Heg. *pol planum id quidem eſt*
Non noviſſe, qui iſtuc appelles Tyndarum pro Philocrate.
Quem vides, eum ignoras: illum nominas, quem non vides.
Ariſt. *Immo iſte eum ſeſe ait, qui non eſt, eſſe: & qui* 4 *vero eſt, negat.*
Tyn. *Tu enim repertus, Philocratem qui ſuperes* 5 *veriverbio!*
Ariſt. *Pol, ego* 6 *ut rem video, tu inventus,* 7 *vera vanitudine*
Qui convincas. ſed quaeſo, hercle, agedum aſpice ad me. Tyn. *hem!* Ariſt. *dic modo,*
Te negas Tyndarum eſſe? Tynd. *nego, inquam.* Ariſt. *tun' te Philocratem eſſe ais?*
Tyn. *Ego, inquam.* Ariſt. 8 *tune huic credis?* Heg. *plus quidem, quam tibi, aut mihi.*
9 *Nam ille quidem, quem tu hunc memoras eſſe, hodie hinc abiit Alidem*
Ad patrem hujus. Ariſt. 10 *quem patrem, qui ſervus eſt?* Tyn. *& tu quidem*
Servus & liber fuiſti, & ego me confido 11 *fore,*
12 *Si hujus huc* 13 *reconciliaſſo in libertatem filium.*
Ariſt. *Quid ais furcifer? tun' te gnatum memoras liberum?*
Tyn. 14 *Non equidem me liberum, ſed Philocratem eſſe ajo.* Ariſt. *quid eſt?*

Ut

1 Tres furioſos inſignes commemorat, quos eodem modo ſibi dicit ſodales eſſe, atque iſtum. *Alcmaeon* Amphiarai, & Eriphiles filius in patris ultionem, quem illa dolo occiderat, matrem interemit. *Oreſtes* Agamemnonis & Clytemneſtrae filius matrem necavit. *Lycurgus* Thraciae Rex, quia vitibus exciſis in Thracia Baccum offenderat, in furorem actus eſt. 2 Eodem modo. 3 De me. 4 *Vero* pro *vere* frequens Plauto. 5 Vero ſermone. Sententia eſt: tu enim inventus es, qui Philocratem ſuperes ſinceritate verborum. 6 *Ut rem video*, id eſt, ut animadverto. 7 Id eſt, qui ea, quae vera ſunt, convincas vanitate, ac mendaciis tuis. 8 Tune, Hegio, huic credis? 9 Tyndarus. 10 Idem ſonat, atque ſi ſcriptum eſſet, *patrem non habet*: additur ratio, quia ſervus eſt. *Mercerus*. Hoc autem eo pertinet, quod jure civili nulla ſit ſervilis cognatio *Lambinus*. Quaſi dicat: quem patrem memoras, cum hic ſit ſervus? 11 Me fore liberum. 12 Hegionis. 13 Reconciliavero, in libertatem reduxero. 14 Jocus eſt in ambiguitate ſententiae; poteſt enim intelligi: non dico me eſſe liberum, ſed me eſſe Philocratem: &, non dico me, ſed Philocratem, eſſe liberum. Pontanus jocum captat in voce *Liberi*, quae Baccum etiam deſignat.

Ut ſceleſtus, Hegio, nunc is te 1 *ludos facit!*
Nam is eſt ſervus ipſe, neque praeter ſe umquam ei ſervus fuit.
Tynd. *Quia tute ipſe eges in patria, nec tibi,* 2 *qui vivas, domi eſt,*
Omnis inveniri 3 *ſimiles tibi vis.* 4 *non mirum facis.*
Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint atque invideant 5 *bonis.*
Ariſt. *Hegio, vide ſis, ne quid tu huic temere* 6 *inſiſtas credere.*
Atque, ut perſpicio, profecto jam 7 *aliquid pugnae edidit.*
Filium tuum quod redimere ſe ait, id neutiquam mihi placet.
Tyn. *Scio, te id nolle fieri: efficiam tamen ego id, ſi dì adjuvant.*
Illum reſtituam huic; hic autem in Alidem 8 *me meo patri.*
Propterea ad patrem hinc amiſi Tyndarum. Ariſt. 9 *quin tute is es:*
Neque praeter te in Alide ullus ſervus iſtoc nomine eſt.
Tynd. *Pergin' ſervom me* 10 *exprobrare eſſe, id quod vi hoſtili obtigit?*
Ariſt. *Enimvero jam nequeo contineri.* Tynd. 11 *heus! audin' quid ait? quin fugis?*
Jam illic hic nos 12 *inſectabit lapidibus, niſi illum jubes*
Comprehendi. Ariſt. *crucior.* Tynd. 13 *ardent oculi: fune opu' ſt, Hegio.*
Viden' tu illi maculari corpus totum maculis 14 *luridis?*
15 *Atra bilis agitat hominem.* Ariſt. *at pol te, ſi hic ſapiat ſenex,*
16 *Atra pix agitet apud carnificem, tuoque capiti* 17 *illuceat.*

1 Te, Hegio, ludificatur. 2 Nec tibi eſt domi quo, vel unde vivas. 3 *Similes tibi*, id eſt, ſeivos, & egentes. 4 Novum non eſt. 5 Id eſt, divitibus, & beatis Ita *bona* dicuntur opes. 6 Ne tu pergas credere. 7 *Aliquid pugnae edidit*, id eſt. aliquid jam machinatus eſt, fallaciam tibi futuram damnoſam inſtruxit.
8 Me reſtituet. 9 Quin tu ipſe es Tyndarus 10 Etſi pari jure habebantur ſervi bello capti, atque ii, qui vernae eſſent, hoc illis tamen quaſi miſeriae ſuae ſolatium, ac levamen erat, quod exprobrare ſervitutem non liceret: cum id ipſum minime honeſtum exiſtimarent. 11 Haec Hegioni dicit. 12 *Inſecto*, apud veteres, idem ac inſector.
13 Nam ut iratis, ita & inſanis ardere oculi ſolent. 14 Croceis, vel ſupra modum pallidis. Hic color hominum eſt furore percitorum. 15 Hujus humoris peccatum eſt *vecordia*. 16 Ludit in voce *atra*. Pice cruciabantur ſontes. & malefici, & de capite accendebatur. 17 Tuo capiti impoſita, atque accenſa illuceas.

Tynd. *Jam deliramenta loquitur:* 1 *larvae ſtimulant virum.*
Heg. *Hercle! quid ſi hunc comprehendi juſſerim?* Tyn. *ſapias magis.*
Ariſt. *Crucior, lapidem non habere me, ut illi maſtigiae*
Cerebrum excutiam, qui me inſanum verbis 2 *concinnat ſuis.*
Tyn. *Audin' lapidem quaeritare?* Ariſt. *ſolus te ſolum* 3 *volo,*
Hegio. Heg. *iſtinc loquere, ſi quid vis; procul tamem audiam.*
Tyn. *Namque aedepol* 4 *ſi adbites propius,* 5 *os denaſabit tibi*
Mordicus. Ariſt. *neque pol me inſanum, Hegio, eſſe* 6 *creduis,*
Neque fuiſſe umquam, neque eſſe morbum quem iſtic autumat.
Verum ſi quid metuis a me, jube me vinciri: 7 *volo,*
Dum iſtic itidem vinciatur. Tynd. *immo enimvero, Hegio,*
Iſtic, qui volt, vinciatur. Ariſt. *tace modo: ego te, Philocrates*
Falſe, faciam, ut verus hodie reperiare Tyndarus.
8 *Quid mi abnutas?* Tynd. *tibi ego abnuto? quid agat,* 9 *ſi abſis longius?*
Heg. 10 *Quid ais? quid ſi adeam* 11 *hunc inſanum?* Tynd. 12 *nugas ludificabitur.*
13 *Garriet* 14 *quod neque pes umquam, neque caput compareat.*
15 *Ornamenta abſunt; Ajacem, hunc cum vides, ipſum vides.*
Heg. *Nihili facio, tamen adibo.* Tynd. 16 *nunc ego omnino occidi.*
Nunc ego 17 *inter ſacrum ſaxumque ſto; nec, quid faciam, ſcio.*

Heg.

1 Furiae, Lemures, mali Daemones. Ab his furioſi terreri dicebantur. 2 Facit. 3 Subaudi, alloqui. 4 Accedes. Vide animadverſiones ſupra Act 2. Sc 3. verſ. 20. 5 Mordendo naſum tibi ex ore auferet. 6 Credas. 7 Quaſi dicat: volo, hac tamen conditione, ut Tyndarus ſimiliter vinciatur. 8 Quid mihi abnuis? Tyndarus timens ne, ſi ſolus Ariſtophontes cum ſolo Hegione loquatur, omnes fallaciae detegantur, oculis ac vultu, Hegione non vidente, Ariſtophonti innuit, eumque deprecatur, ut ſileat, quod tamen poſtea, metu Hegionis, ſe feciſſe negat. 9 Si, Hegio, abſis longius, neque me videas utrum abnutem, nec ne? 10 Haec Tyndaro dicit Hegió, quaſi dicat: quid dicis me nunc facere? quod mihi conſilium das? 11 Ut ea, nempe, quae dicere voluerit, audiam. 12 Ideſt, nugator. *Nugas* pro *nugax* a veteribus dictum affirmant Grammatici. Malim tamen cum Acidalio ſubintelligi *egeris*. 13 Inepte loquetur. 14 Proverbium eſt, quod ſignificat; ea dicet, in quibus nec principium, nec finis appareat. 15 Deſunt huic Ajacis ornamenta, veſtes, atque arma; ceterum, cum hunc vides, Ajacem ipſum vides; nam inſtar Ajacis furit. 16 Haec ſecum Tyndarus. 17 Proverbium, a foederum ineundorum coeremoniis. In ſanciendis enim foederibus por-

Digitized by Google

Heg. *Do tibi operam, Ariſtophontes, ſi quid eſt, quod* 1 *me velis.*

Ariſt. *Ex me* 2 *audibis vera, quae nunc falſa opinare, Hegio.*
Sed hoc primum me 3 *expurgare tibi volo, me inſaniam*
Neque tenere, neque mi eſſe ullum morbum, niſi quod ſervio.
At ita me rex deorum atque hominum 4 *faxit patriae compotem,*
Ut iſtic Philocrates non magis eſt, quam aut ego, aut tu.
Heg. *ebo dic mihi,*
Quis illic igitur eſt? Ariſt. *quem dudum dixi a principio tibi.*
Hoc ſi ſecus reperies, 5 *nullam cauſſam dico, quin mihi*
Et parentum & libertatis apud te 6 *deliquio ſiet.*
Heg. *Quid tu ais?* Tynd. *me tuum eſſe ſervom, & te meum herum.* Heg. *haud iſtuc rogo.* (*agit.*
Fuiſtin' liber? Tynd. 7 *fui.* Ariſt. *enim vero non fuit:* 8 *nugas*
Tynd. *Qui tu ſcis? an tu fortaſſe fuiſti meae matri obſtetrix,*
Qui id tam audacter dicere audes? Ariſt. *puerum te vidi puer.*
Tynd. *At ego te video major majorem.* 9 *hem rurſum tibi!*
10 *Meam rem non cures, ſi recte facias. num ego curo tuam?*
Heg. *Fuitne huic pater* 11 *Theſaurochryſonicochryſides?*
Ariſt. *Non fuit. neque ego iſtuc nomen umquam audivi ante hunc diem.*
Philocrati Theodoromedes fuit pater. Tynd. 12 *pereo probe.*
13 *Quin quieſcis* 14 *dierectum cor meum! i, ac ſuſpende te.*
Tu

porca a ſacerdote ſaxo feriebatur. Qui igitur *inter ſacrum*, ideſt porcam, *ſaxumque ſtet*, neceſſe eſt feriri: Tale eſt proverbium illud: *Inter malleum, & incudem.* 1 Ideſt, velis me audire ex te. 2 *Audibis* pro audies frequens Plauto. 3 *Expurgare me tibi*, ideſt, malam de me tibi opinionem auferre, me tibi a Tyndari calumniis purgare. 4 Me patriae reſtituat. 5 Non recuſo. 6 *Deliquio deliquionis* idem ac deliquium. *Siet mihi deliquio*, ſit mihi defectus. Quaſi dicat; non recuſo quin tibi perpetuo ſerviam ſine ſpe redeundi aliquando ad parentes, & recuperandi libertatem. Alii legunt *deliquium.* 7 Verum dicit imprudens, eſt enim Hegionis filius. 8 Nugatur. 9 Quaſi dicat: hem, id tibi repono. 10 Vulgo: *non entrar ne' fatti miei, e farai bene.* 11 Vide animadverſiones ſupra Act. 2. Sc. 2. verſ. 35. 12 Secum haec dicit Tyndarus. 13 Quare non. 14 Dierectus eſt juxta veterum Grammaticorum opinionem, *ad crucem actus*, quaſi *ad diem erectus*. Quare *dierectum cor*, erit cor in crucem actum, vel cujus motus eſt erectus, & incitatus. Erudite tamen Salmaſius oſtendit vocis hujus originem, & ſignificationem non a Latinis, ſed a Graecis fontibus repetendam, ut *dierectum* veteres ſcripſerint pro *diarectum* a graeca voce διάῤῥηκτος *diſruptus*. Quaſi dicat: quare non quieſcis, o meum cor diſruptum! Huc referendum illud Virgilii; *rumpantur ut ilia Codro*: atque illud, *diſrumpor miſer.*

Tu 1 ſuſſultas, ego miſer vix 2 aſto prae formidine.
Heg. 3 *Satin' iſtuc mihi exquiſitum eſt fuiſſe hunc ſervum in Alide?*
Neque eſſe hunc Philocratem? Ariſt. *tam ſatis, quam numquam hoc invenies ſecus.*
Sed ubi 4 is nunc eſt? Heg. *ubi ego minime, atque ipſus ſe volt maxume.*
Tum igitur ego 5 deruncinatus, 6 deartuatus ſum miſer
Hujus ſceleſti 7 technis; qui me, ut lubitum eſt, 8 ductavit dolis. [*hoc tibi.*
9 *Sed vide ſis.* Ariſt. *quin exploratum dico, 10 & proviſum*
Heg. *Certon'?* Ariſt. *quin nihil, inquam, invenies magis hoc certo certius.*
Philocrates jam inde uſque amicus fuit mihi a puero puer.
Heg. *Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates?* Ariſt. *dicam tibi:*
Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris,
Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus. Heg. *convenit.*
Tynd. 11 *Ut quidem, hercle, in medium ego hodie peſſume proceſſerim.*
Vae illis virgis miſeris, quae hodie in tergo 12 morientur meo.
Heg. *Verba mihi data eſſe video.* Tyn. *quid ceſſatis, compedes,*
Currere ad me, meaque amplecti crura, ut vos 13 cuſtodiam?
Heg. *Satin' me illi hodie ſceleſti 14 capti ceperunt dolo?*
15 *Illic ſervum ſe aſſimulabat, hic ſeſe autem liberum.*
16 *Nucleum amiſi, reliquit 17 pigneri 18 putamina.*

Ita

1 Pro ſubſultas, ſubſilis. In maximo, ac vehementiſſimo metu cor ſalire, ac palpitare videtur. Itaque venuſte Tyndarus cor ſuum hic objurgat, quod in tanto periculo ſaltitet. 2 Conſiſto. 3 Satiſne certe compertum a me eſt?
4 Philocrates. 5 Diſſectus, ac veluti in fruſta conciſus. Vox eſt a *runcina*, quae ſerrae genus eſt, facta, nec inſcite, ſed vere Comica tranſlatione uſurpata.
6 Id eſt, per artus conciſus, membratim diſcerptus, vulgo, *dimembrato*. 7 Fraudibus, fallaciis
8 *Ductavit dolis* ideſt, circumvenit, mihi impoſuit. 9 *Sed vide* ſis ne hoc certum, & exquiſitum. 10 Quin tibi dico hoc exploratum, compertumque.
11 Ut quidem ego, per Herculem, venerim hodie in medium infauſte. 12 Elegans metaphora pro *frangentur*. 13 A contrario ſenſu; ut vos ſcilicet, me cuſtodiatis. 14 Captivi. 15 Ille Philocrates. 16 Allegoricum proverbium *Perdidi nucleum, relictum eſt in pignus putamen.* Significat: amiſi Philocratem dominum, ex quo aliquid utilitatis expectabam, atque ab eo relictus eſt Tyndarus ſervus, ex quo nihil emolumenti capere poſſum.
17 Vetus pro *pignori*, in pignus.
18 *Putamina non ſolum arborum ſunt,*

verum

Ita mihi ſtolido 1 *ſurſum vorſum* 2 *os ſublevere offuciis*.
3 *Hic quidem me numquam irridebit*. 4 *Colaphe*, *Cordalio*,
Corax, (*timur?*
Ite iſtinc, *atque efferte* 5 *lora*. Lor. *num* 6 *lignatum mit-*

SCENA V.

Tyndarus ſtrenue defendit factum ſuum, quod fuerit ſuo hero ſalutare. Demum Ariſtophontes animadvertit, Tyndarum pro amico ſuo ſummo & familiari Philocrate, caput objeciſſe periculo. Itaque etiam atque etiam ab Hegione contendit, ut lenius cum Tyndaro agatur. Sed Hegio nec conſtantia Tyndari, nec precibus Ariſtophontis permotus, ipſum Tyndarum mandat catenis onuſtum in lapicidinas conjici.

Hegio, Tyndarus, Ariſtophontes.

INjicite huic 7 *manicas* 8 *maſtigiae*.
Tynd. *Quid hoc eſt negotii? quid ego deliqui?* Heg. *rogas?*
Sator 9 *ſartorque ſcelerum*, *& meſſor maxume*.
Tynd. 10 *Non occatorem dicere* 11 *audebas prius?*
Nam ſemper 12 *occant prius*, *quam ſarriunt ruſtici*.

Heg-

verum omnium rerum purgamenta: nam quicquid ex quaque re projicitur, putamen appellatur. Nonius. 1 *Surſum vorſum*, in omnem partem. 2 *Os ſublevere offuciis*, proverbialis forma, quae ſignificat, me deceperunt fallaciis. *Os alicui ſublinere*, *ſeu oblinere*, eſt, arte quadam illudere, & decipere. Tractum cenſet Nonius a ridiculo quodam luſus genere, quo dormientibus, aut alioquin imprudentibus ora pingebantur. Hinc illud Virgilii Eclôg. 6. *Sanguineis frontem moris*, *& tempora pingit*. Lambinus tractum etiam cenſet a mulieribus, quae fucum faciunt, hoc eſt, quae ſe ipſas fuco linunt, ut rugas tegant, & amatores capiant: ut *fucum facere*, *& os ſublinere*, idem valeant. Hujuſmodi proverbium reſpondet Italico: *Mel'hanno ſonata*, *balordo che io ſono ſtato*. 3 Tyndarus. 4 Nomina ſunt Lorariorum. 5 Caſtigando Tyndaro. 6 Ad concidenda ligna. Senex caſtigando Tyndaro lora clamat: (nam ſervis puniendis lora poſcebantur) illi autem joco, quaſi ambigentes, ad lignationem referunt: nam & lignatum ituri ferebant ſecurim, & lora. 7 Manuum vincula. Italice, *manette*. Hegio hoc mandat Lorariis. 8 Vide animadverſiones in Act. 4. Sc. 3. Rud. 9 Artifex. Translatum a re ruſtica; ſartor enim non modo a *ſarciendo* ſed & a *ſarriendo* dictus. 10 Jocatur ex continuata allegoria. 11 *Non audebas dicere*, non dicebas. Alii legunt, *debebas*. 12 Vera ſententia; nam ruſtici prius grandiores terrae glebas contundunt, ut pulvere jacta ſemina contegantur, quod eſt *occare*, inde inutiles herbas inter ſegetem ſuccreſcentes ſarculo evellunt, quod *ſarrire* eſt.

Heg. *At ut 1 confidenter mihi contra aſtitit!*
Tynd. *Decet innocentem ſervom atque innoxium*
Confidentem eſſe, ſuum apud herum potiſſimum.
Heg. *Aſtringite iſti, 2 ſultis, vehementer manus.*
Tynd. *Tuus ſum, 3 tuas quidem vel praecidi jube.*
Sed quid negotii eſt, quamobrem ſuccenſes mihi?
Heg. *Quia me meamque rem, quod in te uno fuit,*
Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis
Delaceraviſti, 4 deartuaviſtique opes.
5 Confeciſti omnes res ac rationes meas.
Ita 6 mi exemiſti Philocratem fallaciis.
Illum eſſe ſervom credidi, te liberum.
Ita voſmet ajebatis, itaque nomina
Inter vos permutaſtis. Tynd. *fateor, omnia*
Facta eſſe ita, ut tu dicis, & fallaciis
Abiiſſe eum abs te, mea opera atque aſtutia:
An, obſecro hercle te, 7 id nunc ſuccenſes mihi?
Heg. *At cum cruciatu maxumo id factum eſt tuo.*
Tynd. 8 *Dum ne ob malefacta peream, parvi 9 aeſtimo.*
Si ego hic peribo, aſt 10 ille, ut dixit, non redit:
At erit mihi hoc factum mortuo 11 memorabile;
Meum herum 12 captum ex ſervitute, atque hoſtibus
Reducem feciſſe 13 liberum in patriam ad patrem,
Meumque 14 potius me caput periculo
Praeoptaviſſe, quam is periret, 15 ponere.
Heg. *Facito ergo ut 16 Acherunti 17 clueas gloria.*
Tynd. *Qui per virtutem 18 peritat, non 19 interit.*
Heg. *Quando ego te 20 exemplis excruciavero peſſumis,*
Atque

1 Audacter. 2 Si vultis. Dicendi forma imperantibus familiariſſima 3 Id eſt, manus Alii legunt, *tu has* 4 In articulos dilecuiſti. Vulgo *ſinembraſti*. Translate. 5 Perdidiſti. Cicero *patrimonium conficere*, dixit, pro perdere, conſumere. 6 Mihi ſubduxiſti. 7 Idcirco. 8 Dummodo non. 9 Cruciatus, mortemque ipſam 10 Philocrates. 11 Glorioſum. 12 Captivum. 13 Nempe, mea morte. 14 Πλεονασμὸς, nam *praeoptaviſſe*, quod ſequitur, ſignificat, potius optaviſſe. 15 Exponere. 16 Adverbium In Aherunte, hoc eſt apud Inferos. 17 Celebreris. Sententia eſt: tu ergo fac, ut laudibus apud Acherontem celebreris. 18 Perit. Alii legunt *perbitat*. 19 Ideſt, non ſeparatur prorſus a vivis, ſed in hominum fama remanet.
20 Poenis, quae exemplo ſint ceteris hominibus. Graves poene, quae poſſunt ceteris documento eſſe, exempla dicuntur.

Atque 1 *ob ſutelas tuas te morti miſero,*
Vel te 2 *interîſſe, vel perîſſe praedicent,*
Dum pereas, nihil 3 *interduo, dicant vivere.*
Tynd. *Pol ſi iſtuc* 4 *faxis, haud ſine poena feceris,*
Si 5 *ille huc redibit, ſicut confido affore.*
Ariſt. *Pro di immortales! nunc ego* 6 *teneo, nunc ſcio*
Quid ſit hoc negoti. meus ſodalis Philocrates
In libertate eſt ad patrem, in patria. bene eſt!
Nec eſt quiſquam mihi, 7 *aeque melius cui velim.*
Sed hoc mihi 8 *aegre eſt,* 9 *me huic dediſſe operam malam,*
Qui nunc propter me, meaque verba vinctus eſt.
Heg. 10 *Vetuin' te quidquam mihi hodie falſum proloqui?*
Tynd. *Vetuiſti.* Heg. *cur es auſus mentiri mihi?*
Tynd. *Quia vera* 11 *obeſſent illi, quoi operam* 12 *dabam:*
Nunc falſa proſunt. Heg. *at tibi oberunt.* Tynd. *optume eſt.*
At herum ſervavi, quem ſervatum gaudeo:
Cui me 13 *cuſtodem addiderat* 14 *herus major meus.*
Sed maléne id arbitrare factum? Heg. *peſſume.*
Tynd. *At ego ajo recte,* 15 *qui abs te ſeorſum ſentio.*
Nam cogitato, ſi quis hoc gnato tuo
Tuus ſervus faxit, qualem haberes gratiam?
16 *Emitteresne, necne, eum ſervom manu?*
Eſſetne apud te is ſervus acceptiſſumus?
Reſponde. Heg. *opinor.* Tynd. *cur ergo* 17 *iratus mihi es?*
Heg. *Quia* 18 *illi fuiſti, quam mihi, fidelior.*

Tynd.

1 Doloſas aſtutias, dolos aſtute conſutos; *ſuere* enim proverbiali metaphora ſignificat aliquid, quod alteri damnoſum ſit, ſtruere. 2 *Interire* eſt ex quacunque cauſſa occidere, & emori. *Perire*, caſu, vel infortunio, ut igne, fame, naufragio. Itaque *interire* generalius eſt, & majorem vim habet, quam *perire*, quod aliquando ſignificat evaneſcere, & extenuari, ſpe decidere. *Auſ. Popma*. *Perire* hic exponitur mori, ſed morte violenta. 3 *Nihil interdare*, eſt nihil curare, ſuſque deque facere. Alii legunt *interdico*. 4 Nempe, ſi me occideris. 5 Philocrates. 6 Id eſt, percipio. Haec ſecum Ariſtophontes. 7 Id eſt, quem habeam aeque carum. *Melius* comparativum pro abſoluto. 8 Acerbum, moleſtum. 9 Me huic Tyndaro damnum, calamitatemque attuliſſe. 10 Nonne vetui? vide ſupra Act. 2. Sc. 2. verſ. 14. 11 Pro obfuiſſent. 12 Philocrati, cui ſerviebam. 13 Id eſt. Paedagogum. Hor. 1. ſat 4. *Dum cuſtodis eges*. 14 *Herus major* hic eſt Theodoromedes Philocratis pater. 15 Qui diverſam a te opinionem habeo. 16 *Emitteresne manu*, manumitteresne, donaresne libertate? 17 Pont. legit *ingratus*. 18 Philocrati.

Tynd. *Quid? 1 tu una nocte poſtulaviſti & 2 die,*
3 Recens captum hominem, nuperum & 4 novitium,
Te 5 perdocere, ut melius conſulerem tibi,
Quam illi, quicum una a puero 6 aetatem exegeram?
Heg. *Ergo ab eo petito gratiam 7 iſtam. 8 ducite,*
Ubi ponderoſas, 9 craſſas capiat compedes:
Inde ibi porro in 10 latomias lapidarias.
Ibi quom alii 11 octonos lapides 12 effodint,
Niſi 13 cotidianus 14 ſeſquiopus confeceris,
15 Sexcentoplago nomen indetur tibi.
Ariſt. *Per deos atque homines ego te obteſtor, Hegio,*
Ne tu iſtunc hominem 16 perduis. Heg. *17 curabitur.*
Nam noctu 18 nervo vinctus cuſtodibitur,
19 Interdius ſub terra lapides eximet.
Diu ego hunc cruciabo, non uno 20 abſolvam die.
Ariſt. *21 Certumne eſt tibi iſtuc?* Heg. *22 non moriri certiu' ſt.*
Abducite iſtum actutum ad Hippolytum fabrum,
Jubete huic craſſas compedes 23 impingier.
Inde extra portam ad meum libertum Cordalum,
In lapicidinas facite deductus ſiet:
Atque hunc ita me velle, dicite, curarier,
24 Ne qui deterius huic ſit, quam quoi peſſume eſt.

Tynd.

1 Ordo eſt: tu poſtulaviſti te perdocere una nocte & die me hominem recens captum, nuperum, & novitium, ut melius conſulerem tibi, quam illi &c.
2 Ex quo ſum apud te.
3 Loco adverbii *recenter*. 4 Rudem, & miniſteriorum omnium ſervilium imperitum. 5 Id eſt, perſuadere. 6 Vitam traduxeram. 7 Ut te nimirum e vinculis eximat, ceteriſque cruciatibus, quibus modo plecteris, liberum praeſtet. 8 *Ducite*, Lorarii, Tyndarum. 9 Duplices, non ſingularias, 10 Lapicidinas, locum unde lapides exciduntur. Adjunxit *lapidarias*, nam *latomiae* carcerem quandoque ſignificant. 11 Octo. 12 Pro, effoderint. Edd. vett habent, *effodiunt*. 13 Loco adverbii, quotidie. Lipſius legit, *cottidiano*; frequens enim priſcis dicere, *Heſterno*, *Cottidiano*, *Anno*, *Horno*, *Poſtero*, adverbiorum in morem. 14 Ideſt, octonos & quaternos, ſeu duodecim lapides effoderis.
15 *Sexcentoplagus* eſt, qui ſexcentas plagas accipit. Sententia eſt: erit tibi nomen ſexcentoplago, quia ſexcentis plagis oneraberis.
16 Perdas. 17 Cura ſervandi ejus habebitur. Hegio obteſtationem Ariſtophontis eludit, alia ſignificatione accipiens illud *perduis*, ac ab Ariſtophonte fuerit acceptum. Huic perdere eſt occidere, illi autem amittere.
18 Vinculo, aut compede. 19 Idē apud veteres ac interdiu, per diem. 20 Id eſt, perimam.
21 Deliberatum, conſtitutum.
22 Non eſt certius mori, quam certum deliberatumque eſt hoc.
23 Imponi.
25 Ne qua re hic Tyndarus minus

Tynd. *Cur ego te invito me eſſe ſalvom poſtulem?*
Periculum vitae meae 1 *tuo ſtat periculo.*
Poſt mortem in morte nihil eſt, quod metuam, mali.
Etſi 2 *pervivo uſque ad ſummam aetatem, tamen*
Breve ſpatium eſt perferundi, quae 3 *minitas mihi.*
4 *Vale atque ſalve:* 5 *etſi aliter ut dicam, meres.*
Tu Ariſtophontes, de me ut meruiſti, ita vale;
Nam mihi propter te hoc obtigit. Heg. 6 *abducite.*
Tynd. *At unum hoc quaeſo, ſi huc* 7 *rebitet Philocrates,*
Ut mihi ejus facias conveniundi copiam.
Heg. *Periiſtis, niſi hunc jam e conſpectu abducitis.*
Tynd. 8 *Vis haec quidem hercle eſt, &* 9 *trahi & trudi ſimul.*
Heg. 10 *Illic eſt abductus recta in* 11 *phylacam, ut dignus eſt.*
Ego illis captivis aliis documentum dabo,
Ne tale quiſquam facinus incipere audeat.
12 *Quod abſque hoc eſſet, qui mihi hoc fecit palam,*
Uſque 13 *offrenatum ſuis me* 14 *ductarent dolis.*
Nunc certum eſt nulli poſt haec quidquam credere.
Satis ſum ſemel deceptus. ſperavi miſer
Ex ſervitute me exemiſſe filium.

Ea

nus male tractetur, quam qui peſſime. Eodem ergo plane modo cum eo agi vult, quo cum peſſimis. Alii dicerent; *ne qui melius huic ſit, quam cui peſſime eſt*. At Hegio, quia ne *melius*, mollius aliquid, mitiuſque ſignificat, maluit dicere *ne deterius*. 1 Servus cum damno, & periculo domini moritur, inquit Lambinus. 2 Diu vivo. 3 Prominitaris. 4 *Vale, atque ſalve*. Haec conjungebant veteres diſcedentes ab iis, quos nunquam viſuri eſſent. Quin ita *ſalvere, & valere* mortuos jubebant. Virg. 11. Aeneid. „ *Salve aeternum mihi maxime Palla „ Aeternumque vale*. 5 Tametſi mereris, ut loquar aliter. 6 Tyndarum abducite, Lorarii. 7 Redeat. 8 Veteres cum vehementius, & violentius, vel arctius tenebantur, pellebantur, trudebantur, exclamare ſolebant: *Haec vis eſt*. 9 Rapi, & impelli. 10 Ille Tyndarus 11 In carcerem, a graeco *ταμεῖον, cuſtodiam, carcerem*. 12 Id eſt, quod niſi hic eſſet, videlicet Ariſtophontes, qui mihi Tyndari, ac Philocratis fallacias detexit. Frequens haec eſt comicis dicendi ratio. Teren. Phorm. *Nam abſque eo eſſet*, id eſt, niſi ille eſſet „ *Recte ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiam*. Noſter Plautus in Fabula, quae inſcribitur Menaechmei Act 5. ſc. 7. verſ. 33. *Nam abſque ted eſſet*, hoc eſt, ſi tu non eſſes, *hodie nunquam ad ſolem occaſum viverem*. 13 Quaſi freno vinctum. *Offrenatus dicitur*, qui veluti freno ori injecto dolis devinctus, quolibet ductatur. 14 Id eſt, captivi alii. *Dolis ſuis me ductarent*. Italice, *mi rigirerebbero co' loro inganni*.

Ea ſpes elapſa eſt. perdidi unum 1 *filium*
Puerum quadrimum, quem mihi 2 *ſervos ſurpuit:*
Neque eum ſervom umquam repperi, neque filium.
3 *Major* 4 *potitus hoſtium eſt. quod hoc eſt ſcelus!*
Quaſi in 5 *orbitatem liberos produxerim.*
6 *Sequere hac: reducam te ubi fuiſti.* 7 *neminis*
Miſereri certum eſt, quia mei miſeret neminem.
Ariſt. 8 *Exauſpicavi ex vinclis. nunc intellego*
Redauſpicandum eſſe in catenas denuo.

ACTVS QVARTVS

SCENA I.

Ergaſilus reperto in portu Philopolemo ſuo, Philocrate, & Stalagmo tanta laetitia effertur, ut ne ejus quidem cauſſam proferre poſſit.

Ergaſilus.

Juppiter ſupreme, ſervas me, meaſque auges opes.
Maxumas 9 *opimitates* 10 *opiparaſque offers mihi.*
Laudem, lucrum, ludum, jocum, feſtivitatem, 11 *ferias,*
Pompam, penum, potationes, ſaturitatem, gaudium:
Nec quoiquam homini 12 *ſupplicare nunc certum eſt mihi,*
13 *Nam vel prodeſſe amico poſſum, vel inimicum perdere.*
Ita hic me amoenitate amoena amoenus 14 *oneravit dies.*
Si·

1 Paegnium, qui nunc Tyndarus eſt appellatus. 2 Stalagmus ſervus ſurripuit. 3 Filius major natu Philopolemus. 4 In manus hoſtium venit. 5 Ut iis orbus viverem. Sententia eſt: ſic mihi omnes liberi pereunt, quaſi eos produxerim, non ut liberis eſſem auctior, ſed ut orbus viverem. 6 Ad Ariſtophontem converſus. 7 Nullis captivis miſereri deliberatum mihi eſt. 8 Jocus ab auſpiciis tractus. *Exauſpicare* eſt auſpicium ſumere. *Redauſpicare*, repetere auſpicia, ſi priora male ceſſerint. Itaque dicit Ariſtophontes: hujus itineris malum auſpicium ex vinculis duxi, ſeu malo auſpicio huc veni, ideo nunc intelligo mihi denuo in vincula eſſe redeundum. 9 Abundantias, rerum omnium ubertates. 10 *Opiparum, magnarum opum apparatum.* Feſtus. 11 Otium, quod in feriis feſtiſque diebus habetur. 12 Nemini ſupplicare, ſubjici, vel a nemine pendere. 13 Ergaſilus per hyperbolem magnifice de ſua ſibi potentia pollicetur; nam potentis hominis eſt utrumque praeſtare. 14 Cumulavit. *Onerare* copiam non modo mali, ſed boni etiam ſignificat.

1 Sine ſacris haereditatem ſum 2 aptus 3 effertiſſumam.
Nunc ad ſenem curſum capeſſam hunc Hegionem, cui boni
Tantum affero, quantum ipſe a diis optat, atque etiam amplius.
Nunc res certa eſt, eodem pacto ut Comici ſervi ſolent,
4 Conjiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem ut audiat.
Speroque me ob hunc nuntium 5 aeternum adepturum cibum.

S C E N A II.

Nunciat Hegioni Ergaſilus Philocratis filii, & Stalagmi ſervi fugitivi adventum.

Hegio, Ergaſilus.

QUanto in pectore hanc rem meo magis voluto,
Tanto mihi aegritudo auctior eſt in animo.
6 Ad illum modum ſublitum os eſſe
Hodie mihi? neque id perſpicere quivi?
Quod cum 7 ſcibitur, per urbem irridebor.
Cum extemplo ad forum advenero, omnes loquentur.
Hic ille eſt ſenex 8 ductus, quoi verba data ſunt.
Sed Ergaſilus eſt ne hic, procul quem video?
9 Collecto quidem eſt pallio. quidnam acturu' ſt?
Erg. *Move abs te moram. atque, Ergaſile, 10 age hanc rem.*
11 Eminor 12 interminorque, ne quis mi obſtiterit obviam,

I Ni-

1 Sine ſumtu, ſine ulla incommoda appendice. Cuivis romanae familiae ſua *ſacra* erant, & ad quem tranſibat haereditas, tranſibant & ſacra, ex Lege XII. Tabb. *ſacra privata perpetua manento. Sacra* autem illa non fiebant ſine ſumtu, quare *ſine ſacris haereditatem adipiſci* eſt quod nos itali dicimus, *entrare in eredità ſenz' obblighi.* 2 Adeptus: ab *apiſcor.* 3 Copioſiſſimam, uberrimam. 4 Servi comici, ut ſe expeditos ad obeunda dominorum mandata oſtenderent, rejecto in humeros pallio in ſcena verſabantur; quod ſervorum comicorum more ſe facturum dicit Ergaſilus, ut citius Hegioni nuncium afferat. 5 Id eſt, perpetuum, ac prope inexhauſtum. 6 Id eſt, par eſt me hoc modo hodie illuſum eſſe? Vide adnot. ſupra Act. 3. ſc. 4 verſ. 123. 7 Pro ſcietur. 8 Deceptus *Duci* dicuntur, qui huc illuc circumducuntur ad alterius arbitrium. Vulgo, *menato pel' naſo.* Alii legunt *doctus.* 9 *Pallium collectum opponitur ſluido;* hoc otioſe deambulantium eſt; illud eorum, qui gnaviter, & celeriter aliquid acturi ſunt. *Colligere* dicuntur res ſuas, qui cupiunt eſſe expediti. *Boxhornius.* 10 Ad hanc rem animum, mentemque adhibe. 11 Palam minor, pro meo jure minitor. 12 Ingens malum denuncio.

Niſi qui ſat diu vixiſſe ſeſe homo arbitrabitur.
Nam qui obſtiterit, 1 *ore ſiſtet.* Heg. *hic homo* 2 *pugilatum incipit.*
Erg. *Facere certum eſt. proinde ut omnes itinera inſiſtant ſua,*
Ne quis in hac platea negotî conferat quidquam ſui.
Nam meus eſt 3 *balliſta pugnus, cubitus* 4 *catapulta eſt mihi,*
Humerus 5 *aries.* 6 *tum genu ad quemque jecero, ad terram dabo.*
7 *Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero.*
Heg. *Quae illaec eminatio eſt? nam nequeo mirari ſatis.*
Erg. *Faciam ut ejus diei locique, meique ſemper meminerit:*
Qui mihi in curſu obſtiterit, faxo vitae is extemplo obſtiterit ſuae.
Heg. *Quid hic homo tantum incipiſſit facere cum tantis minis?*
Erg. *Prius edico, ne quis propter culpam* 8 *capiatur ſuam.*
Continete vos domi, prohibete a vobis vim meam.
Heg. *Mira aedepol* 9 *ſunt, ni hic* 10 *in ventrem ſumſit confidentiam.*
Vae miſero illi, cujus cibo iſte factu' ſt 11 *impenſior.*
Erg. *Tum piſtores* 12 *ſcrophipaſci, qui alunt* 13 *furfuri ſues,*
Quarum odore praeterire nemo priſtinum poteſt:
Eorum ſi quojuſquam ſcropham in publico conſpexero,
Ex ipſis 14 *dominis, meis pugnis* 15 *exculcabo furfures.*

Heg.

1 Cadet in os a me pugnis caeſus. 2 Brachia jactat, quaſi pugilatu certaturus. 3 Machina bellica, qua lapides in hoſtes priſci jaculabantur. Ergaſilus pugnum, utpote rotundum, bene cum baliſtarum lapidibus comparat. 4 Bellicum inſtrumentum, quo tela, vel grandiores ſagittae longius jaciebantur. Cubitus, qui longior, cum telo catapultae optime a paraſito confertur. 5 Machina bellica lignea evertendis moenibus apta. 6 Sententia eſt: non tantum mihi pugnus, & cubitus, & humerus ſunt, quibus valeo, ſed praeterea etiam genu: quod ad quemcumque jecero, id eſt, quo quemcumque impetiero ad terram dabo. *Jaci* eleganter dicuntur illa, quibus alios aggredimur, ut *oſcula, manus, genua*. 7 Sententia eſt: quemcumque offendero, faciam ut dentes ex ore a me excuſſos e terra tollere, & colligere cogatur. 8 In meas manus incidat, vel decipiatur. 9 Ea nimirum, quae hic homo dicit. 10 In ventrem ſumſit unde ſit tam confidens, ac minax; vino nempe, & epulis calens ſit ac repletus. 11 Magis farctus, impletus. Camerarius legit *imperioſior* 12 Scrophas, ſeu porcas paſcentes. 13 Pro *furfure*. 14 Ex ipſis ſcropharum dominis. Lepide minatur ſe id facturum dominis, quod juxta nexum orationis facturum quis putaret ſuibus. 15 Excutiam quaſi calcibus furfures, hoc eſt, capitis ſordes, & cutis purgamenta.

Heg. 1 *Baſilicas edictiones, atque imperioſas habet.*
Satur homo eſt: habet profecto in ventre confidentiam.
Erg. *Tum piſcatores, qui 2 praebent populo piſces foetidos,*
Qui advehuntur quadrupedanti 3 crucianti canterio:
4 Quorum odos 5 ſubbaſilicanos omnes abigit in forum,
Eis ego ora verberabo 6 ſirpiculis piſcariis:
Ut ſciant, alieno naſo quam exhibeant moleſtiam.
Tum lanii autem, 7 qui concinnant liberis orbas oves,
Qui locant caedundos agnos, & 8 duplam agninam danunt,
Qui 9 petro[illegible] nomen indunt verveci 10 ſectario;
Eum ego ſi [illegible] via petronem publica conſpexero,
Et petronem & dominum reddam mortales miſerrimos.

I 2 Heg.

1 Regia edicta. 2 Venalesexhibent, vendunt. 3 *Crucians canterius* Auſonio dicitur *caballus tripes*, & *claudicans*, & *aerumnoſus*, & *ruptus terga verbere*, quales ſunt plerumque, qui ad machinas molarias damnantur. *Cruciantes equi* Poetis creduntur fere qui grammaticis *tortores*, Lucilio *ſuccuſſarii*. Alii legunt *cruciati*, hoc eſt, piſces cruciati, ideoque foetidi ob nimiam ſuccuſſationem.
4 Quorum piſcium gravis odor. 5 Otioſos homines, qui ſub Baſilicis verſantur, eaſque totos dies deambulando conterunt. *Subroſtranos* appellat Tullius a roſtris, quae erant apud Romanos, quod *Baſilicae* apud Graecos. 6 Naſſis piſcatoriis, ſeu caniſtris vimine contextis. *Surpicula*, vel *ſurpiculum* a *ſirpando*, id eſt, ligando dictum. Alii legunt *ſcirpiculis*. 7 Qui oves reddunt orbas *liberis*, id eſt, agnis. Ita Lambinus. At Gruterus arbitratur interpretandum; qui oves vetulas jam, recenteſque a nutriendis agnis ſuis, ideoque macras omnino aptant venditioni; id enim *concinnare* inter alia ſignificare, doceri nos paſſim e Plauto, & Catone. 8 Duplo plus carnis agninae vendunt, quam vervecinae. Queritur hic Paraſitus carnem agninam frequentiorem eſſe vervecina apud lanios, & duplo plures agnos caedi, quam verveces, qui ventri explendo ſunt magis accomodati. Mire tamen in hoc loco interpretando diſſentiunt Critici. Turnebus putat Ergaſilum hic arguere laniorum dolum, quod pro una arierina oſſa duplam venderent clam ſuppoſitam pro ea fallaciter agninam, aut potius, quod aperte agninam venderent, & rurſus pro arietina agninam ſupponerent. Palmerius Turnebo non adſentiens adnotat *duplam agninam* tunc vocatam fuiſſe cum grandiores jam agni, & ablactati fuiſſent; nam *ſubrumorum* carnes ſunt delicatiores. Gruterus *agninam duplam* accipit pro ovilla illa carne exſucca, ſeu vetula, pro maris carne, non agnorum ejus. 9 Arieti, ita dicto a duritie & aſperitate quaſi petrea carnis ſuae praedurae, coctuque difficilis. Sententia eſt: qui petronum, ſive arietum carnem vendunt pro vervecina, quae ſapore magis commendatur. 10 Gruterus autumat *ſectarii* epitethon aptandum non *verveci*, ſed *petroni*; eumque eſſe vult admiſſarium, qui gregem init, qui capreas paſſim ſectatur.

Digitized by Google

Heg. *Eugepae! 1 editiones aedilitias hic habet quidem:*
Mirumque adeo eſt, ni hunc fecere ſibi Aetoli 2 agoranomum.
Erg. *Non ego nunc Paraſitus ſum, ſed regum rex 3 regalior:*
4 Tantus ventri commeatus meo adeſt in portu cibus.
Sed ego ceſſo hunc Hegionem 5 onerare laetitia ſenem?
6 Qui homine 7 adaeque nemo vivit fortunatior.
Heg. *Quae illaec eſt laetitia, quam illic laetus largitur mihi?*
Erg. *Heus, ubi eſtis? ecquis hoc aperit oſtium?* Heg. *hic homo*
Ad coenam recipit ſe ad me. Erg. *aperite haſce ambas fores,*
Priuſquam 8 pultando vel 9 aſſulatim foribus exitium affero.
Heg. *Perlubet hunc hominem colloqui. Ergaſile!* Erg. *Ergaſilum qui vocat?*
Heg. *Reſpice.* Erg. *10 Fortuna quod tibi nec facit, nec faciet,*
Hoc me jubes. ſed qui eſt? Heg. *reſpice ad me, Hegio ſum.* Erg. *oh mihi*
Quantum eſt hominum optumorum optume, in tempore advenis.
Heg. *Neſcio quem ad portum nactus es, ubi coenes; 11 eo faſtidis.*
Erg. *12 Cedo manum.* Heg. *manum?* Erg. *manum, inquam, cedo tuam actutum.* Heg. *tene.*

Erg.

1 Edicta, quae ad Aediles pertinēt. Aedilium minorum erat ſtatuere de rebus venalibus. Eſt etiam jocus in verbo, quod & ab edo eſt, & ab *aedibus*. 2 Agoranomus a graeco ἀγορανόμος aedilis, qui rebus in foro venalibus praeeſt. 3 Maximus, magnificentiſſimus. 4 *Tantus commeatus cibus* pro cibi, genitivus: id eſt, tanta copia, ſeu apparatus cibi. Gronovius ſic diſtinguendum putat: *Tantus. ventri commeatu meo adeſt in portu cibus* quaſi cibum per appoſitionem paraſitus vocet commeatum ventri ſuo. Philopolemum intelligit, a quo per omnem vitam cibum ſperabat. 5 Cumulare, implere. 6 Quo homine. 7 Aeque, pariter. Adverbium cum compararivo junxit ut ſupra Act 3. ſc. 5. verſ. 42. 8 Idem ac pulſando. 9 Minutatim fores frango. 10 Ludit in verbo ambiguo, *reſpicere*. Jubes, inquit Paraſitus, me ad te reſpicere, quod Fortuna tibi non facit; nam tibi, qui me properantem moraris, certe irata eſt: quia pugnis, cubito, humeris, caput tibi comminuam, denteſque excutiam. Alludit autem ad aedem *Fortunae Reſpicientis*, quae Romae juxta templum Jovis victoris erat: quam Cic. 2. de legg. commemorat, & Plutarchus. 11 Ideo obvios quoſque aſpernaris. 12 Praebe.

Erg. *Gaude*. Heg. *quid ego gaudeam?* Erg. *quia ego impero. age, gaude modo.*

Heg. *Pol, maerores mi* 1 *antevortunt gaudiis.* Erg. *noli iraſcier;*

Jam ego 2 *ex corpore exigam omnes maculas maerorum tibi.*

Gaude audacter. Heg. *gaudeo, etſi nihil ſcio quod gaudeam.*

Erg. *Bene facis. jube.* Heg. *quid jubeam?* Erg. *ignem* 3 *ingentem fieri.*

Heg. *Ignem ingentem?* Erg. *ita dico, magnus ut ſit.* Heg. *quid? me,* 4 *volturie,*

Tuan' cauſſa aedeis incenſurum cenſes? Erg. *noli iraſcier.*

5 *Juben' an non jubes aſtitui aulas? patinas elui?*

Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus?

Alium piſces 6 *praeſtinatum abire?* Heg. *hic vigilans ſomniat.*

Erg. *Alium porcinam, atque agninam, & pullos gallinaceos?*

Heg. 7 *Scis bene eſſe, ſi ſit unde.* Erg. *pernam atque* 8 *ophthalmia.*

9 *Horaeum, ſcombrum,* 10 *& trigonum, &* 11 *cetum, &* 12 *mollem caſeum?*

Heg. 13 *Nominandi iſtorum tibi erit magis quam edundi copia*

Hic apud me, Ergaſile. Erg. *mean' me cauſſa hoc cenſes dicere?*

Heg. *Nec nihil hodie,* 14 *nec multo plus tu hic edes,* 15 *ne fruſtra ſis.*

Proin' tu tui quotidiani 16 *victi ventrem ad me afferas.*

1 Antecedunt, praecedunt. 2 Loquitur de animi maeroribus, tamquam de veſtiū maculis. Quia autem morbi animorum, ut ait Lambinus, ad corpora interdum trameant, ut maceſcant, palleſcant &c. ideo *ex corpore* dixit, non *ex animo* 3 Ingens valet immenſus, & pluſquam magnus eſt 4 Vulturium vocat Ergaſilum, quod ſit avis vultur longe voraciſſima 5 Jubes ne, an non jubes ollas juxta ignem locari? 6 Emtum. *Praeſtinare apud Plautum eſt emere. & emendo tenere.* Feſtus. Vulgo: *a fermare il peſce* 7 Scis laute te accipere, ſcis delicate edere, ſi habeas, unde ſumtum facias. *Eſſe* ab *edo*. 8 Piſcis eſt ab oculorum magnitudine ſic dictus, quem Plinius *oculatam* vocat, alii *melanurum*. 9 Salſamenti genus ex pelamide piſce. 10 Τρυγὼν piſcis, qui latinis *paſtinaca marina* dicitur. 11 Majores piſces *cete* ſive *cetos* appellant tum Graeci, tum Latini. 12 Recentem, vel pinguem. 13 Pro *nominandorum iſtorum* & *edendorum*, ſeu *nominandi iſta &c.* Sic ſaepe Terentius, Cicero, Svetonius & Lucretius lib. 5 *Poenarum grave ſit ſolvendi tempus adactum*. 14 Nec multo plus ſolito. 15 Ne erres 16 Pro *victus*. Affer ad me ventrem non faſtidioſum, ſed victu quotidiano contentum.

Erg. *Quin ita faciam, ut te cupiat facere ſumtum, etſi ego vetem.*

Heg. *Egone?* Erg. *tute.* Heg. *tum tu mi igitur herus es.* Erg. 1 *immo bene volens.*

Vin' te faciam fortunatum? Heg. *malim, quam miſerum quidem.*

Erg. *Cedo manum.* Heg. *hem manum.* Erg. *di te omnes adjuvant.* Heg. 2 *nihil ſentio.*

Erg. *Non enim es in* 3 *ſenticeto, eo non ſentis. ſed jube*

Vaſa tibi pura apparari ad rem divinam cito,

Atque agnum afferri 4 *proprium, pinguem.* Heg. *cur?* Erg. *ut ſacrufices.*

Heg. *Cui deorum?* Erg. *mihi hercle. nam ego tibi nunc ſum ſummus Juppiter.*

Idem ego ſum Salus, Fortuna, Lux, Laetitia, Gaudium.

Proindetu 5 *deum huncce ſaturitate facies* 6 *tranquillum tibi.*

Heg. *Eſurire mihi videre.* Erg. 7 *mihi quidem eſurio, non tibi.*

Heg. *Juppiter te dique perdant.* Erg. 8 *te, hercle, mihi aequom eſt gratias*

Agere ob nuntium: tantum ego nunc porto a portu tibi boni.

Nunc 9 *tu mihi places.* Heg. *abi ſtultus,* 10 *ſero poſt tempus venis.* Erg.

1 Immo ſum tibi amicus. 2 Nihil auxilii, ob quod me fortunatum dicere debeam. 3 Non eſt mirum, te nihil ſentire, non enim es in loco ſentibus obſito. Digna paraſito alluſio ad *ſentio*. 4 Ideſt tuum. Nam aliena diis immolare nefas. Vel ſacris accommodum: ut habeat, ſcilicet, omnia inſignia hoſtiae neceſſaria. 5 Seipſum intelligit. 6 Propitium, placatum tibi. 7 Paraſitus jocum captat ex provocabulo *mihi*, quaſi Hegio dixerit, *mihi eſurire*, non *mihi videre*. 8 Jocus eſt. Poteſt enim intelligi; *Te, hercle*, potius dii perdant; & *aequum eſt te mihi gratias agere*. 9 Quaſi dicat: nunc ultro ad tuam coenam venio, quam aſperam futuram non vereor. Paraſitus Act. 1 ſc. 2. dixerat ſe emtum, ſeu addictum Hegioni, niſi quis meliorem conditionem attuliſſet, quam Act. 3. ſc. 1. quaeſitum iturum in portu ſe dixerat: quae ſpes ſi defeciſſet, tum demum ſe recepturum ad Hegionis coenam aſperam. At quam aliam quaereret invento in portu Hegionis filio Philopolemo? *Nunc, ait, tu mihi places*, hoc eſt, nunc nullam aliam conditionem circumſpiciam: nunc nihil vereor, coenam hic fore aſperam, quemadmodum dixeras. Douza ita interpretatur: *places* ideſt, *placeris*, ſeu incipias placari, & reconciliari mihi; quae interpretatio Acidalio, Gronovio, ceteriſque melioribus interpretibus minime arridet. 10 Nam ego juſſeram te venire *tempori* Act. 1. ſc. 2. verſ. 81.

Erg. *Igitur olim ſi adveniſſem, magis tu tum iſtuc diceres.*
Nunc hanc laetitiam accipe a me quam fero. nam filium
Tuum modo in portu Philopolemum vivom, ſalvom, & ſoſpitem
Vidi in publica 1 *celoce, ibidemque illum adoleſcentulum*
2 *Alium, una & tuum Stalagmum ſervom, qui aufugit domo,*
Qui tibi ſurripuit quadrimum puerum filiolum tuum.
Heg. *Abi in malam rem: ludis me.* Erg. *ita me amabit ſancta* 3 *Saturitas,*
Hegio, itaque ſuo me ſemper 4 *condecoret cognomine,*
Ut ego vidi. Heg. *meum gnatum?* Erg. *tuum gnatum, &* 5 *Genium meum.*
Heg. *Et captivum illum* 6 *Alidenſem?* Erg. 7 μὰ τὸν Ἀπόλλω. Heg. *& ſervolum*
Meum Stalagmum, meum qui gnatum ſurripuit? Erg. 8 νὴ τὰν Κόραν.
Heg. *Jamdiu?* Erg. 9 νὴ τὰν Πραινέστην. Heg. *venit?* Erg. 10 νὴ τὰν Σιγνίαν.
Heg. *Certon'?* Erg. 11 νὴ τὰν Φρουσινῶνα. Heg. *vide ſis.* Erg. 12 νὴ τὸ Ἀλάτριον.
Heg. *Quid tu per* 13 *barbaricas urbes juras?* Erg. *quia enim item aſperae*
Sunt, ut tuum victum 14 *autumabas eſſe.* Heg. *vae aetati tuae.*
Erg. 15 *Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico* 16 *ſedulo.*
Sed Stalagmus quojus erat tunc nationis, cum hinc abiit?

 Heg.

1 *Celox* navigium breve & celere, quod majoribus & tardioribus ſubſervit. Italice, *fregata*. 2 Eleū, ideſt, Philocratem. 3 *Saturitas* Paraſito edaci omnium deorum eſt inſtar, inquit Lambinus. 4 Et ita me ſemper faciat dignum ſuo nomine, hoc eſt, ſaturum. 5 Paraſiti, divites ſub quorum clientela eſſent, *Genios ſuos* nominabant, inquit Meurſius. 6 Philocratem 7 Per Apollinem. Quod Graeci jurantes, Μὰ, νὴ praeponebant, id Romanis erat *Me*, & *E*. Sic *Mecaſtor*, *Mediusfidius*, *Mehercule*, *Ejuno*, *Equirine*, *Ecere*, *Epol*, *Ecaſtor*. 8 Dorice pro τὴν Κόρην, per Proſerpinam. At quaſi intellexiſſet *Coram* Campaniae urbem proſequitur νὴ τὰν Πραινέστην. 9 Per Praeneſte Italiae urbem in Latio. 10 Per Signiam Campaniae urbem. 11 Per Fruſinonem urbem Campaniae. 12 Per Alatrium Latii urbem in Hernicis. 13 Id eſt per Italicas: nam *barbari* dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis Graecis. *Feſtus*. 14 Dicebas, praedicabas. 15 Quippe quia. 16 Sine dolo, bona fide.

Heg. *Siculus*. Erg. *at nunc Siculus non eſt: 1 Bojus eſt, Bojam terit.*
Liberorum quaerundorum cauſſa, ei, credo, uxor data eſt.
Heg. *Dic, 2 bonan' fide tu mihi iſtaec verba dixiſti?* Erg. *bona.*
Heg. *Di immortales! 3 iterum gnatus videor, ſi vera autumas.*
Erg. *An tu dubium habebis, etiam 4 ſancte cum jurem tibi?*
Poſtremo, Hegio, ſi parva jurijurando eſt fides,
Viſe ad portum. Heg. *5 facere certum eſt. tu 6 intus cura quod opus eſt.*
Sume, poſce, prome quidvis. te facio cellarium.
Erg. *Nam, hercle, niſi 7 mantiſcinatus probe ero, fuſti pectito.*
Heg. *Aeternum tibi 8 dapinabo victum, ſi vera autumas.*
Erg. *9 Unde id?* Heg. *a me meoque gnato*. Erg. *10 ſponden' tu iſtud?* Heg. *ſpondeo.*
Erg. *At ego tuum tibi adveniſſe filium, 11 reſpondeo.*
Heg. *Cura quam optume potes*. Erg. *bene ambula, & 12 redambula.*

SCENA III.

Laetatur Ergaſilus, quod Hegio ei permiſerit ſummam rerum culinarium: dentes acuit, & ventrem ad omnia voranda comparat.

Ergaſilus.

13 I*Llic hinc abiit: mihi rem ſummam credidit cibariam.*
Di immortales, jam ut ego 14 collos praetruncabo 15 tergoribus!

Quan-

1 Gallus eſt, nam *bojam*, ideſt vel lorum bubulum, vel collare ferreum terit, in ſplendorem dat. Jocus eſt in verbis. Poteſt etiam intelligi: Gallus eſt, nam Galliam uxorem duxit. 2 Serio ne. *Bona fide* erat illorum temporum jusjurandum. 3 Tanta eſt animi mei laetitia, ut denuo natus videar. Antiqui vocabant *natales* omnes dies propter aliquam laetitiam inſignem ſibi ſolemnes 4 Religioſe. 5 Id facere, nempe ad portum ire, decrevi. 6 In meis aedibus. 7 Vaticinatus. Id eſt, niſi inveneris me vera tibi vaticinatum eſſe. me etiam fuſte caſtigato. Eſt etiam jocus in hoc verbo; alludit enim ad *manticam*, ideſt, ventrem ſuum. A graeca voce Μάντις fecit mantiſcinati, ut a *vates* vaticinari. 8 Decernam, vel parabo. Verbum eſt fictum a δαπάνη, *ſumptus*, vel a δαπανάω, *conſumo*. Alii legunt, *tibi dabo*. 9 Unde id mihi veniet? 10 Tractum ex formula ſtipulationum: *ſponde tu*. 11 Jocus ex ambiguitate verbi. 12 Revertere. 13 Hegio 14 Colla e tergoribus praecidam. *Collus* in maſc. gen. dicebant veteres. 15 Lambinus ſuſpicatur legi poſſe *pecoribus*.

Quanta pernis 1 *peſtis veniet ! quanta labes larido !*
Quanta ſumini 2 *abſumedo ! quanta* 3 *callo calamitas !*
Quanta laniis laſſitudo ! quanta 4 *porcinariis !*
Nam ſi alia memorem , quae ad ventris victum conducunt ,
5 *mora eſt .*
Nunc ibo ad 6 *praefecturam , & jus dicam larido ;*
Et quae 7 *pendent indemnatae pernae , eis auxilium ut feram .*

S C E N A IV.

Puer Hegionis conqueritur de petulantia Ergaſili, & de ejus voracitate.

Puer Hegionis.

Dieſpiter te dique , Ergaſile , perdant & ventrem tuum ,
Paraſitoſque omnes , & qui poſtbac coenam Paraſitis dabit .
Clades calamitaſque , intemperies modo in noſtram advenit domum .
Quaſi lupus eſuriens , metui ne in me faceret impetum .
Nimiſque , hercle , ego illum 8 *male formidabam : ita frendebat dentibus .*
Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium .
Arripuit gladium , praetruncavit tribus 9 *tergoribus* 10 *glandia .*
Aulas , caliceſque omnes confregit , niſi quae 11 *modiales erant .*
Cocum percontabatur , poſſentne 12 *ſeriae ferveſcere .*

Cel-

1 Quae nimirum peſſumdabit pernas. 2 Conſumptio. Vocem finxit ab abſumo, non multum a *ſumine* diſcrepantem, in paranomaſia, ut in ceteris, leporem quaerens. 3 Callo aprugno, ſeu aprino; hoc fuit in deliciis menſarum:
4 Iis, qui porcinae carni praefecti ſunt. 5 Nimis longus ſum.
6 Se ad praefecturam iturum dicit, ut jus dicat larido; nam praefecti in ſuis praefecturis jus dicere ſolebant. 7 Tractum ex formula juris, *lite pendente*. Proprie *pendent indemnati*, quorum lites ſunt pendentes: qui non quidem innocentes, ſed accuſati, & nondum peracti ſunt rei. Cum igitur dicit, *quae pendent*, ſimpliciter accipit, ut ſolent ſuſpenſae in carnario eſſe pernae: cum addidit *indemnatae*, loquitur de illis ut reis, continuata allegoria. 8 *Nimis male*, valde. 9 Tergoribus ſuillis, ſeu aprinis. Turnebus legit *tegoribus*. Lambinus *pecoribus*. 10 Glandulas quae ſunt in cervicibus, hoc eſt, ipſas cervices. 11 Modii unius capaces, ventrioſae.
12 Vaſa fictilia. Abſurda haec eſt paraſiti prae fame impatientis, ac pene inſani poſtulatio. Non enim ſatis habebat carnes in ſeriis conditas depromere, & coquis coquendas dare; ſed ipſas quoque ſerias, in quibus carnes ſalſae conditae ſervabantur, pene dicam coqui, & ferveſcere volebat.

Cellas refregit omnes intus, recluſitque 1 *armarium.*
Aſſervate iſtunc, ſultis, ſervi. ego ibo, ut conveniam 2 *ſenem.*
Dicam ut ſibi penum aliud 3 *ornet,* 4 *ſiquidem ſeſe uti (volet.*
Nam 5 *hic quidem ut adornat,* 6 *aut jam nihil eſt, aut jam nihil erit.*

ACTVS QVINTVS

SCENA I.

Philocrates ob fidem ſingularem, quam in redeundo, reducendoque Philopolemo demonſtravit, petit ab Hegione ſuum ſibi Tyndarum reſtitui.

Hegio, Philopolemus, Philocrates.

JOvi diiſque ago gratias merito magnas,
Quom 7 *te reducem tuo patri reddiderunt,*
Quomque ex miſeriis plurimis me exemerunt:
8 *Quae adhuc te carens, dum hic fui,* 9 *ſuſtentabam;*
Quomque 10 *hunc conſpicio in poteſtate noſtra,*
11 *Quomque haec reperta eſt fides firma nobis.*
Satis jam dolui ex animo, & cura me ſatis
Et lacrumis maceravi. 12 *hoc! ſatis jam audivi*
Tuas aerumnas, ad portum mihi quas memoraſti:
13 *Hoc agamus.* Philoc. 14 *quid nunc, quoniam* 15 *tecum ſervavi fidem,*
Tibique 16 *hunc reducem in libertatem feci?* Heg. *feciſti, ut tibi,*

Phi-

1 Turnebus *armarium* hic interpretatur promptuarium, e quo promitur cibus: at Lambinus locum, in quo nummi reconduntur. 2 Hegionem herum.
3 Inſtruat, praeparet.
4 Antique dictum, *ſi volet ſe ſe uti*, pro. ſi volet uti penu.
5 Hic paraſitum ut facere inſtituit, ut ſe ſe accingit. 6 Id eſt, aut jam penum nullum domi eſt, aut jam nullum erit.
7 Te, Philopoleme. 8 *Quae* non ad ſolas miſerias referendum, ſed ad totam orationem. 9 Tolerabam, perferebam. 10 Stalagmum. 11 Et quando fides Philocratis inventa eſt erga nos inviolabilis. 12 Hegio ſtatim poſt illud *hoc* addere voluiſſet, *agamus*, quod ſequitur verſu tertio, ſed impeditus a filii vel geſtu, vel actione qualicumque, qua ſe in captivitate multas aerumnas perpeſſum eſſe cupit ſignificare, mox reſpondet, *ſatis jam audivi &c* 13 Curemus praeſentia, iſtis omiſſis.
14 Quid nunc de me dices.
15 Ideſt, tibi. 16 Philopolemum.

Digitized by Google

Philocrates, numquam referre gratiam poſſim ſatis,
Proinde ut tu promeritus de me & filio meo. Philop. *immo potes,*
Pater, & poteris, & ego potero: & dî eam poteſtatem dabunt,
Ut beneficium benemerenti 1 *noſtro merito muneres.*
Sicut tu huic potes, pater mi, facere merito maxume.
Heg. *Quid opu' ſt verbis? lingua nulla eſt, qua negem quidquid roges.*
Philoc. *Poſtulo abs te, ut mihi illum reddas ſervom, quem hic reliqueram*
Pignus pro me, qui mihi 2 *melior, quam ſibi ſemper fuit:*
Pro benefactis ejus uti ei 3 *pretium poſſim reddere.*
Heg. *Quod beneficiſti, referetur gratia, id quod poſtulas,*
Et id, & aliud quod me orabis, impetrabis. atque te
Nolim ſuccenſere, quod ego iratus ei feci male.
Philoc. *Quid feciſti?* Heg. *in lapicidinas* 4 *compeditum condidi,*
Ubi reſcivi mihi data eſſe verba. Philoc. *vae miſero mihi!*
Propter meum caput labores homini eveniſſe optumo.
Heg. *At ob eam rem mihi* 5 *libellam pro eo argenti ne duis.*
Gratis a me, ut ſit liber, adducito. Philoc. *aedepol, Hegio,*
Facis benigne. ſed quaeſo, hominem ut jubeas arceſſi. Heg. *licet.*
6 *Ubi eſtis vos? ite actutum, Tyndarum huc arceſſite.*
7 *Vos ite intro.* 8 *interibi ego ex hac* 9 *ſtatua verberea volo*
Erogitare, 10 *meo minore quid ſit factum filio.*
Vos lavate interibi. Philop. *ſequere hac, Philocrates, me intro.* Philoc. *ſequor.*

SCENA II.

Stalagmus interrogatus quid fecerit de Paegnio, quem ab-

1 Philocrati bene de nobis merenti. 2 Utilior. 3 Praemium, mercedem. 4 Compedibus vinctum conjeci. 5 Id eſt, ne teruncium quidem mihi des pro eo. Libella numulus erat argenteus, decima denarii pars, proinde quando minimam pecuniam ſignificare volebant, *aſſem & libellam* dicebant. 6 Lorariis, ac ſervis, qui ſunt in aedibus hoc mandat. 7 Philopolemo, & Philocrati dicit. 8 Interea ex hoc verberone Stalagmo volo *erogitare*, ideſt, rogando extorquere. 9 *Statua verberea*, quaſi homo qui verberibus induruit. 10 Subaudi, de.

abſtulerat fugiens, ſic reſpondet Hegioni, ut intelligat Tyndarum eſſe Paegnium ſuum.

Hegio, Stalagmus.

Age tu illuc procede, 1 bone vir, lepidum mancupium meum.
Stal. 2 *Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falſum autumas?*
Fui ego bellus, lepidus, bonus vir numquam, neque frugi bo- (*nae,*
Neque ero umquam: 3 ne tu ſpem ponas me bonae frugi fore.
Heg. *Propemodum 4 ubi loci fortunae tuae ſint, facile intellegis.*
Si eris verax, tua 5 ex re facies: ex mala meliuſculam.
Recta & vera loquere: ſed neque vere, neque recte adhuc
Feciſti umquam. Stal. 6 *quod ego fatear, credin' pudeat, cum autumes?*
Heg. *At ego faciam ut pudeat: nam 7 in ruborem te totum* (*dabo.*
Stal. *Eja! credo ego, 8 imperito plagas minitaris mihi.*
Tandem 9 iſta aufer, dicque 10 quid fers, ut 11 feras hinc quod petis.
Heg. *Satis facundu' ſ. ſed jam fieri dictis compendium volo.*
Hoc agamus. jam animum advorte, ac mihi, quae dicam, ediſſere.
Si eris verax, 12 tuis rebus feceris meliuſculas.
Stal. *Nugae iſtaec ſunt. non me cenſes ſcire 13 quid dignus ſiem?*
Heg. *At 14 ea ſubterfugere potis es pauca, ſi non omnia.*
Stal. 15 *Pauca effugiam ſcio. nam multa evenient, & merito meo;*

Quia

1 Ironia. 2 Quid faciendum eſt mihi ſervo, ſi tu dominus vir talis falſum dicis? Quaſi dicat: ſi herus meus eſt mendax, quid mirum, ſi mendax ſum. 3 Ne tu unquam ſperes. Acidalio placet, quod in Vet. Edi. reperiſſe ait: *ne tu in ſpe ponas.* 4 Ideſt, in cujus manu conſtitutae ſint tuae fortunae. 5 Ex tua re, quae eſt mala, facies meliuſculam. 6 Credis fore, ut me ejus pudeat, quod fatear, ſcilicet me recte nunquam quicquam feciſſe: cum tu id dicas? 7 Flagellis nimirum potius, quã pudore. Jocus in impudentem ſervum, qui ſi non vultu ob pudorem, ſaltem humeris ob vibices rubeat. 8 Ironia, quaſi dicat, experiendo jam pridem didici, quam ſis plagoſus. 9 Hunc ſermonem omitte. 10 Quid in animo habeas. 11 Audias ex me. 12 Ita MSS. fere omnes. Sed edd. vulgatae habent *res tuas.* Camerarius ſuo Codici adſcripſerat *e tuis rebus.* 13 Quid mali commeream ob mea malefacta? 14 Ea mala, quae meres. 15 Dictum inexpectatum ſervi in periculo manentis.

Quia & fugi, & tibi ſurripui filium, & eum vendidi.
Heg. *Cui homini?* Stal. *Theodoromedi in Alide* 1 *Polypluſio*
Sex 2 *minis.* Heg. *pro di immortales! is quidem hujus eſt pater* (*ſaepius.*
Philocratis. Stal. *quin melius* 3 *novi, quam te, & vidi*
Heg. *Serva, Juppiter ſupreme, & me & meum gnatum mihi.*
Philocrates, per tuum te 4 *ingenium obſecro, exi: te volo.*

SCENA III.

Agnoſcit Hegio Tyndarum eſſe ſuum Paegnium, olim furto ablatum.

Philocrates, Hegio, Stalagmus.

H*Egio, aſſum: ſi quid* 5 *me vis, impera.* Heg. 6 *hic gnatum meum*
Tuo patri ait ſe vendidiſſe ſex minis in Alide.
Ph. *Quamdiu id factum eſt?* Stal. *hic annus incipit viceſimus.*
Ph. *Falſa memorat.* Stal. *aut ego, aut tu. nam tibi* 7 *quadrimulum*
Tuus pater 8 *peculiarem parvolum puero dedit.*
Ph. *Quid erat ei nomen? ſi vera dicis, memora dum mihi.*
Stal. *Paegnium vocitatu' ſt: poſt vos indidiſtis* 9 *Tyndaro.*
Ph. *Cur ego te non novi?* Stal. *quia mos eſt obliviſci hominibus,*
10 *Neque noviſſe, cujus nihili ſit faciundæ gratia.*
Ph. *Dic mihi: iſne iſtic fuit, quem vendidiſti meo patri,*
Qui mihi peculiaris datus eſt, hujus filius?
Heg. *Vivitne* 11 *is homo?* Stal. *argentum accepi, nihil curavi ceterum.* (*filius;*
Heg. 12 *Quid tu ais?* Ph. *quin iſtic ipſu' ſt Tyndarus tuus*
13 *Ut quidem hic argumenta loquitur. nam is mecum a puero puer*
Bene pudiceque educatu' ſt uſque ad adoleſcentiam.

Heg.

1 Vide ſupra Act. 2. Sc. 2. 2 Quid ſit mina vide Rud. Prol. 3 Hunc Theodoromedem. 4 Vulgatae edd. habent, *Genium.* Gruterus ita reſtituit e MSS. Pall. trib. Eleganter ſane ex ſententia praecedentium in fabula. 5 Subaudi, facere. 6 Stalagmus. 7 Diminutivum a quadrimus. 8 Vide animadverſiones in Prologum. 9 Scil. nomen illi. 10 Neque noviſſe eum, cujus gratia nihili facienda ſit. 11 Iſte, quem hujuſce patri vendidiſti. 12 Senex ita de Paegnii ſui vita ſollicitus eſt, ut ex Stalagmi reſponſo timorem potius, quam ſpem ſumere videatur. 13 Italice: *agli indizj, che coſtui moſtra* de.

Heg. *Et miſer ſum, & fortunatus, ſi vos vera dicitis:*
Eo miſer ſum, quia male illi feci, ſi gnatus meu' ſt.
Eheu! cur 1 *ego plus minuſque feci, quam aequum fuit!*
Quod male feci, crucior modo, 2 *ſi infectum fieri poſſiet.*
Sed eccum, 3 *incedit huc,* 4 *ornatus haud ex ſuis virtutibus.*

SCENA IV.

Tyndarus e vinculis eximitur, in quae conjicitur Stalagmus.

Tyndarus, Hegio, Philocrates, Stalagmus.

V*Idi ego multa ſaepe picta, quae* 5 *Acherunti fierent*
Cruciamenta: 6 *verum enimvero nulla adaeque eſt*
Aheruns,
Atque ubi ego fui in lapicidinis. illic ibi demum eſt locus,
7 *Ubi labore laſſitudo omni' ſt exigunda ex corpore.*
Nam ubi 8 *illo adveni,* 9 *quaſi patriciis pueris aut monedulae,*
Aut anates, aut coturnices dantur, 10 *quîcum luſitent:*
Itidem haec mihi advenienti 11 *upupa,* 12 *qui me delectet,*
data eſt.

Sed

1 Plus mali, & minus boni meo Paegnio feci. 2 *Si poſſet fieri infectum*, ideſt, non factum.
3 Paegnium filius meus.
4 Id eſt, non proinde ut meritus fuit, a me exceptus. *Virtus* non raro ab optimis ſcriptoribus pro merito, & dignitate uſurpatur. 5 Adverbialiter poſitum pro *in Acherunte*, hoc eſt, apud Inferos. Veteres, ut melius in officio continerentur homines, & a ſceleribus absterrerentur, cruciatus infernales, quos imminere iis credebant, in tabulis depingebant, ut quaſi praeſentes intuerentur. *Meurſius*.
6 Verum nullus Acheron inveniri poteſt adeo aerumnoſus, ut ſunt illae lapicidinae, ubi ego fui. 7 Ideſt, ubi omnis laſſitudo ex corpore expellenda, ejicienda eſt non otio, & quiete, ſed labore, & novis aerumnis.

8 In illum locum. 9 Quemadmodum. 10 Cum quibus patriciorum pueri luſitent. 11 Jocus ab oblectamentis puerilibus ductus: eſt enim *upupa* & nomen avis, & ferrei inſtrumenti, quo ad eruendos lapides in lapicidinis utebantur, & cujus forma non male referebat upupae caput cum roſtro. Hujuſmodi inſtrumentum a Lambino pro malleo accipitur, a Salmaſio pro inſtrumento illo foſſorio, quod Graecis eſt ὄρυξ ab ὀρύττω, *fodio*. 12 Vel ſpectavit, *inquit Lambinus*, rem ſignificatam ſcilicet malleum, vel legendum, *quî me delectem*, ideſt, qua re: quod Douza amplexus eſt, & illud *quî* omnibus generibus accomodari poſſe probavit. Etiam Robertus Titius docet, veteres interdum genera variare conſueviſſe, hoc Plauti referens, & illud Varronis de

Re

1 *Sed berus eccum ante oſtium*, & 2 *berus alter eccum ex Alide*
Rediit. Heg. *ſalve, exoptate gnate mi*. Tynd. *hem! quid, gnate mi?*
3 *Atat! ſcio cur te patrem aſſimules eſſe, & me filium:*
Quia mihi, item ut parentes, lucis das 4 *tuendae copiam*.
Phil. *Salve, Tyndare*. Tynd. 5 *& tu, quojus cauſſa hanc aerumnam* 6 *exigo*.
Phil. *At nunc liber in divitias faxo venies. nam tibi*
Pater hic eſt; hic ſervus, qui te huic hinc quadrimum 7 *ſurpuit,*
Vendidit patri meo te ſex minis. is te mihi
Parvolum peculiarem parvolo puero dedit.
8 *Illic indicium fecit. nam hunc ex Alide huc* 9 *reducimus*.
Tynd. *Quid, hujus filium?* Phi. *intus eccum fratrem germanum tuum*.
Tynd. *Quid tu ais? adduxtin' illum hujus captivum filium?*
Phi. *Quin, inquam, intus hic eſt*. Tynd. *feciſti aedepol & recte & bene*.
Phi. *Nunc tibi pater hic eſt. hic fur eſt tuus, qui parvom hinc te abſtulit*.
Tynd. *At ego hunc grandis grandem natu, ob furtum, ad carnificem dabo*.
Phi. *Meritus eſt*. Tynd. *ergo aedepol meritam mercedem dabo*.
Sed dic oro: pater meus tune es? Heg. *ego ſum, gnate mi*.
Tynd. *Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum cogito,*
Nunc aedepol demum in memoriam regredior, audiſſe me
Quaſi 10 *per nebulam, Hegionem patrem meum vocarier*.
Heg. *Ego ſum*. Phil. *compedibus, quaeſo, ut tibi ſit levior filius,*
At-

Re R. lib. 1. *Sin cogare ſecundum flumen aedificare, curandum ne adverſum eum ponas*; ut Plautus ad *Malleum*, Varro ad *Fluvium* reſpexerit. 1 Hegio. 2 Philocrates. 3 *Atat* junctis vocibus idem eſt ac *at at*, ſive *attat*, quod hoc loco alii legunt; & eſt interjectio repente intelligentis rem prius inexploratam.
4 Intuendae. Dicit Tyndarus, ſe idcirco vocari filium ab Hegione, quod ipſe e lapicidinis, quae ſub terra erant tenebroſae, Hegionis opera ſit productus, & quaſi denuo in lucem editus, aeque ac filii a parentibus in lucem eduntur. 5 Et tu ſalveto. 6 Patior, ſuſtineo. 7 Pro ſurripuit. 8 Ille ſervus Stalagmus. 9 Alii legunt *adduximus*.
10 Translatio a ſenſu ad ſenſum; videmus per nebulam, non audimus. 11 Ideſt, quaeſo ut compedes eximantur tuo filio, atque addantur huic ſervo.

Atque hic gravior ſervus. Heg. 1 *certum eſt principium id praevortier*.
Eamus intro, ut arceſſatur faber: ut iſtas compedes
Tibi adimam, huic dem. Stal. 2 *cui peculii nihil eſt, recte feceris*.

3 GREX.

Commendatur haec Comoedia, quod honeſta ſit, & in ea boni meliores fiant.

Spectatores, ad pudicos mores facta haec fabula eſt.
Neque in hac 4 *ſubigitationes ſunt, neque ulla amatio,*
Nec pueri 5 *ſuppoſitio, nec argenti* 6 *circumductio.*
Hujuſmodi paucas Poetae 7 *reperiunt Comoedias,*
Ubi boni meliores fiant. nunc vos, ſi vobis placet,
Et, ſi placuimus, neque odio fuimus, 8 *ſignum hoc mittite:*
9 *Qui pudicitiae eſſe voltis praemium, plauſum date.*

PV-

1 Deliberatum eſt primum omnium id facere. 2 Jocatur Stalagmus, & illud *dem* ita accipit, ac ſi alia omnia potius, quam compedes ſubintelligerentur. Recte ergo dicit facturum Hegionem, ſi det aliquid illi, cui peculii nihil eſt. Poteſt etiam locus hic ita enarrari: recte feceris homini, cui nihil peculii eſt. 3 Comicae perſonae, quibus erat ſcenam claudere, nunc *Caterva*, nunc *Chorus*, nunc demum *Grex* dictae. 4 Geſtus liberiores, parum modeſti. 5 Italice, *ſcambiamento malizioſo, mutazione*, Puerum ſupponere dicuntur mulieres, quae foetum alienum pro ſuo alunt, ac fovent. 6 Fraudatio. 7 Excogitant, fingunt; quod proprium Poetarum eſt. 8 Date hoc ſignum. Videtur Douzae hoc ſignum geſtu aliquo fuiſſe expreſſum, quod ſpectatores ſuo exemplo Grex imitari poſtulat. 9 Vos, qui pudicitiam magni facitis, eique praemium ac laudem eſſe vultis.

FINIS CAPTEIVORVM.

PVBLII TERENTII
ANDRIA

CVM ANIMADVERSIONIBVS ET INTERPRETATIONIBVS

EVERARDI AVDRICHII

DE CL. REG. SCHOLARVM PIARVM.

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Afranius in Compitalibus.

An Synephebos ego potius Caecilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri legam?

Cic. lib. 1. de Finibus.

Digitized by Google

IOANNI. CORSIO

PATRICIO. FLORENTINO

CALATINORUM . MARCHIONI . VI. ET. VTILI . DOMINO

DVCENTAE. MILITIANI. ORCVLAE. TORELLI

CAMPANIANI. RAIANI. ALBINIANELLI. ETC. ETC.

VIRO

GENERIS. NOBILITATE. MAIORUM. QVE. SVORVM

GLORIA. CLARISSIMO

LINGVARVM. LIBERALIVM. QVE. ARTIVM

OMNIS. QVE. ERVDITIONIS

STVDIOSISSIMO

QVOD

NOBILITATEM. SVAM. ATQVE. OPVLENTIAM

IN. VIRTVTIS. SPLENDORE

IN. LITTERARVM. DOCTORVM. QVE. HOMINVM

PATROCINIO

IN. MVLTORVM. EGESTATE. LEVANDA

IN. OMNIVM. ANIMIS

MVNIFICENTIA. LIBERALITATE

MORVM. ATQVE. SERMONIS. SVAVITATE

SIBI. DEVINCIENDIS. CONSTITVERIT

DE. LITTERIS. DE. PATRIA. PRAECLARE. MERITO

EVERARDVS. AVDRICHIVS

SVAS. IN. TERENTII. ANDRIAM

ANIMADVERSIONES. ET. INTERPRETATIONES

A. M. S. D. D. C.

PVBLII TERENTII ¹ ANDRIA.

2 TITVLVS, SEV DIDASCALIA.

3 ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, M. FVLVIO ET M. GLABRIONE 4 AEDILIBVS CVRVLIBVS. 5 EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. 6 MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII, 7 TIBIIS PARIBVS, DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA 8 GRAECA. 9 EDITA M. MARCELLO C. SVLPICIO COSS.

1 *Andria* inſcribitur haec Comoedia, quod Glycerium ex Andro inſula maris Aegaei advecta, *Andria* diceretur; cum vero eadem Glycerium praecipuum huic Fabulae praebeat argumentum, hinc nomen toti Comoediae factum. 2 Praefigebantur olim tituli Comoediis, & Tragoediis, ut inde lectores ſcirent quo tempore, qua occaſione actae eſſent Fabulae, quis Muſicae modus in agenda Fabula adhibitus fuiſſet, quae nomina Actorum, qui Principes Gregis fuiſſent, denique ut extaret certum quaſi teſtimonium Comoediarum 3 Recitata dum celebrarentur ludi Megalenſes, ſive Megaleſia in honorem Cybeles magnae Deorum Matris. Celebrabantur autem potiſſimum ludis ſcenicis pridie Non. Apriles. 4 In his titulis *Aediles* memorantur, & Conſulibus praeponuntur, quia ludorum publicorum cura ad *Aediles* maiores, ſeu *Curules* pertinebat. *Curules* ſunt dicti, quia ſella curuli aeque ac Magiſtratus majores utebantur, quae ſella, quod eſſet in ipſorum curru dum in Curiam vehebantur, *curulis* eſt dicta. 5 Fuerunt praecipui Actores in hac Comoedia. 6 Harmonias, quibus temperabantur cantica quaedam, quae ante Fabulam, poſt, & quandoque inter actus canebantur. Ii modi, ſeu harmoniae fiebant a perito quodam rei muſicae magiſtro. 7 Quamvis multi ſapientes viri egerint de huiuſmodi tibiis, adeo tamen inter ſe diverſa apud eos reperias, ut ſi ea diu, multumque legeris, aliquid tamen ſemper deſideres. Itaque ſatis eſt hoc tenere quod ad diſcrimen tibiarum pertinet; tibias dextras anguſtius, ſiniſtras latius foramen habuiſſe, iſtas acutum, iſtas gravem ſonum reddidiſſe, ut ex Plinio, Varrone colligunt Scaliger, Manutius aliique. Dictae ſunt *dextrae*, aut *ſiniſtrae* ab ea oris parte, qua inflaban-

ſtabantur, manuque, qua tenebantur, niſi mavis dicere cum Manutio ita nuncupatas fuiſſe ab ipſo loco, ubi tibicines conſiſtebant. *Pares*, & *impares* tibiae dictae ſunt vel ob foraminis aequalitatem, inaequalitatemque, vel ob parem, aut imparem foraminum numerum. *Pares* tibiae dictae ſunt etiam *ſarranae* a Tyro urbe olim *ſarra* nuncupata, quia vel in illa inventae, aut prae ceteris adhibitae fuerunt. Hujuſmodi tibiae inflabantur ſeorſim, & conjunctim, & prout locus, tempus, Comoedia, cantica poſtularent plus hilaritatis, aut gravitatis, aut moeſtitiae *dextrae*, aut *ſiniſtrae*, nempe acutae aut graves, inflabantur. 8 Scilicet Comoediae argumentum, mores, perſonae &c. juxta Graecorum conſuetudinē ſunt. 9 Quia anni Romani per Conſules numerabantur, hinc Conſulum nomina addita his titulis. Cadit iſte annus in annum ab V. C 587. ante Chriſtum natum 166.

ANDRIAE ARGVMENTVM.

CHremes Athenienſis profecturus in Aſiam, Paſibulam filiolam, quam tum unicam habebat, fidei Phaniae fratris ſui credidit. Profecto eo contigit, ut in Graecia magni bellorum motus excitarentur. Fugit Phania belli terrore impulſus, & impoſita ſecum in navim puella, cum ad fratrem iter cepiſſet, vi tempeſtatis fracta navi apud Andrum inſulam ejectus eſt. Exceptus ibi perhumaniter ab Andrio quodam, homine haud magna in re, non ita multo poſt moritur. Hoſpes Andrius relictae apud ſe puellae commutat nomen, & pro Paſibula Glycerium nominat; cumque per aliquot annos, eam cum filia Chryſide pari utramque ſtudio educaſſet, decedit ipſe quoque de vita. Chryſis parentibus orba ſperans Athenis, tum maxime florentibus, commodius vivere poſſe quam Andro, abrepta ſecum Glycerio Athenas navigat. Variam ibi experta fortunam moritur. Pamphilus Athenienſis probus, & liberali praeditus ingenio adoleſcens, Simonis filius, cum antea Glycerium inviſere, & convenire conſueviſſet, eamque amicorum, & parentum ope deſtitutam videret, fidem Glycerio dedit eam ſibi uxorem fore. Simo ejus pater id ſuſpicans, ut rem totam, & animum filii certius cognoſceret, ſimulat ſe uxorem illi dare velle Philumenam ejuſdem memorati Chremetis amici hominis filiam, quam ipſe Chremes poſt ejus reditum ex Aſia ſuſceperat Athenis, quamque

Cha-

Charinus ſibi uxorem dari enixe poſtulabat. Annuit Pamphilus, quod per ſervum intellexerat ſimulari nuptias, & nihil eſſe periculi ne ipſe datam Glycerio fidem rumperet. Simo, ubi vidit annuentem Pamphilum, ſerio cogitare coepit de Philumena illi tradenda, & ea de cauſſa Chremetem ejus patrem orat, qui, licet aegre, aſſentitur. Aeſtuat Pamphilus, non audet patri reſiſtere, Glycerium deſerere non poteſt. Inſtat Simo, dumque nuptias feſtinare laborat, multis dolis a Davo deluditur ſervo, qui ut eas impediret omnia movet, atque molitur. Re tamen in verarum nuptiarum diſcrimen adducta, confeciſſet Simo nuptias, niſi caſus laborantem Pamphilum adjuviſſet. Forte illis diebus advenit Crito quidam Andrius, qui, quod Chryſidi genere proximus fuiſſet, ad cernendam illius haereditatem Athenas venerat. Is Chremeti, & Simoni bene notus, docet illos, hanc, quae Glycerium vocaretur, eſſe Paſibulam Chremetis ipſius filiam alteram, quae olim periiſſe credita erat. Ita ſumma Chremetis, & Simonis voluntate, ſummaque omnium laetitia Glycerium Pamphilo, Philumena vero Charino, qui ejus nuptias ambiebat, nubit. Scena eſt Athenis in platea, ubi ſunt aedes Simonis, Chremetis, & Glycerii.

DRAMATIS PERSONAE.

PROLOGUS.

SIMO *ſenex Athenienſis pater Pamphili.*

CRHEMES *amicus Simonis, Philumenae, & Paſibulae, ſeu Glycerii, pater.*

CRITO *Andrius, amicus Simonis, & Chremetis.*

PAMPHILUS *adoleſcens, filius Simonis.*

CHARINUS *adoleſcens, amicus Pamphili.*

GLYCERIUM *filia Chremetis natu major, vero nomine Paſibula, ſoror Philumenae parentibus ignota.*

MYSIS *ancilla.*

LESBIA *ancilla.*

BYRRHIA *ſervus Charini.*

SOSIA *libertus Simonis.*

DAVUS *ſervus Simonis, & Pamphili.*

DROMO *lorarius.*

Perſonae mutae.

ARCHILLIS.

1 P R O L O G V S.

Teren ius in hoc prologo veniam pe it, quod non ut reliqui Po tae argumentum ſuo loco exponit, deinde contra malevolorum quorumdam accuſationes ſe tuetur.

Poeta cum primum animum ad ſcribendum 2 ***appulit***,
Id ſibi 3 *negoti credidit ſolum dari*,
4 *Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.*
Verum 5 *aliter evenire multo intellegit:*
Na in prologis ſcribundis 6 *operam abutitur*,
Non 7 *quî argumentum narret, ſed quî malevoli*
8 *Veteris poëtae maledictis reſpondeat.*
Nunc, quam rem 9 *itio dent, quaeſo animum* ***advortite***.
10 *Meander fecit* 11 *Andriam &* 12 *Perinthiam*:
Qui 13 *utramvis recte norit, ambas noverit;*
Non ita ſunt diſſimili argumento, ſed tamen
Diſſimili 14 *oratione ſunt factae ac* 15 *ſtylo.*
Quae convenere, in Andriam ex Perinthia

Fa-

1 Praefatio Fabulae, in qua aut Fabula commendatur, & argumentum explicatur, aut Poeta excuſatur, & defenditur, ut modo Terentius. 2 Adjecit, accomodavit. Metaphora a navibus dum ad litus, aut portum perveniunt. 3 Curae, muneris; nempe id ſibi ſolum curandum eſſe credidit. 4 Vt quas feciſſet fabulas, eae populo placerent. Syllepſis. Fabulae vocantur Tragoediae, & Comoediae, quod in illis plurima ficta veris admixta inveniantur. 5 Junge cum *multo*, ut ſenſus ſit *longe aliter*, quam ipſe ſperaverat. 6 Inſumit, perdit operam, quam deberet juxta uſitatum morem collocare in explicando Fabulae argumento, non in refellendis calumniis, quod vere prologi non eſt officium. unde dicit, *abutitur. Operam* pro opera. Antique. 7 Vt. 8 Senioris Comici, ſcilicet Lucii Lavinii, qui adhuc ſenex Fabulas edebat, quique Terentium aetate inferiorem ſibi praeferri dolebat. 9 Vituperent in Terentio. 10 Comicus Graecus, a quo ſuas Comoedias tranſtulit Terentius. Narratio eſt, in qua exponit quid ex Graecis Poetis mutuatus ſit componendo hanc Comoediam.
11 Graecam Comoediam ita dictam quod foemina quaedam, quae in illa primas haberet partes, eſſet ex Andro Inſula maris Aegaei. 12 Alteram Graecam Comoediam ita dictam a foemina. quae in illa primam ſuſtinebat perſonam, quaeque erat ex Perintho, ſeu Heraclea Vrbe Thraciae in ora Propontidis.
13 Harum fabularum. 14 Sermone, ſententiis. 15 Junctura verborum, ſcribendique modo. Oratio in ſenſu eſt, ſtylus in verbis.

1 *Fatetur tranſtuliſſe, atque uſum pro ſuis.*
2 *Iſti id vituperant factum atque* 3 *in eo diſputant,*
4 *Contaminari non decere fabulas.*
Faciunt 5 *ne intellegendo ut nihil intellegant:*
Qui cum 6 *hunc accuſant,* 7 *Naevium,* 8 *Plautũ,* 9 *Ennium*
Accuſant, quos hic noſter auctores 10 *habet:*
Quorum aemulari exoptat 11 *neglegentiam*
Potius quam 12 *iſtorum obſcuram* 13 *diligentiam.*
Dehinc ut quieſcant porro moneo, & deſinant
Maledicere, 14 *malefacta ne noſcant ſua.*
15 *Favete, adeſte aequo animo, &* 16 *rem cognoſcite,*
Vt pernoſcatis, 17 *ecquid ſpei ſit relliquum,*
Poſt haec quas faciet 18 *de integro comoedias,*
Spectandae, an 19 *exigendae ſint vobis* 20 *prius.*

ACT.

1 Ordo, & ſenſus eſt: Terentius fatetur ſe tranſtuliſse in ſuam Comoediam latinam Andriam ex Graeca Menandri Perinthia, ea, *quae convenere*, ideſt, quae viſa ſunt Poetae apta, & accomodata ad ſuam Comoediam, & illis uſum eſſe, ac ſi ſua fuiſſent, & non per imitationem expreſſa. 2 Adverſarii Terentii. 3 Ob id diſſentiunt, calumniantur. 4 Commiſceri, ex multis unam faciendo, ideſt, ex hac Comoedia aliquid ſumendo, & aliquid ex altera, & ita illis conſutis novam Comoediam componendo.
5 Valde, nimis; & ſenſus eſt: faciunt, cum nimis, quam opus eſt, velint videri intelligentes, ut in eorum numero ſint habendi, qui nihil intelligunt. 6 Terentium. 7 Latinum Poetam, qui Comoedias, & primum bellum Punicum ſcripſit. 8 Vide ſupra in ejus vita. 9 Poetam Latinum, parum in loquendo comptum, qui bellum Punicum ſecundum hexametris ſcripſit.
10 Sequitur in transferendis alienis, vel uſurpando aliena pro ſuis. *Habere aliquem auctorem*, eſt eum in aliqua re imitari, ſequi; auctor enim eſt etiam is, cujus fidem, & auctoritatem ſequimur. 11 Hic ſignificat liberiorem in ſcribendo rationem, ac quaſi negligentiam, quae opponitur nimiae curioſitati in aliorum argumentis transferendis. 12 Suorum adverſariorum. 13 Nimiam fidelitatem, & curam adfectatam in imitandis auctoribus, quae verbo verbum reddens obſcura eſt, vel quia humilis, vel quia obſcuritatem adfert. 14 Ne ipſe efficiam ut noſcant ſua malefacta, nempe errores, quos illi in ſcribendo commiſerunt. 15 Nempe, linguis; formula imperandi ſilentium, ut rite peragi poſſit ſacrum. 16 Verbum proprium fori, & judiciorum, quod miror ab interpretibus minime notatum fuiſſe, id eſt inquirite, judicate de crimine mihi inuſto. 17 Quid de Poetae ingenio in poſterum ſperate poſſitis. 18 Denuo. 19 Explodendae e theatro, reprobandae. 20 Potius.

ACTVS PRIMVS

SCENA I.

Simo narrat liberto Soſiae variam filii vitam; deinde aperit, quo conſilio ſe daturum illi uxorem ſimulare ſtatuerit, & eodem tempore totius Fabulae argumentum, quaſi aliud agens, explicat, actionumque ſemina futurarum jacit.

Simo, Soſia.

Si. 1 VOs 2 *iſthaec* 3 *intro auferte: abite. Soſia,*
4 *Adeſdum.* 5 *paucis te volo.* So. 6 *dictum puta,*
Nempe 7 *ut curentur recte haec.* Si. *Imo* 8 *aliud.* So. *quideſt,*
Quod tibi mea 9 *ars efficere* 10 *hoc poſſit amplius?*
Si. *Nihil iſthac opus eſt arte ad hanc rem quam paro:*
Sed 11 *iis quas ſemper in te intellexi ſitas,*
12 *Fide, & taciturnitate.* So. 13 *expecto quid velis.*
Si. *Ego poſtquam te emi a parvulo, ut ſemper tibi*
Apud me 14 *juſta &* 15 *clemens fuerit ſervitus,*
Scis. feci e ſervo ut eſſes 16 *libertus mihi,*
Propterea quod ſervibas 17 *liberaliter.*
Quod habui ſummum 18 *pretium, perſolvi tibi.*
So. 19 *In memoria habeo.* Si. *haud* 20 *muto factum.* So. *gaudeo,*

Si

1 O ſervi. Simus ex abrupto ſcenā ingreditur, & ſervos alloquitur, qui e foro ferebant obſonia, quae ipſe emerat ad ſimulandas filii nuptias. 2 Edulia, carnes, piſces, &c. Nonnulli merces, aulea, aliumve apparatum ad nuptias; ſed prima magis placent. 3 In culinam, in aedes interiores.
4 Hic eſto. *Ades* imperantis eſt, *dum* Pleonaſmus. 5 Verbis alloqui. 6 Exiſtima dixiſſe, nam intelligo quid vis. 7 Vis ut haec obſonia diligenter parentur, & coquantur. 8 Volo a te.
9 Induſtria, opera. 10 Nempe, quam ut obſonia recte curentur. 11 Artibus, ſive virtutibus. 12 Fide ad complenda mandata, taciturnitate ad celanda. 13 Deſidero, nempe, ſcire quid mihi velis dicere. *Donatus*.
14 Moderata, quia nihil iniquum imperavi. 15 Lenis, quia etiam de juſto multum remiſi. 16 Servus, qui ex juſta ſervitute libertate donatur, & manumittitur.
17 Ingenuo animo, non ſerviliter, quia non tuae, ſed meae utilitati conſulebas. 18 Libertatem, quod eſt maximum pretium, quo donari poſſint ſervi.
19 Memini accepti beneficii. Ingrati liberti in ſervitutem revocabantur. 20 Non me poenitet facti, non aegre fero id factum a me, nempe, te a ſervitute liberaſſe.

Si tibi quid feci aut facio, quod placeat, Simo &,
Id gratum fuiſſe 1 *advorſum te, habeo gratiam.*
Sed mî 2 *hoc moleſtum eſt; nam iſthaec commemoratio*
Quaſi exprobratio eſt 3 *immemoris beneficî.*
Quin tu uno verbo dic, quid eſt quod me velis.
SI. *Ita faciam. hoc primum in hac re praedico tibi,*
4 *Quas credis eſſe has, non ſunt verae nuptiae.*
SO. *Cur ſimulas igitur?* SI. *rem omnem a principio audies:*
Eo pacto & gnati vitam, & 5 *conſilium meum*
Cognoſces, & quid facere in hac re te velim.
6 *Nam* 7 *is poſtquam exceſſit ex* 8 *ephebis, Soſia,*
9 *Liberius vivendi* 10 *fuit poteſtas. nam antea*
11 *Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,*
Dum aetas, 12 *metus, magiſter prohibebant?* SO. *ita eſt.*
SI. *Quod* 13 *plerique omnes faciunt adoleſcentuli*
Vt animum ad aliquod 14 *ſtudium adjungant, aut equos*
15 *Alere, aut* 16 *canes ad venandum, aut* 17 *ad philoſophos:*
Horum ille nihil 18 *egregie* 19 *praeter cetera*
20 *Studebat, & tamen omnia haec mediocriter.*
Gaudebam. SO. *Non injuria: nam id arbitror*
Adprime in vita eſſe utile, ut ne quid 21 *nimis.*
SI. *Sic* 22 *vita erat. facile omnes* 23 *perferre ac pati:*
24 *Cum quibus erat cumque una, iis ſeſe* 25 *dedere,*

Eo-

1 Comice pro adverſum, erga. 2 Quod narras de me. 3 Cujus accepti ego ſim immemor. 4 Syllepſis. 5 De nuptiis filii. 6 Incipit narratio vitae filii ſui, quod primum propoſuerat in tripartita diviſione modo allata. 7 Pamphilus filius meus. 8 E numero epheborum, ideſt, egreſſus eſt pubertatem, quae eſt prima pars adoleſcentiae, & extrema pueritiae, incipiens ab aetatis anno 14. Apud Athenienſes egrediebantur e numero epheborum annum 20. agentes. 9 Quam antea. 10 Illi. 11 Quomodo ſciri poſſet, aut noſci a quopiam ejus indoles; ſecunda pro tertia perſona cum dignitate ponitur. 12 Parentum. 13 Geminata locutio antiquorum more; ferme omnes. 14 Exercitium, vel ingenii, vel corporis. 15 Infinitum pro gerundio poſuit graeco more. 16 Venaticos; venationibus exercebantur juvenes, ut ad bellum eſſent expeditiores. 17 Audiendos ire. 18 Nimis, valde. 19 Pluſquam cetera. 20 Cupiebat. Id eſt, Pamphilus nihil horum ſtudiorum nimis cupiebat, impenſius amabat pluſquam cetera, quae agere ſolebat, ſed moderate omnia illa factitabat. 21 Agas; id eſt, ut in omnibus rebus ſerves mediocritatem. 22 Mores mei filii. 23 Subaudi, conſueverat, & ſic in reliquis, quae hic proxime habentur. 24 Cum quibuſcumque ſimul verſabatur. 25 Comiter annuere, illorum moribus ſe accomodare.

Digitized by Google

Eorum obſequi 1 ſtudiis, 2 advorſus nemini,
Nunquam praeponens ſe aliis. ita facillime
Sine invidia invenias laudem, & amicos pares.
So. *Sapienter vitam 3 inſtituit. namque hoc 4 tempore*
5 Obſequium amicos, veritas odium parit.
Si. *Interea 6 mulier quaedam 7 abhinc triennium.*
Ex 8 Andro commigravit huc 9 viciniae,
Inopia, & cognatorum neglegentia
10 Coacta, egregia forma, atque aetate 11 integra.
So. *Hei vereor, ne quid 12 Andria 13 apportet mali.*
Si. *Primum haec pudice vitam, parce, ac 14 duriter*
Agebat, lana ac tela victum quaeritans:
Sed poſtquam ad illam acceſſit adoleſcentulus
Vnus, & item alter, ita ut ingenium eſt omnium
Hominum 15 a labore proclive ad lubidinem:
Accepit conditionem, dein quaeſtum occipit.
Qui tum illam adibant, forte, ita ut ſit, filium
Perduxere 16 illuc ſecum, 17 ut una eſſet, meum;
18 Egomet continuo 19 mecum, certe 20 captus eſt,
21 Habet. obſervabam mane 22 illorum ſervolos
23 Venientes, aut abeuntes. 24 rogitabam, heus, puer,
Dic 25 ſodes, quis heri Chryſidem adiit? nam Andriae
Illi id erat nomen. So. *teneo.* Si. *Phaedrum, aut Cliniam*
Dicebant, aut Niceratum. (nam 26 hi tres tum ſimul
27 Viſebant.) eho quid 28 Pamphilus? 29 quid? 30 ſymbolam
De-

1 Voluntatibus. 2 Adverſari, contradicere. 3 Filius tuus. 4 Ideſt, his corruptis moribus. 5 Hic *obſequium* eſt quaedam nimia facilitas, & indulgentia ad cujuslibet arbitrium, & voluntatem, nulla ferme honeſtatis ratione habita; ſicut *veritas* quaedam moroſitas caſtigandi quaelibet, ſimulationis neſcia. 6 Cui Chryſis nomen. Narrat modo malam filii vitam ex mala amicorum conſuetudine profectam. 7 A tribus annis. 8 Inſula Maris Aegaei. 9 Venit Athenas in hanc viciniam. 10 Huc ex Andro venire. 11 Florenti. 12 Haec mulier ex Andro. 13 Filio tuo. 14 Laborioſe. 15 Poſthabito. Homines enim nihil agendo male agere diſcunt. 16 Ad Chryſidem. 17 Vt cum ipſis ſociis ſuis cibum caperet, vel verſaretur. 18 Vt hoc deprehend. 19 Dicebam, cogitabam. 20 Meus filius certe irretitus eſt prava conſuetudine. 21 Vulnus, ideſt vulneratus eſt prava cupidine. Metaphora a gladiatoribus, qui dicunt alterum eorum *habere*, qui percuſſus eſt. 22 Juvenum amicorum filii mei. 23 Ad domum Chryſidis. 24 Illos ſervulos. 25 Si audes, ſi vis. 26 Juvenes ſocii Pamphili. 27 Chryſidem. 28 Fecit. 29 Reſpondebant ſervuli. 39 Partem, portionem ſuam pro coena dedit.

Sym-

Dedit, coenavit. 1 *gaudebam. item alio die*
2 *Quaerebam:* 3 *comperiebam nihil ad Pamphilum*
Quidquam 4 *attinere. enimvero ſpectatum ſatis*
5 *Putabam, & magnum* 6 *exemplum continentiae:*
Nam qui cum ingeniis 7 *conflictatur ejuſmodi,*
Neque 8 *commovetur animus in ea re, ſcias*
Tum jam ipſum habere poſſe ſuae vitae 9 *modum.*
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
10 *Bona dicere, & laudare* 11 *fortunas meas,*
Qui gnatum haberem tali 12 *ingenio praeditum.*
Quid verbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes
Ultro ad me venit, unicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio uxorem ut daret.
Placuit, 13 *deſpondi. hic nuptiis* 14 *dictus eſt dies.*
SO. *Quid obſtat cur non verae fiant?* SI. *audies.*
Fere in diebus paucis, quibus haec acta ſunt,
Chryſis vicina haec moritur. SO. 15 *o factum bene!*
16 *Beaſti: heu,* 17 *metui a Chryſide.* SI. 18 *ibi tum filius*
Cum illis, qui adibant Chryſidem, una aderat 19 *frequens:*
Curabat una funus. triſtis interim,
Nonnumquam conlacrumabat. placuit tum id mihi:
Sic cogitabam: hem, 20 *hic parvae conſuetudinis*
Cauſſa mortem 21 *hujus tam fert* 22 *familiariter:*
Quid, ſi ipſe amaſſet? Quid mihi hic faciet 23 *patri?*
Haec ego putabam eſſe omnia 24 *humani ingeni*

Man-

Symbolam autem hic ſignificat pecuniam illam, quae erogatur ab unoquoque convivarum in coena collatitia comparanda.
1 Quia nihil mali in iis eſſe credebam. 2 De meo filio a ſervulis. 3 Ex reſponſo ſervulorum. 4 Nihil eſſe ſuſpicionis malae, aut criminis, quod ad Pamphilum pertineret. 5 Meum filium eſſe. 6 Ut tamquam exemplum probitatis, & caſtitatis aliis imitandum proponi poſſet. 7 Atteritur, jungitur, converſatur, cum hujuſmodi juvenibus pravae indolis. 8 Corrumpitur, ad malum impellitur. 9 Moderationem tuto tenere poſſe
10 Laeta, & fauſta de filio meo praedicabant, vel mihi bene precabantur, gratulabantur ob tam optimum filium. 11 Felicitatem meam; parentum enim felicitas eſt, ſi bonos, ac frugi ſuſceperint filios. 12 Tam proba indole. 13 Promiſi me daturum filium meum ejus filiae maritum. 14 Conſtitutus. 15 Formula exprimendi gaudium, ubi quid proſpere eveniſſet. 16 Tali nuncio feciſti me beatum, & liberum ab omnibus moleſtiis. 17 Ne quid mali Pamphilo contigiſſet ex Chryſidis conſuetudine. 18 In domo Chryſidis. 19 Frequenter. 20 Pamphilus. 21 Chryſidis. 22 Aeque ac ſi fuiſſet ejus familiaris. 23 Si morerer, dum tantum alterius mortem deflet. 24 Honeſtae, & bonae indolis,

1 *Manſuetique animi officia. quid multis moror?*
Ego met quoque 2 *ejus cauſſa in funus prodeo,*
Nil ſuſpicans etiam mali. So. *hem, quid eſt?* Si. *ſcies.*
3 *Effertur.* 4 *imus. interea inter mulieres,*
Quae ibi aderant, forte unam adſpicio adoleſcentulam,
Formâ. So. *bonâ fortaſſe.* Si. *et voltu, Soſia,*
Adeo modeſto, adeo venuſto, ut nil 5 *ſupra.*
Quia tum mihi lamentari praeter ceteras
Viſa eſt, & quia erat forma praeter ceteras
Honeſta, & 6 *liberali; accedo ad pediſſequas;*
Quae ſit, rogo. ſororem eſſe ajunt Chryſidis.
7 *Percuſſit illico animum.* 8 *atat, hoc illud* 9 *eſt,*
10 *Hinc illae lacrumae, haec illa eſt miſericordia.*
So. *Quam timeo, quorſu* 11 *evadas!* Si. *funus interim*
Procedit: ſequimur: ad ſepulchrum venimus:
In ignem impoſita eſt. fletur. interea haec ſoror,
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius,
Sati' cum 12 *periclo. ibi tum* 13 *exanimatus Pamphilus*
14 *Bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat:*
Accurrit: 15 *mediam mulierem complectitur:*
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perdium?
Tum illa, ut conſuetum facile amorem cerneres,
16 *rejecit ſe in eum, flens, quam familiariter.*
So. *Quid ais?* Si. *redeo* 17 *inde iratus, atque* 18 *aegre ferens,*
Nec 19 *ſatis ad objurgandum cauſſae.* 20 *diceret,*

Quid

1 Commiſerantis animi effectus, indicia. 2 Ob manſuetudinem, & humanitatem a filio demonſtratā, ego etiam ad Chryſidis exequias cohoneſtandas e domo exeo.
3 Cadaver ad rogum; quod proprie dicitur de cadaveribus. 4 Sequimur cadaver. 5 Dici. aut eſſe poſſit. 6 Eleganti, non fuco quaeſita. 7 Haec reſponſio, ſeu ſuſpicio quaedam. 8 Haec geminatio ad metum, admirationemque ſimul exprimendam inſervit. 9 Propter quod funus curabat Pamphilus. 10 Ex hac cauſſa lacrimatur, & miſeretur. Nempe ſoror illa Chryſidis excitavit in Pamphilo talem dolorem, quem a Chryſidis morte profectum credideram. 11 Pervenias talia narrando. Quaſi dicat quam timeo, ne funeſti aliquid ad extremum narres? 12 Vitae. Namque videbatur ſe velle in ignem cum ſororis cadavere conjicere. 13 Vehementer prae timore commotus, extra ſe poſitus, quaſi ſemianimis. 14 Diu tectum. 15 Per medium corpus, ut eam retraheret, ne in flammas ſe conjiceret. 16 Ordo eſt: *flens rejecit ſe in eum quam familiariter*, ideſt, modo ac geſtu familiari.
17 A comitatu funeris 18 Quod videram de filio. 19 Habebam.
20 Pamphilus potuiſſet enim dicere, & ſe excuſare ſequentibus verbis.

Quid feci? quid commerui, aut peccavi, pater?
Quae ſe ſe voluit in ignem injicere, prohibui,
Servari; honeſta 1 *oratio eſt.* So. *recte putas:*
Nam, ſi illum objurges, vitae qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui 2 *dederit damnum, aut malum?*
Si. *Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans,*
Indignum facinus, 3 *comperiſſe Pamphilum*
Pro uxore habere hanc peregrinam. ego illud ſedulo
Negare factum. ille 4 *inſtat factum. denique*
Ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam
5 *Neget daturum.* So. *non tu ibi* 6 *gnatum?* Si. *ne haec quidem*
Sati' 7 *vehemens cauſſa ad objurgandum.* So. 8 *quî, cedo?*
Si. 9 *Tute ipſe his rebus finem praeſcripſti, pater;*
Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi:
Sine nunc meo me vivere interea modo.
So. 10 *Quis igitur relictus eſt objurgandi locus?*
Si. *Si propter* 11 *amorem* 12 *uxorem nolit ducere,*
Ea primum ab 13 *illo animadvertenda injuria eſt,*
Et nunc 14 *id operam do, ut per falſas nuptias*
Vera objurgandi cauſſa ſit, ſi deneget:
15 *Simul, ſceleratus Davus ſi quid* 16 *conſilî*
Habet, ut 17 *conſumat nunc, cum nihil* 18 *obſint doli;*
19 *Quem ego credo* 20 *manibus pedibuſque obnixe omnia*
Facturum, magis id 21 *adeo mihi ut* 22 *incommodet,*
Quam

1 Excuſatio. 2 Intulerit. 3 Nempe ille. 4 Perſeverat dicere factum eſſe. 5 Licet eam ultro prius promiſiſſet. 6 Objurgaſti. 7 Valida fuit. 8 Quomodo, dic. 9 Simo reſpondet Soſiae cum verbis Pamphili, quae illi dixiſſet Pamphilus, ſi eũ objurgaſſet. Senſus itaque eſt: o pater, tu ſtatuiſti finem his rebus, nempe, generi quodam liberiori meae vitae, quae ab juvenibus ducitur ante nuptiarum tempus; prope adeſt tempus cum mihi vivendum erit alieno more, ideſt, cum alligatus uxori, illius more, & voluntate vivere debeo; permitte igitur nunc, nempe, hoc exiguo tempore dum parantur nuptiae, & quaſi ſub ipſas libertatis metas, meo modo vivere, & ea, quae volo, facere. 10 Quae alia igitur occaſio erit ad Pamphilum objurgandum. 11 Glycerii. 12 Quam ego illi dare volo, nempe, filiam Chremetis. 13 Injuria ab illo mihi facienda, recuſando nuptias, punienda eſt a me. 14 Ob id laboro. Secunda narrationis pars, in qua conſiliũ ſuum exponit Simo prout propoſuerat. 15 Operam do, laboro. 16 Ad diſturbandas has ſimulatas nuptias. 17 Fruſtra perdat abſque meo damno. 18 Quoniam ſimulatae ſunt iſtae nuptiae. 19 Davũ. 20 Proverbiale: omnibus membris omnibus viribus. 21 Propter id certe. 22 Noceat, incommodum afferat.

Quam ut obſequatur gnato. So. 1 *quapropter?* Si. *rogas?*
2 *Mala mens, malus animus. quemquidem ego ſi* 3 *ſenſero,*
Sed quid opu' ſt verbis? 4 *ſin eveniat, quod volo,*
In Pamphilo ut nil 5 *ſit morae: reſtat Chremes,*
Qui mihi 6 *exorandus eſt, & ſpero* 7 *confore.*
8 *Nunc tuum eſt officium, has bene ut adſimules nuptias;*
Perterrefacias 9 *Davum, obſerves filium,*
Quid agat, quid cum illo conſili captet. So. *ſat eſt;*
Curabo. eamus jam nunc intro. Si. 10 *i prae, ſequor.*

SCENA II.

Simo filii ſui ſimulat futuras nuptias, & interminatur Davo, ne quid, ad illas diſturbandas, doli ſtrueret.

Simo, Davus.

Si. N*On dubium eſt, quin* 11 *uxorem nolit filius:*
Ita Davum modo timere ſenſi, ubi nuptias
Futuras eſſe audivit. Sed 12 *ipſe exit foras.*
Da. *Mirabar,* 13 *hoc* 14 *ſi ſic abiret: &* 15 *heri* 16 *ſem-per-lenitas,*
Verebar, quorſum evaderet.
17 *Qui poſtquam* 18 *audierat non datum iri filio uxorem ſuo,*
Numquam cuiquam noſtrûm verbum fecit, neque id aegre tulit.
Si. *At nunc* 19 *faciet: neque ut opinor, ſine tuo magno malo.*

Da.

1 Quare Davus id faciet.
2 Vbi *mala mens*, ideſt, depravata voluntas, ibi *malus animus*, nempe, perverſa conſilia, malae operationes, quae, tamquam a fonte, proficiſcuntur a mente; quaſi dicat, Davus totus nequam eſt, ergo nihil boni faciet. 3 Aliquid moliri contra has nuptias, probe ulciſcar. Apoſiopeſis. 4 Si vero. 5 Ad conſentiendum his nuptiis. 6 Vt filiam ſuam Pamphilo det, nam recuſaverat ſuperius eam amplius illi dare. 7 Rem confectum iri, nempe mihi aſſenſurum.
8 Hoc erat tertium ex his, quae dicturum ſe promiſerat. 9 Ne dolos ſtruat. 10 Praei, antecede.
11 Quin filius meus recuſet ducere eam uxorem, quam vellem ut duceret. 12 Davus. Haec ad ſpectatores converſus loquitur Simo. 13 Nempe, quod Chremes nollet filiam ſuam dare Pamphilo. Haec ſecum dicit. 14 Si tam leviter, negligenter praeteriret, evaneſceret. 15 Simonis. 16 Perpetua facilitas, & clementia. ὑφὲν duarum vocum in unam coitio, cujus nota eſt lineola media. 17 Simo, herus.
18 Ex Chremete. Vide ſupra ſcen. 1. ver. 121. 19 Verbum, ideſt, iraſcetur, aegre feret. Haec de ſe per tertiam perſonam dicit Simo, ſecum tamen, & ſubmiſſe, ne audiatur a Davo.

Da. 1 *Id voluit, nos* 2 *ſic nec-opinantes* 3 *duci falſo* 4 *gaudio,*
5 *Sperantes jam amoto metu, interea* 6 *oſcitantes opprimi,*
Ut ne eſſet 7 *ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias.*
8 *Aſtute!* Si. 9 *carnufex quae loquitur!* Da. *herus eſt,*
neque 10 *praevideram.*
Si. *Dave.* Da. *hem, quid eſt?* Si. 11 *ehodum,* 12 *ad me.*
Da. *quid hic volt?* Si. *quid ais?* Da. 13 *qua de re?*
Si. 14 *rogas?* *(licet.*
Meum gnatum rumor eſt amare. Da. 15 *id populus curat ſci-*
Si. 16 *Hoccine agis, an non?* Da. *ego vero* 17 *iſthuc.*
Si. *ſed nunc* 18 *ea me exquirere,* *(tinet.*
Iniqui patris eſt. nam, quod ante hac fecit, nihil ad me at-
19 *Dum tempus ad eam rem tulit,* 20 *ſivi animum ut exple-*
ret ſuum: *(lat.*
Nunc hic 21 *dies* 22 *aliam vitam adfert, alios mores poſtu-*
Dehinc poſtulo, ſive 23 *aequum eſt, te oro, Dave, ut redeat*
jam 24 *in viam.*
Da. *Hoc* 25 *quid ſit?* Si. 26 *omnes qui amant, graviter*
ſibi dari uxorem ferunt.
Da. *Ita ajunt.* Si. *tum ſi quis magiſtrum cepit ad* 27 *eam*
rem 28 *improbum,*

L *Ipſum*

1 Cauſſam lenitatis Simonis profert Davus; *id voluit*, hoc eſt, tali conſilio id fecit; eo ſpectavit ejus lenitas. 2 Hoc non ſuſpicantes, nempe, Chremetis filiam datum iri Pamphilo.
3 Allici, oblectari, teneri.
4 Quod ſimulabat Simo.
5 Dum ſperaremus metum nuptiarum Pamphili eſſe amotum, ademptum. 6 Nos otioſos, ſecuros 7 Nobis. 8 Nempe, hoc conſilium excogitavit Simo. 9 Sceleratus ſervus. Carnufex dicitur vel quia carnifice dignus eſt, nempe, ut lanietur, vel quia carnificis inſtar cruciat, & lacerat ejus dolis animum Simonis.
10 Haec ſubmiſſe dicit. 11 Hic adverbium vocantis eſt.
12 Accede. 13 Negantis vim habet haec interrogatio, nempe, qua de re ego loquor? fingit enim ſe neſcire, quod Simo eum audiviſſet, & quid ab eo Simo vellet. 14 Quid a te ſcire velim.
15 Quaſi vero id, quod dicis de tuo filio, curae ſit populo. Ironia. 16 An audis, attendis id, quod dico, an non? *hoc agere* eſt ſerio de aliqua re cogitare, cui contrarium eſt *aliud agere*.
17 Ago, attendo 18 De filio meo.
19 Dum tempus juventutis tulit ſe, ideſt opportunius fuit ad eam liberius vivendi rationem
20 Permiſi. 21 Tempus, aetas, in qua eſt Pamphilus 22 Aliud vitae genus requirit a Pamphilo.
23 Si fas eſt, ſi dignum eſt ſervum rogari a domino. Ironica correctio. 24 Ad bonam frugem; proverbialis locutio. 25 Subaudi, non intelligo, non capio quid velis 26 En ratio cur vult ut filius redeat ad meliorem frugem.
27 Ad amandum. 28 Cujus malo conſilio, & ſocietate ſeducatur, ut Pamphilus tuo conſilio ſecutus fuit.

Digitized by Google

Ipſum animum 1 *aegrotum ad* 2 *deteriorem partem plerumque applicat .*

Da. *Non hercle intellego .* Si. *non ? hem !* Da. *non :* 3 *Davus ſum , non Oedipus .*

Si. *Nempe ergo aperte vis , quae reſtant , me loqui .* Da. *ſane quidem .*

Si. *Si ſenſero hodie , quidquam in his te nuptiis*
Fallaciae 4 *conari ,* 5 *quo fiant minus ,*
Aut velle 6 *in ea re oſtendi , quam ſis callidus ;*
Verberibus caeſum te in 7 *piſtrinum , Dave ,* 8 *dedam uſque ad necem ;*
9 *Ea lege atque omine , ut , ſi te* 10 *inde exemerim , ego pro te* 11 *molam .*
Quid , hoc 12 *intellextin' ? an nondum etiam* 13 *ne hoc quidem ?* Da. *imo* 14 *callide ;*
Ita aperte ipſam rem modo locutus : nihil 15 *circuitione uſus es .*

Si. 16 *Ubi vis facilius paſſus ſim , quam* 17 *in hac re , me* 18 *deludier .*

Da. 19 *Bona verba quaeſo .* Si. *irrides ?* 20 *nihil me fallis . ſed dico tibi ,*
Ne temere facias ; neque tu haud dicas , tibi non 21 *praedictum . cave .*

SCENA III.

Deliberat Davus, an obtemperet domino minanti, an ſub-

1 Pravi affectus morbo laborantem . 2 Ut nempe, nolit honeſtam conjugem ducere .
3 Sum Davus , ideſt , ſervus rudis, & ſimplex , non Oedipus , ideſt , vates divinus , interpres aenigmatum , qualis fuit Oedipus Laii Thebanorum regis . & Jocaſtae filius , qui unus propoſitum a Sphinge aenigma diſſolvit, & ob id dictus eſt obſcuriſſimarum rerum interpres 4 Moliri .
5 Quominus hae nuptiae fiant .
6 In diſturbandis nuptiis .
7 Locum , in quo ſervi nequam detrudebantur ad truſatiles molas agendas, ut frumentum comminueretur , unde piſtrinum , pro loco fatigationis pleno , viresque conficiente , ponitur .
8 Conjiciam , detrudam . 9 Ea conditione . & auſpicio , ea imprecatione facta . 10 A piſtrino te eduxerim . 11 Tuo loco truſatiles molas ego circumagam .
12 Intellexiſti ne ? 13 Intellexiſti , ut , quae ſupra dixi , non intelligere dicebas 14 Intellexi .
15 Verborum ambage 16 In alia qualibet re . 17 In nuptiis filii .
18 Deludi . Paragoge . 19 Mihi dicito , ideſt , meliora , vel ſuavius loquere . 20 Non me lates, nempe, te , & tuos dolos recte novi.
21 Ut te a fallaciis , & dolis abſtineres .

ſubveniat Pamphilo deſperanti: nonnihil etiam obiter, & per jocum ſubjicit, unde etiam tota Fabula ſolvatur.

Davus.

Da. *ENimvero, Dave, 1 nihil loci eſt 2 ſegnitiae, neque 3 ſocordiae,*
4 Quantum intellexi modo ſenis ſententiam de nuptiis.
Quae ſi non aſtu 5 providenter, me aut 6 herum 7 peſſumdabunt.
Nec, quid agam, certum eſt, Pamphilumne adjutem, an auſcultem ſeni.
Si 8 illum relinquo, ejus 9 vitae timeo: ſin 10 opitulor, 11 hujus 12 minas;
Cui 13 verba dare difficile eſt. primum jam de 14 amore hoc comperit:
Me infenſus ſervat, nequam faciam in nuptiis fallaciam.
Si 15 ſenſerit, perii; aut, ſi 16 lubitum fuerit, 17 cauſſam ceperit:
18 Qua jure, quaque injuria praecipitem in piſtrinum dabit.
Ad haec mala hoc mi accedit etiam: haec 19 Andria,
Quae clam vocatur uxor, gravida e Pamphilo eſt,
Audireque 20 eorum eſt operae pretium audaciam:
Nam 21 inceptio eſt amentium, haud amantium:
22 Quidquid perperiſſet, decreverunt 23 tollere:
Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam,
Civem Atticam eſſe 24 hanc: fuit olim quidam 25 ſenex
Mercator: navem is fregit apud Andrum inſulam:
Is obiit mortem. 26 ibi tum hanc ejectam Chryſidis

 Pa-

1 Non hic ſegnitia utendum eſt, non te ſegnem, aut ſocordem praebere debes. 2 Ad agendum. 3 Ad conſiderandum. 4 Inquantum. 5 Caventur, vitantur. 6 Pamphilum heri filium. 7 Opprimens, perdent. 8 Pamphilum. 9 Timeo ne quid mali ſuae vitae accidat, ſeu ne quid detrimenti ſit aeſtimationi ſuae. 10 Pamphilo. 11 Simonis. 12 Timeo. 13 Fallere. 14 Pamphili. 15 Me in nuptiis moliri fallacias. 16 Si illi placebit. 17 Praetextum, occaſionem aliquam accipiet mihi nocendi.

18 Quoquumque modo, ſive aliquo jure, ſive aliqua injuria. 19 Glycerium ex Andro. 20 Glycerii, & Pamphili. 21 Conſilium, quod Pamphilus, & Glycerium ſuſceperunt. 22 Haec eſt inceptio amentium. 23 Suſcipere, educare. 24 Glycerium. 25 Frater Chremetis, ut explicabitur Act. 5. 26 Ordo, & ſenſus eſt; dicunt patrem Chryſidis ibi tum recepiſſe hanc Glycerium ejectam e tempeſtate ad litus orbam parentibus, & parvam, adeo ut parentes non agnoverit ſuos.

Patrem recepiſſe orbam, parvam. 1 *fabulae.*
Mihi quidem non hercle fit 2 *veriſimile:*
Atqui 3 *ipſis commentum placet.*
Sed 4 *Myſis ab* 5 *ea egreditur. at ego hinc* 6 *me ad forum, ut*
Conveniam Pamphilum, ne de 7 *hac re pater* 8 *imprudentem opprimat.*

SCENA IV.

Myſis ancilla exiens e domo Glycerii offendit in Pamphilum.

Myſis, Archillis.

My. 9 *Audivi, Archillis, jam dudum:* 10 *Leſbiam adduci jubes.*
Sane 11 *pol illa* 12 *temulenta eſt mulier, &* 13 *temeraria,*
Nec ſati' 14 *digna, cui committas primo partu mulierem.*
Tamen 15 *eam adducam.* 16 *importunitatē ſpectate* 17 *aniculae:*
18 *Quia compotrix ejus eſt.* 19 *di, date facultatem, obſecro,*
20 *Huic pariundi, atque* 21 *illi in aliis potius peccandi locum.*
Sed quid nam Pamphilum exanimatum video? 22 *vereor quid ſiet.*

1 *Op-*

1 Sunt haec, quae dicunt. 2 Hoc commentum, quod fingunt. 3 Glycerio, & Pamphilo. 4 Nomen gentile cujuſdam ancillae. 5 E domo Glycerii. 6 Conferam. 7 De futuris ejus nuptiis. 8 Imparatum Pamphilum, ut nihil tale cogitantem occupet. 9 Ordo, & ſenſus eſt; jam dudum, o Archillis, (haec erat anicula Glycerii cuſtos) audivi, quae vis me facere, nempe, jubes me accerſere Leſbiam, ut adſit Glycerio laboranti. 10 Nomen obſtetricis, quae cum eſſet temulenta, jocoſe, & ingenioſe ita vocari fingit Poeta ad vinum Leſbium alludens. 11 Adverbium jurantis per Pollucem, quod ſaepiſſime uſurpatur a Comicis. Viri, & feminae ſolebant jurare per Pollucem, per aedem Pollucis; at per Herculem mulieres, per Caſtorem vero viri vulgo non jurabant. 12 Ebrioſa, vino dedita, a *Temeto* antiqua voce vinum ſignificante, quod teneat, vel teneat mentem. 13 Inconſiderata, incircumſpecta. 14 Idonea 15 Leſbiam, quāvis ſit temulenta. Haec dicit Myſis e domo Glycerii exiēs converſa ad Archillidem; quae vero ſequuntur ſola dicit per apoſtrophen ad ſpectatores. 16 Imprudentiam. 17 Archillidis. 18 Quia haec Archillis ſolet potare cum Leſbia, ideo imperat mihi, ut illa potius, quam alia mulier, vocetur. 19 Nuptiales, qui quinque eſſe dicuntur, Jupiter adultus, Hymenaeus, Juno adulta, Venus ſuadela, & Diana Lucina. 20 Glycerio. 21 Atque Leſbiae date locum, ideſt, occaſionem peccandi, nempe male agendi, in adjuvandis aliis mulieribus, quam Glycerio. 22 In metu ſum propter quod ſit exanimatus.

1 *Opperiar, ut ſciam, 2 numquidnam haec 3 turba 4 triſtitiae adferat.*

SCENA V.

Pamphilus monitus a Patre de nuptiis tam repente celebrandis obſtupeſcit, dolet, conqueritur.

Pamphilus, Myſis.

Pam. *HOccine eſt 5 humanum 6 factum aut inceptum? hoccine officium patris?*

My. *Quid 7 illud eſt?*

Pam. 8 *Pro deûm, atque hominum, quid eſt, ſi non haec 9 contumelia eſt?*

Uxorem 10 decrerat dare ſe ſe mi hodie. nonne oportuit

11 Praeſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit?

My. *Miſeram me, quod verbum audio!* Pam. *quid Chremes? qui denegaverat,*

Se 12 commiſſurum mihi gnatam ſuam uxorem? mutavit 13 id,

Quoniam me 14 immutatum videt.

Ita ne obſtinate operam dat, ut me à Glycerio miſerum abſtrahat?

Quod ſi fit, pereo funditus.

15 Adeon' hominem 16 invenuſtum eſſe, aut infelicem quenquam, ut ego ſum?

Pro Deûm atque hominum, nullon' ego

Chremetis pacto affinitatem effugere potero? quot modis

 1 *Con-*

1 Pamphilum. 2 Num aliquid. 3 Haec Pamphili turbatio, commotio. 4 Mali, periculi. 5 Homine dignum 6 Quod Simo pater meus fecit, qui vult hodie me ducere uxorem. 7 Propter quod Pamphilus clamat, & eſt perturbatus. Haec ſecum dicit.
8 Teſtor, imploro fidem, auxilium. 9 Gravis injuria.
10 Decreverat pater meus.
11 Praeſciviſſe has nuptias.
12 Traditurum. 13 Nempe, ſententiam ſuam non dandi mihi ſuam filiam. Revera Chremes nondum mutaverat ſuam ſententiam, quod inferius facit act. 5. ſed ita dicit Pamphilus, quod ita ex patre col egerat. 14 Quamvis communi ex uſu latinitatis commutatum haud ſignificet non mutatum, tamen hoc loco veriſſimum eſt ſignificare immutabilem, firmum, conſtantem, ſcilicet in conſuetudine Glycerii. 15 Num fieri poteſt, poſſibile eſt. 16 Proprie ſignificat ſine Venere, ideſt ſine gratia, cui Venus non favet, hoc loco vero ſignificat infortunatum.

1 *Contemptus*, 2 *ſpretus*? 3 *facta*, *tranſacta omnia*. *hem*,
4 *Repudiatus repetor*. 5 *quamobrem*? 6 *niſi ſi id eſt*, *quod ſuſpicor*:
7 *Aliquid monſtri alunt*. 8 *ea quoniam nemini obtrudi poteſt*,
Itur ad me. My. 9 *oratio haec me miſeram exanimavit metu*.
Pam. *Nam quid ego dicam de patre? ah!* (*do*
Tantamne 10 *rem tam neglegenter* 11 *agere*? 12 *praeteriens mo-*
Mihi apud forum, *uxor tibi ducenda eſt*, *Pamphile*, *hodie*, *inquit*, 13 *para*:
Abi domum. *id mihi viſus eſt dicere*, *abi cito*, *&* *ſuſpende te*.
Obſtupui. 14 *cenſen' ullum me verbum potuiſſe proloqui*,
Aut ullam 15 *cauſſam*, *ineptam ſaltem*, *falſam*, *iniquam*? *obmutui*.
Quod ſi ego prius id 16 *reſciſſem*, *quid* 17 *facerem*, *ſi quis nunc me roget*;
18 *Aliquid facerem*, *ut hoc ne facerem*. *ſed nunc primum quid exequar*? (*hunt*;
Tot me impediunt curae, *quae meum animum* 19 *divorſim tra-*
Amor, *hujus* 20 *miſericordia*, *nuptiarum* 21 *ſollicitatio*,
Tum patris 22 *pudor*, *qui me tam leni paſſus eſt animo uſque adhuc*,

Quae

1 Faſtiditus a Patre.

2 A Chremete. 3 Facta, & pacta ſunt omnia; ideſt pater meus, & Chremes omnia, quae ad meas nuptias pertinent jam confecerunt. Formula ducta a foro, ubi facta tranſacta dicuntur omnia, quoties in contractibus adhibentur omnia, quae ad legitimam pactionem ſpectant. 4 Ego nuper a Chremete repulſus, repudiatus, modo revocor ad celebrandas nuptias cum ejus filia.

5 Revocor. 6 Niſi forte cauſſa, ob quam revocor, ſit, haec.

7 Proverbium, ubi quid occulti vitii latere ſignificamus: ſic Pamphilus repudiatus gener, & rurſum ad affinitatem repetitus, ſuſpicatur in hoc aliquid eſſe doli, vel mali, quod Chremes, & Simo celare vellent. 8 Quoniam ea, ideſt Philumena filia Chremetis, nemini poteſt obtrudi, nempe nemini, vel invito, nuptui dari poteſt, ad me confugiunt, ut eam ducam. 9 Pergit ſecum loqui. 10 Rem tanti momenti, ut eſt conjugium. 11 Decet. 12 Pater meus. A facto, a tempore, a loco, a modo, & verbis oſtendit patris negligentiam in tanta re. 13 Paratus eſto. 14 Secunda pro tertia perſona; quis putet. 15 Excuſationem, & ſubaudi, potuiſſe adducere. 16 Reſciviſſem id, nempe, me hodie ducturum Philumenam. 17 Pro feciſſem.

18 Sibi reſpondet. Omnia molitus fuiſſem, ne ducerem Philumenam. 19 In diverſas partes. 20 Commiſeratio, qua ego in Glycerium moveor; paſſive ponitur. 21 Tractatio nuptiarum, imperium patris, quo ſollicitor, ut nubam. 22 Reverentia, qua patrem colere teneor.

Quae meo cunque animo lubitum eſt facere: ei ne ego ut
1 adverſer? hei mihi!
Incertum eſt quid agam. My. *miſera timeo, 2 incertum hoc*
quorſum 3 accidat.
Sed nunc peropu' eſt, aut 4 hunc cum 5 ipſa, aut me aliquid
de illa 6 adverſum hunc loqui. *(litur.*
Dum in dubio eſt animus, paulo 7 momento huc illuc impel-
Pam. *Quis hic loquitur? Myſis, ſalve.* My. *o ſalve, Pam-*
phile. Pam. *quid 8 agit?* My. *rogas?*
Laborat e dolore: atque 9 ex hoc miſera ſollicita eſt, diem
Quia 10 olim in hunc ſunt conſtitutae 11 nuptiae: tum autem
hoc timet,
Ne deſeras ſe. Pam. *hem, ego ne iſtuc 12 conari queam?*
Ego propter me illam decipi miſeram ſinam?
Quae mihi ſuum animum atque omnem vitam credidit,
Quam ego animo 13 egregie caram pro uxore habuerim,
Bene & pudice ejus 14 doctum atque 15 eductum ſinam,
Coactum egeſtate, ingenium 16 immutarier?
Non faciam. My. *haud vereor, 17 ſi in te ſolo ſit ſitum:*
Sed 18 vim ut queas ferre. Pam. *adean' me ignavum putas?*
Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Ut neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor
Commoveat, neque commoneat, ut ſervem fidem?
My. *Unum hoc ſcio, 19 meritam eſſe, ut memor eſſes ſui.*
Pam. *Memor eſſem? o Myſis, Myſis, etiam nunc mihi*
20 Scripta illa dicta ſunt in animo, Chryſidis
De Glycerio. jam ferme 21 moriens me vocat:

1 Mihi licitum faciam, ut patri adverſer? 2 Haec incertitudo, dubita io Pamphili. 3 Perveniat, evadat. 4 Pamhpilum. 5 Glycerio. 6 Cum hoc Pamphilo.
7 Motu, ideſt, levi impulſu, vi, in hanc, vel illam ſententiam impellitur. Translatum a trutina, in cujus una lance, momento, ideſt, levi pondere injecto, huc, illuc inclinat.
8 Glycerium. 9 Propter hoc. 10 Pro nuper. 11 Inter te, & Philumenam. 12 Hoc loco *conari* eſt, cogitare. 13 Praeter caeteras.
14 Excultum. 15 Educatum.
16 Immutari. Scilicet non ſinam Glyceris mores, & indolem honeſtam, & pudicam inopia impelli ad ampiectendam aliam vitae rationem, quae minime ſit honeſta. 17 Si hujus rei poteſtas in te ſolo eſſet collocata.
18 Sed vereor ne non queas ferre vim patris, qui te coget ducere Philumenam. 19 Glycerium.
20 Ordo eſt; *dicta illa Chryſidis de Glycerio ſunt* etiam nunc *mihi in animo ſcripta*, ideſt, tam alte infixa, ut ſi eſſent ſcripta.
21 Chryſis.

Acceſſi : vos 1 ſemotae : nos ſoli : incipit :
Mi Pamphile , 2 hujus formam atque aetatem vides :
3 Nec clam te eſt , quam illi 4 utraeque res 5 nunc utiles
Et ad 6 pudicitiam & tutandam ad 7 rem ſient .
8 Quod ego per hanc te 9 dexteram oro , & 10 ingenium tuum ,
Per tuam fidem , perque hujus 11 ſolitudinem
Te obteſtor , ne abs te hanc ſegreges , neu deſeras .
Si te in germani fratris dilexi loco ,
Sive 12 haec te ſolum ſemper fecit maxumi ,
Seu tibi 13 morigera fuit in rebus omnibus ,
Te iſti virum do , amicum , tutorem , patrem :
14 Bona noſtra haec tibi committo , & tuae mando fidei .
15 Hanc mi in manum dat ; mors continuo 16 ipſam occupat .
17 Accepi : acceptam ſervabo . My. *ita ſpero quidem .*
Pam. *Sed cur tu ab 18 illa?* My. *obſtetricem arceſſo .* Pam. *propera :*
Atque audin' ? verbum unum 19 cave de nuptiis
Ne ad 20 morbum hoc etiam . My. *21 teneo .*

ACTVS SECVNDVS
SCENA I.

Charinus intelligit ex Byrrhia Pamphilo nupturam Philumenam , ſupervenit ipſe Pamphilus , qui ſignificat Charino ſe ab iis nuptiis vehementer abhorrere .

Charinus , Byrrhia , Pamphilus .

Cha. ———————— *Quid ais , Byrrhia !*

Da-

1 Vos , ancillae , eratis ſemotae , receſſeratis . 2 Glycerii . 3 Neque te latet . 4 Forma , & aetas . 4 Inutiles . 5 Propter formam , nam ut ait Ovidius *Lis eſt cum forma magna pudicitiae .* 6 Rem familiarem , facultates ; propter aetatem juvenilem , in qua juvenes res ſuas prodigunt . 7 Propter quod , quare . 8 Chryſis enim inter loquendum eum tenebat . Per dexteram eum obſecrat , nam dextra eſt foederis , & fidei pignus , & fidei conſecratur , quemadmodum auris Memoriae , frons Genio , digiti Minervae . Genua Miſericordiae . 9 Indolem tuam benignam . 10 Amicorum , & propinquorum penuriam . 11 Glycerium . 12 Obſequioſa , tibi obtemperavit . 14 Hanc ſupellectilem domus noſtrae . 15 Glycerium . 16 Chryſidem . 17 In meam fidem , & tutelam Glycerium . 18 Diſcedis a Glycerio . 19 Cave ne dicas verbum unum Glycerio de iſtis , quae parantur , nuptiis . 20 Ne hoc etiam accedat ad ejus morbum , nempe , ne ob id Glycerii morbus ingraveſcat . 21 Intelligo quod velis , cavebo .

Datur 1 *illa Pamphilo hodie nuptum?* Byr. *ſic eſt*. Ch. 2 *quî ſcis, Byrrhia?*
Byr. *Apud forum modo* 3 *de Davo audivi*. Cha. *vae vae miſero mihi!*
Ut animus in 4 *ſpe atque in* 5 *timore* 6 *uſque ante hac* 7 *attentus fuit,*
Ita, poſtquam ademta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.
Byr. *Quaeſo* 8 *aedepol, Charine, quoniam* 9 *id fieri, quod vis, non poteſt,*
Velis id, quod poſſit. Cha. *nihil aliud, niſi Philumenam, volo*.
Byr. *Ah, quanto ſatius eſt*, 10 *id operam te dare,*
Iſtum 11 *quî amorem ex animo amoveas, quam id loqui,*
Quo magis libido fruſtra incendatur tua!
Cha. *Facile omnes, cum valemus, recta conſilia aegrotis damus*.
Tu ſi 12 *hic ſis, aliter* 13 *ſentias*. Byr. *age, age ut lubet*. Cha. *ſed Pamphilum*
Video. omnia experiri 14 *certum eſt prius, quam pereo*. Byr. *quid* 15 *hic agit?*
Cha. 16 *Ipſum hunc orabo; huic ſupplicabo: amorem huic narrabo meum;*
Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis 17 *prodat dies*.
Interea 18 *fiet aliquid, ſpero*. Byr. 19 *id aliquid nihil eſt*. Cha. *Byrrhia,*
Quid tibi videtur? 20 *adeon' ad eum?* Byr. *quidni? ſi nihil impetres,*
Te ſibi cavendum credat, ſi illam duxerit.

Cha-

1 Philumena filia natu major Chremetis. 2 Unde hoc ſcis. 3 Ex Davo Pamphili ſervo. 4 Ducendi Philumenam. 5 Eam amittendi. 6 Nempe, antequam tua verba de nuptiis audirem. Duae praepoſitiones, quae unum veluti adverbium componunt. 7 Suſpenſus, expectans exitum. 8 Per aedem Pollucis; jurandi formula. de qua ſupra Act. 1. Scen. 5. 9 Nempe, ut detur tibi nuptum filia Chremetis. 10 In eo laborare 11 Ut. 12 In meo ſtatu, meo loco fores. 13 Judicares aliter, quam judicas modo. 14 Conſtitui omnia experiri, nempe, tentare priuſquam peream, ideſt, amittam omnem ſpem habendae Philumenae, qua ſpe erectus vivo. 15 Charinus. Haec ſecum Byrrhia dicit de Charino, tamquam de eo, qui minime ſui compos neſcit quid agat. 16 Pamphilum. 17 Differat, protrahat nuptias 18 Aliquid novi eveniet, aliquis dolus excogitabitur. 19 Id quod ſperat non eveniet. Haec ad ſpectatores dicit. 20 Adire debeo ne Pamphilum?

Cha. *Abin' hinc in malam* 1 *rem cum ſuſpicione iſthac ,*
2 *ſcelus ?*
Pam. *Charinum video . ſalve .* Cha. *o ſalve , Pamphile :*
Ad te advenio , ſpem , ſalutem , auxilium , conſilium expetens .
Pam. *Neque pol conſilî locum habeo , neque auxilî copiam .*
Sed 3 *iſthuc quidnam eſt ?* Cha. *hodie uxorem ducis .*
Pam. *ajunt .* Cha. *Pamphile ,*
Si id facis , hodie 4 *poſtremum me vides .* Pam. *quid ita ?*
Cha. *hei mihi ,*
Vereor dicere : 5 *huic dic , quaeſo , Byrrhia .* Byr. *ego dicam .* Pam. *quid eſt ?*
Byr. *Sponſam hic tuam amat .* Pam. 6 *nae iſte haud mecum ſentit .* 7 *ehodum dic mihi ,*
Num quidnam 8 *amplius tibi cum illa fuit , Charine ?*
Cha. *ah Pamphile ,*
9 *Nil .* Pam. 10 *quam vellem !* Cha. *nunc te per amicitiam , & per amorem obſecro ,*
Principio , ut ne ducas . Pam. *dabo equidem* 11 *operam .*
Cha. *ſed ſi id non* 12 *potes ,*
Aut tibi nuptiae hae ſunt cordi . Pam. *cordi ?* Cha. *ſaltem aliquot dies*
13 *Profer , dum proficiſcor aliquo , ne videam .* Pam. *audi nunc jam :*
Ego , Charine , neutiquam officium 14 *liberi eſſe hominis puto ,*
Cum 15 *is nil promereat , poſtulare id gratiae apponi ſibi :*
Nuptias effugere ego iſtas malo , quam tu adipiſcier .

Cha.

1 Imprecantis eſt , *mala res* crucem , exitium , & omne ſupplicium notat . 2 Scelerate : ſubſtantivum pro adjectivo , abſtractum pro concreto . 3 Iſthuc , propter quod ita me alloqueris 4 Poſtremo ; ideſt non me poſtea uſquam vivum videbis , quia prae dolore , aut moriar , aut diſcedam aliquò . 5 Pamphilo . 6 Certe . Charinus non eſt ejuſdem mecum ſententiae , nam , quam ille cupit , ego odi . 7 Interjectio attentionem poſcentis . 8 Quam eam cupere . 9 Nihil amplius fuit cum illa 10 Quam cuperem cauſſam aliquam habere has nuptias recuſandi . Haec ſecum dicit . 11 Ne illam ducam . 12 Ut eam non ducas propter patris imperium . 13 Differ per aliquot dies nuptias . 14 Ingenui , honeſtique hominis 15 Cum is liber homo , qui nihil praeſlet , ideſt nullum beneficium conferat , ob quod poſſit eſſe de ipſo benemeritus , petit gratiam ſibi deberi . Quaſi dicat ergo cum ego nihil tibi praeſtem fugiendo has nuptias , nolo mihi gratias agas . non enim tui cauſſa , ſed alia prorſus Philumenae nuptias fugio .

Cha. *Reddidiſti animam*. Pam. *nunc ſi quid potes aut tu, aut hic Byrrhia*,

Facite, fingite, invenite, efficite, 1 *quî detur tibi*.

Ego id agam, mihi 2 *quî ne detur*. Cha. 3 *ſat habeo*. Pam. *Davum* 4 *optime*

Video. hujus conſilio fretu' ſum. Cha. *at tu hercle haud quidquam* 5 *mihi*,

Niſi ea, quae nihil opu' ſunt ſciri. 6 *fugin' hinc*? 7 Byr. *ego vero, ac lubens*.

SCENA II.

Davus comperta ex variis conjecturis nuptiarum falſitate Pamphilum quaerit, eumque docet falſas eſſe nuptias.

Davus, Charinus, Pamphilus.

Da. DI *boni*, 8 *boni quid porto! ſed ubi inveniam Pamphilum*,

Ut metum, in quo nunc eſt, adimam, atque expleam animum 9 *gaudio*?

Cha. *Laetus* 10 *eſt* 11 *neſcio quid*. Pam. 12 *nihil eſt. nondum haec reſcivit* 13 *mala*.

Da. *Quem ego nunc credo, ſi jam audierit ſibi paratas nuptias*.

Cha. 14 *Audin' tu illum*? Da. 15 *toto me oppido exanimatum quaerere*.

Sed

1 Ut Philumena tibi nuptum, Charine, detur. 2 Ut non. 3 Sic antiqui, pro ſufficit, dicebant. 4 Opportune. 5 Refers, nuncias. Hic Charinus increpat Byrrhiam, quod in limine hujus ſcenae illi dixerat Pamphilum hodie ducturum Philumenam, quod aegre Charinus audierat. 6 Fugiſne hinc? Comminantis eſt, & abigentis a ſe. 7 Fugiam, diſcedam. *Vero* hic, & alibi frequenter eſt affirmative reſpondentis. 8 Quantum bonum, quam felicem nuncium apporto Pamphilo renunciandum. 9 Nunciando falſas eſſe nuptias.

10 Davus. 11 Propter neſcio quid. Haec Davus ad Pamphilum dicit. 12 Quare ſit laetus, fruſtra gaudio exultat. 13 Nempe, nuptias mihi hodie paratas a patre. 14 Verba Charini ſunt ſecreto Pamphilum alloquentis. 15 Finit modo Davus ſermonem, qui Charini ſermonis interpoſitione, interruptus fuerat, quare junge haec verba cum ſuperioribus, ut ſit *quem*, nempe Pamphilum, *exanimatum*, id eſt perterritum, perturbatum, *credo quaerere me toto oppido. ſi jam audierit ſibi paratas nuptias*.

Sed ubi quaeram? quo nunc primum 1 *intendam?* Ch. 2 *eeſ-*
ſas alloqui?
Da. 3 *Abeo.* Pam. *Dave, ades.* 4 *reſiſte.* Da. *quis homo*
eſt, qui 5 *me? o Pamphile,*
Te ipſum quaero. euge o Charine! ambo 6 *opportune: vos*
volo.
Pam. *Dave, perii.* Da. 7 *quin tu hoc audi.* Pam. *interii.*
Da. *quid timeas, ſcio.*
Cha. *Mea quidem hercle certe* 8 *in dubio vita eſt.* Da. *&*
quid 9 *tu, ſcio.*
Pam. *Nuptiae* 10 *mihi.* Da. *& id ſcio.* Pam. 11 *hodie.*
Da. 12 *obtundis, tametſi intellego.*
13 *Id paves, ne ducas* 14 *tu illam: tu autem, ut ducas.*
Cha. *rem tenes.*
Pam. 15 *Iſthuc ipſum.* Da. *atqui* 16 *iſthuc ipſum nil pericli*
eſt: me 17 *vide.*
Pam. *Obſecro te, quamprimum hoc me libera miſerum* 18 *me-*
tu. Da. *hem,*
Libero, uxorem tibi jam non dat Chremes. Pam. *qui ſcis?*
Da. *ſcio.*
19 *Tuus pater modo me prehendit: ait, tibi uxorem dare*
Hodie; item alia multa, quae nunc non eſt narrandi locus.
Continuo, ad te properans, percurro ad forum, ut dicam
tibi haec.
Ubi te non invenio, 20 *ibi aſcendo in quendam excelſum locum:*
Circumſpicio: 21 *nuſquam. forte ibi* 22 *hujus video Byrrhiam:*
Ro-

1 Dirigam curſum, greſſum. 2 Charinus Pamphilum ita alloquitur timens ne abeat Davus, ac proinde eum hortatur, ut Davum alloquatur 3 Videtur Davus quaſi conſtitiſſe, ac elegiſſe quo pergat, unde dicit *abeo*, hac via pergo. 4 Mane, ſubſiſte. 5 Vocat. 6 Adeſtis. 7 Imo audi, quod tibi ſum dicturus. 8 In grave diſcrimen adducta eſt. 9 Timeas. 10 A patre indictae ſunt. Haec verba reticet Pamphilus, nam interrumpitur a Davo. 11 Nempe, nuptiae mihi paratae ſunt. 12 Eadem repetendo mihi aures obtundis, mihi moleſtus es. Metaphora a fabris, qui crebris ictibus ferrum malleo tundunt. 13 Ob id. 14 Tu, o Pamphile, ne ducas illam, nempe Philumenam, tu autem, o Charine, paves, ne non ducas illam. 15 Nempe, eſt, quod pavemus. 16 In hoc ipſo quod times. 17 Me reſpice, mihi te fide, a me ſalutem expecta. Formula ſpondendi, certam quamdam fiduciam ſignificans. 18 Nuptiarum. 19 Narrationem orditur, in qua per conjecturas arguit ſimulatas eſſe nuptias. 20 Tunc. 21 Te vidi 22 Charini, & ſubaudi ſervum.

1 *Rogo: negat vidiſſe. mihi* 2 *moleſtum. quid agam, cogito.*
Redeunti interea 3 *ex ipſa re mi incidit ſuſpicio. hem,*
4 *Paululum* 5 *opſoni* 6 *ipſus triſtis, de improviſo* 7 *nuptiae:*
8 *Non cohaerent.* Pam. *quorſumnam* 9 *iſthuc?* Da. *ego me continuo* 10 *ad Chremen.*
Cum 11 *illo advenio,* 12 *ſolitudo ante oſtium. jam* 13 *id gaudeo.* (*neminem*
Pam. *Recte dicis. perge.* Da. 14 *maneo. interea* 15 *introire*
Video, exire neminem, matronam nullam, in aedibus
Nil 16 *ornati, nil tumulti. acceſſi, introſpexi.* Pam. *ſcio:*
Magnum 17 *ſignum.* Da. *num videntur convenire haec nuptiis?*
Pam. *Non opinor, Dave.* Da. 18 *opinor, narras? non recte* 19 *accipis,* (*mi*
20 *Certa res eſt. etiam* 21 *puerum inde abiens* 22 *conveni Chre-*
Olera & piſciculos minutos ferre 23 *obolo in coenam ſeni.*
Cha. *Liberatus ſum, Dave, hodie tua opera.* Da. *at* 24 *nullus quidem.*
Cha. *Quid ita?* nem*pe* 25 *huic prorſus* 26 *illam non* 27 *dat.* Da. *ridiculum caput!*
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illam uxorem ducere.
Niſi 28 *vides, niſi ſenis amicos oras,* 29 *ambis.* Ch. *bene mones.*
30 *Ibo: etſi hercle ſaepe jam me* 31 *ſpes haec fruſtrata eſt. vale.*

SCE-

1 Eum, num te viderit? 2 Hoc reſponſum fuit. 3 Ex ipſo apparatu nuptiarum venit mihi ſuſpicio de earum veritate. 4 Argumenta ſuſpicionis. 5 Obſonium eſt omne ciborum genus praeter panem, & vinum. 6 Ipſe Simo. 7 Celebrantur. 8 Haec omnia non ſibi conveniunt, non ſunt accomodata nuptiis celebrandis. 9 Dicis. 10 Recipio in aedes Chremetis. 11 Illuc, ad domum ejus. 12 Hominum. 13 Ob id 14 Moror ante oſtium. 15 In aedes Chremetis. 16 *Ornati*, & *tumulti* antique pro ornatus, & tumultus 17 Argumentum eſt, quod dicis, me non ducturum hodie Philumenam. 18 *Opinor* tu dicis? 19 Aſſequeris, intelligis rem ipſam. 20 Adeoque non debes opinari, ſed pro certo habere nuptias non eſſe hodie futuras. 21 Famulum. 22 Inveni, occurri. 23 *Obolo*, ideſt minimo pretio emtos; obolus eſt genus parvae monetae continens ſextam partem Drachmae Atticae, ideſt duos ſolidos Florentinos, & $\frac{2}{3}$. 24 Minime. 25 Pamphilo 26 Philumenam. 27 Chremes. 28 Provides, proſpicis. 29 Ideſt, niſi eos circumeundo rogas, prehenſes, nihil efficies. Ductum a candidatis, qui comitiorum tempore ſingulos ſuffragia laturos ambire, ideſt circumire ſolebant, & manum prehenſando ſupplices ſe ipſis commendare, ut magiſtratus conſequerentur. 30 Ad orandos amicos Chremetis. 31 Ducendae Philumenae.

SCENA III.

Suadet Pamphilo, atque etiam perſuadet Davus, ut patri polliceatur ſe in ejus futurum poteſtate, & pro ejus voluntate uxorem ducturum.

Pamphilus, Davus.

Pam. 1 *Quid igitur ſibi volt pater? cur* 2 *ſimulat?* Da. *ego dicam tibi.*
Si 3 *id ſuccenſeat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes,*
4 *Ipſu' ſibi eſſe injurius videatur; neque id* 5 *injuria;*
6 *Priuſquam tuum, ut ſe ſe habeat, animum ad nuptias perſpexerit.*
Sed ſi tu negaris ducere, 7 *ibi culpam in te transferet:*
Tum illae 8 *turbae fient.* Pa. *quid vis?* 9 *patiar?* Da. 10 *pater eſt, Pamphile:*
11 *Difficile eſt: tum* 12 *haec* 13 *ſola eſt mulier.* 14 *dictum, ac factum,* 15 *invenerit*
Aliquam cauſſam, quamobrem 16 *ejiciat* 17 *oppido.* Pam. *ejiciat?* Da. 18 *cito.*
Pam. 19 *Cedo igitur, quid faciam, Dave?* Da. *dic te ducturum.* Pam. *hem.* Da. *quid eſt?*
Pam. *Ego* 20 *dicam?* Da. *cur non?* Pam. *nunquam faciam.* Da. *ne nega.*
Pam. *Suadere noli.* Da. 21 *ex ea re quid fiat, vide.*
Pam. 22 *Ut ab illa excludar, huc concludar.* Da. *non ita eſt,*
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem:
23 *Ducas volo hodie uxorem. tu, ducam, inquies:*

Ce-

1 Fingendo nuptias. 2 Velle mihi uxorem dare. 3 Ob id. 5 Ipſe tuus pater videatur ſibi eſſe injurius, ideſt iniquus, injuſtus adverſum te. 5 Immerito illi videbitur. 6 Niſi ante exploraſſet tuum animum, quomodo ſit affectus ad nuptias, an Philumenam velis ducere, an non. 7 Tum. 8 Rixae, tumultus. 9 Mihi invito dari Philumenam? 10 Simo eſt tibi pater, adeoque illi morem gerere debes. 11 Patri contradicere. 12 Glycerium. 13 Sine tutoribus, & amicis. 14 Proverbium celeritatis: ſtatim, celeriter. Italice, *detto fatto.* 15 Simo inveniet. 16 Glycerium. 17 Ex hac civitate, nempe Athenis. 18 Ejiciet. 19 Dic. 20 Me ducturum Philumenam. 21 Si nempe, dices te ducturum, vide quae commoda tibi ſint futura. 22 Ut a Glycerio ſeparer, in Philumenae nuptias, veluti in caveas ferarum more, concludar, conjiciar. 23 Mimeſis ſermonis patris.

Cedo, quid jurgabit tecum? 1 *hic reddes omnia,*
Quae nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut ſient,
Sine omni periclo. nam hocce haud dubium eſt, quin Chremes
Tibi non det gnatam: 2 *nec tu ea cauſſa minueris*
Haec quae facis, ne is ſuam mutet ſententiam.
Patri dic 3 *velle: ut, cum velit tibi jure iraſci, non queat.*
4 *Nam quod tu ſperes, propulſabo facile: uxorem, his moribus,*
Dabit nemo. inopem inveniet potius, quam te corrumpi ſinat:
Sed ſi te aequo animo 5 *ferre* 6 *accipiet,* 7 *neglegentem feceris:*
8 *Aliam otioſus quaeret. interea aliquid acciderit boni.*
Pam. *Itan' credis?* Da. *haud dubium id quidem eſt.* Pa. *vide* 9 *quo inducas.* Da. 10 *quin taces?*
Pam. *Dicam. puerum autem ne* 11 *reſciſcat mihi eſſe ex* 12 *illa,* 13 *cautio eſt:*
Nam 14 *pollicitus ſum* 15 *ſuſcepturum.* Da. *o facinus audax!* Pam. 16 *hanc fidem*
Sibi me obſecravit, qui ſe ſciret non deſerturum, ut darem,
Da. 17 *Curabitur. ſed, pater adeſt. cave te eſſe triſtem ſentiat.*

SCE-

1 Tunc. Senſus eſt: tunc ita dicendo efficies, ut omnia conſilia, cogitationes patris tui, quas adverſus te concepit, & pro certo habet, dubiae evadant, ſine periculo ducendae Philumenae. 2 Nec tu, quamvis promiſeris patri te ducturum uxorem, tamen ea de cauſſa *minueris*, ideſt, omittes facere ea, quae facis, & priſtinam vivendi conſuetudinem, ut Chremes non mutet ſententiam negandi tibi Philumenam. 3 Philumenam. 4 Occupatio eſt, qua ſolvit Davus objectum Pamphili; & ordo, & ſenſus eſt; nam ego *facile propulſabo*, ideſt refellam, *quod tu ſperas*, nimirum quod Chremes, & alius nemo dabit filiam ſuam uxorem tibi *his moribus* parum pudicis, ſcilicet praedito, qua ſpe erectus dicis te poſſe negare patri te ducturum Philumenam, ego, inquam, refellam hanc ſpem, dicamque quod pater tuus inveniet potius aliquam inopem feminam tibi dandam, quam ſinat te corrumpi prava conſuetudine. 5 Te has nuptias. 6 Intelliget. 7 Efficies ut pater tuus ſit lentus, ignavus in curandis nuptiis, licet paratis. 8 Niſi Chremes neget filiam ſuam tibi dare, Simo *otioſus*, ideſt, per otium, interpoſita mora, aliam quaeret. 9 In quod periculum 10 Cur non ſecurus es? 11 Simo. 12 Glycerio. 13 Cavendum eſt. 14 Glycerio. 15 Me educaturum puerum. 16 Ordo eſt: Glycerium *obſecravit me, ut darem ſibi hanc fidem*, nempe, ut id promitterem, ſcilicet, me ſuſcepturum, & educaturum puerum, *qui ſe ſciret non deſerturum*, ideſt, ut ea fide a me accepta ſciret ſe a me nunquam eſſe deſerendam. 17 Ne id reſciſcat pater.

SCENA IV.

Monet Pamphilum Davus, apud patrem ne titubet, ſed animo praeſenti loquatur.

Simo, Davus, Pamphilus.

Si. 1 *Reviſo, quid 2 agant, aut quid captent 3 conſili.* **Da.** 4 *Hic nunc non dubitat quin te 5 ductūrum neges.*
Venit 6 meditatus alicunde ex 7 ſolo loco:
Orationem ſperat inveniſſe ſe,
Qui 8 differat te: proin' tu face, 9 apud te ut ſies.
Pam. 10 *Modo ut poſſim.* **Da.** *crede hoc mihi, inquam, Pamphile,*
Nunquam hodie tecum 11 commutaturum patrem
Unum eſſe verbum, ſi te dices 12 ducere.

SCENA V.

Pamphilus ſe obſequentem fore patri denunciat; Byrrhia, locutum ſerio Pamphilum ratus, heri ſui cauſſa perturbatur.

Byrrhia, Simo, Davus, Pamphilus.

Byr. 13 *Eru' me, relictis 14 rebus, juſſit Pamphilum*
Hodie obſervare, ut, quid ageret de nuptiis,
Scirem. id 15 propterea nunc 16 hunc venientem ſequor.
Ipſum adeo praeſto video cum Davo. 17 hoc agam.

Si.

1 Redeo ut videam. 2 Pamphilus, & Davus. 3 Ad diſturbandas nuptias. 4 Simo. Haec loquitur Davus, finge in remotiori theatri parte, ut a Simone, nec videri, nec audiri poſſit. 5 Philumenam. 6 Bene iſtructus, munitus. Italice *vien e parole fatte*. 7 Solitario, remoto, ideoque ad meditandum accomodato. 8 Diſturbet, diſcruciet 9 Fac ut ſis compos tui, ſis praeſenti animo ad reſpondendum parti. 10 Dummodo eſſe poſſim compos mei. 11 Jurgia habiturum, altercaturum. *commutare verba* eſt aliis verbis uti, in ſermone diſcrepare. 12 Velle Philumenam. 13 Charinus.

14 Aliis meis negotiis poſthabitis. Haec cum ſequentibus ſemotus a ceteris dicit, ut a Pamphilo audiri non poſſit. 15 Propter id. 16 Simonem; *ipſum* vero Pamphilum notat, ut recte contendit *T. Faber* contra Gallicas interpretationes, & Latinas animadverſiones multorum, qui perperam in utroque loco Pamphilum ſignificari exponunt. 17 Faciam, quod juſſus ſum, nempe illum obſervabo. Sumptum a ſacris, in quibus ſacerdos, aut praeco exclamat *hoc age*, quae vox eos, qui intereſſent, monebat, ut ad rem, de qua agebatur, tota mente vacarent.

Digitized by Google

Si. 1 *Utrunque adeſſe video.* Da. *hem*, 2 *ſerva*. Si. *Pamphile*.

Da. *Quaſi* 3 *de improviſo reſpice ad eum*. Pam. *hem*, *pater*.

Da. 4 *Probe*. Si. *hodie uxorem ducas*, *ut dixi*, *volo*.

Byr. *Nunc noſtrae* 5 *parti timeo*, *quid hic reſpondeat*.

Pam. *Neque* 6 *iſthic*, *neque alibi tibi uſquam* 7 *erit in me mora*. Byr. 8 *hem!*

Da. 9 *Obmutuit*. Byr. 10 *quid dixit!* Si. *facis ut te decet*,

Cum iſthuc, *quod poſtulo*, *impetro cum* 11 *gratia*.

Da. *Sum* 12 *verus?* Byr. 13 *herus*, *quantum audio*, *uxore excidit*.

Si. *I jam nunc* 14 *intro*, *ne* 15 *in mora cum opu' ſit*, *ſies*.

Pam. *Eo*. Byr. 16 *nulla ne in re eſſe homini cuiquam fidem?*

Verum illud 17 *verbum eſt*, *volgo quod dici ſolet*,

18 *Omnes ſibi malle melius eſſe*, *quam alteri*.

19 *Renuntiabo*, *ut pro hoc malo mihi det malum*.

SCENA VI.

Davus confirmat Simoni Pamphilum a nuptiis nullatenus

1 Pamphilum, & Davum. 2 Obſerva, quae tibi ſuperius dixi. 3 Ut videatur te illum antea non vidiſſe, credatque te nihil doloſe proinde loquturum. Haec tacite ad Pamphilum dicit. 4 Recte ita te convertiſti. 5 Mihi, & Charino domino meo. Timeo nimirum ne hic, ideſt Pamphilus, reſpondeat ſe ducturum Philumenam, quod noſtrae parti nocebit. Haec clam ad ſpectatores dicit. 6 In iis nuptiis. 7 Non cunctabor, praeſto ero ad obediendum tibi. 8 Perculſus tali dicto Byrrhia, interiectione magis, quam verbo exclamavit. 9 Simo. Haec ſecreto ad Pamphilum dicit. 10 Quid umquam dixit, quid reſpondit Pamphilus patri? Haec ſecum loquitur. 11 Benevolentia, libenti animo, ſine contentione. Italice; *ottengo colle buone*. 12 Veridicus. Italice; *non diſsi il vero*. 13 Charinus in quantum intelligo *excidit uxore*, ideſt, ſpem amiſit ducendae Philumenae. 14 In domum. 15 Cuncteris. 16 Subaudi fieri ne poteſt? 17 Proverbium 18 Adeoque malle Pamphilum ſibi Philumenam dari, quam Charino. Haec Byrrhia dicit, credens ſerio loquutum Pamphilum, cum ſe patri obtemperaturum promiſit. 19 Hoc nuncium, nempe, Pamphilum ducturum Philumenam, referam Charino, ut pro hoc malo nuncio, *det malum*, ideſt, verberibus, poena me afficiat, ut opinor.

nus abhorrere, ſub finem aliud agens ſenem acute mordet.

Davus, Simo.

Da. 1 *HIc nunc me credit aliquam ſibi fallaciam*
2 Portare, & ea me hic reſtitiſſe 3 gratia.
Si. *Quid Davus narrat?* Da. 4 *aeque quidquam nunc quidem.*
Si. *Nihil ne? hem.* Da. *nihil prorſus.* Si. *atqui 5 expeſtabam quidem.*
Da. 6 *Praeter ſpem evenit, ſentio: 7 hoc male habet virum.*
Si. 8 *Potin' es mihi verum dicere?* Da. *nihil facilius.*
Si. *Num 9 illi moleſtae quidpiam hae ſunt nuptiae,*
Hujuſce propter conſuetudinem 10 hoſpitae?
Da. 11 *Nihil hercle: 12 aut ſi adeo, bidui eſt aut tridui*
Haec ſolicitudo, 13 noſtin'? deinde 14 deſinet:
15 Etenim eam ſecum rem recta reputavit via.
Si. *Laudo.* Da. *dum 16 licitum eſt illi, dumque aetas tulit,*
Amavit: tum id clam. cavit ne unquam infamiae
Ea res ſibi eſſet, ut virum fortem decet:
17 Nunc uxore opus eſt: animum ad uxorem appulit.
Si. *Subtriſtis viſu' eſt eſſe aliquantulum mibi.*
Da 18 *Nibil propter hanc rem: ſed eſt quod ſuccenſet tibi.*
Si. *Quidnam eſt?* Da. *puerile eſt.* Si. *quid eſt?* Da. *nihil.*
Si. *quin dic quid eſt.*
Da. *Ait nimium parce facere 19 ſumptum.* Si. *me ne?* Da. *te.*
20 Vix, inquit, drachmis opſonatus eſt decem:

1 Num

1 Simo. 2 Struere, moliri. Haec demiſſa voce dicit.
3 *Ea gratia*, ideſt, ea cauſſa eum fallendi. 4 Ordo, & ſenſus eſt; *nunc quidem quidquam*, ſubaudi, narro, aeque, atque antea, ideſt nihil modo loquor, ut antea nihil loquebar. 5 Ut aliquid diceres. 6 Contra ſpem evenit Simoni; ſperabat enim aliter a Pamphilo dictum iri. 7 Hoc angit, cruciat Simonem. Haec averſus a Simone ad ſpectatores dicit Davus. 8 Poteſne: 9 Pamphilo. 10 Glycerii, quae hoſpes, & peregrina exiſtimabatur, cum revera eſſet Athenienſis, ut poſtea planum fiet.
11 Moleſtae ſunt Pamphilo hae nuptiae. 12 Aut ſi aliquantulum illi moleſtae ſunt. 13 Intelligis ne hoc? 14 Illa ſolicitudo.
15 Etenim Pamphilus *reputavit*, ideſt retractavit, correxit *eam rem*, nempe priſtinam vivendi conſuetudinem, vel has nuptias *recta via*, ſcilicet recta ratione, atque conſilio conſideravit.
16 Quamdiu tu permiſiſti Pamphilo. 17 Nunc vero cum intelligat ſibi uxorem ducendam eſſe. 18 Non eſt Pamphilus aliquantulum triſtis propter nuptias, ſed aliud eſt, propter quod ipſe iraſcitur tibi. 19 In celebrandis nuptiis. 20 Inquit Pamphilus, pater meus vix coemit obſonia pro decem drachmis, pro uno Philippeo, vel nummo aureo Romano.

1 *Num ſilio videtur uxorem dare?*
Quem, inquit, vocabo ad coenam meorum 2 *aequalium*
Potiſſimum nunc? &, 3 *quod dicendum hîc ſiet,*
Tu quoque 4 *perparce nimium. non laudo.* Si. *tace.*
Da. 5 *Commovi.* Si. 6 *ego iſthaec recte ut fiant videro.*
Quidnam 7 *hoc rei eſt? quidnam hic volt* 8 *veterator ſibi?*
Nam ſi 9 *hîc mali eſt quidquam, hem* 10 *illic eſt huic rei* 11 *caput.*

ACTVS TERTIVS

SCENA I.

Simo dum nimium callidus videri, & eſſe cupit, mirifice fallitur, & Glycerii partum, qui verus erat, a Davo fictum interpretatur.

Myſis, Simo, Davus, Lesbia, Glycerium.

My. *Ita pol quidem res eſt,* 12 *ut dixti, Lesbia:*
Fidelem haud ferme mulieri 13 *invenias virum.*
Si. 14 *Ab Andria eſt ancilla haec.* 15 *quid narras?* Da. *ita eſt.*
My. 16 *Sed hic Pamphilus.* Si. *quid* 17 *dicit?* My. *firmavit* 18 *fidem.* Si. *hem.*
Da. *Vtinam aut* 19 *hic ſurdus, aut* 20 *haec muta facta ſit.*

1 Num tam exiguo convivii apparatu videtur dare velle Simo uxorem filio? 2 Juvenum ejusdem mecum aetatis. 3 Quod tua pace dicendum eſt *hic*, ideſt hoc loco, abſente filio. 4 Sumtum facis. 5 Irritavi, pupugi eum. Italice *l' hò toccato nel vivo.* Haec tacite dicit Davus. 6 Ego curabo, ut iſtae nuptiae ſplendide fiant. 7 Quod dixit Davus. Haec ſolus dicit Simo. 8 Vetus in aſtutia, & in dolis exercitatus. Proprie hoc nomine dicebantur ſervi, qui diuturna ſervitute, & ſaepe mutata, vafri, & callidi evaſerant. 9 In hac re, quam mihi retulit Davus de Pamphilo. 10 Pro ille. 11 Origo, auctor. 12 Dixiſti. Fingitur Myſidem, & Lesbiam, priuſquam in aedes Glycerii pervenerint, nonnulla de virorum infidelitate per viā loquutas fuiſſe, quare Myſis modo confirmat Lesbiae orationem. 13 Secunda pro tertia perſona; quis inveniat vel invenire poſſit. 14 Ex familia, ſeu domo Andriae, ideſt Glycerii. 15 Quid ais, Dave. 16 Myſis, & Lesbia ignorantes Simonem adeſſe, & audire, ſermonem habent de Pamphilo, hujus vero ſermonis non ſtatim continuantur verba ſequentia *firmavit fidem* cum ceteris, quod Simo, & Davus interloquuntur. 17 De Pamphilo. 18 Se numquam Glycerium deſerturum. 19 Simo. 20 Myſis ancilla: Simo ſurdus, ne audiret, Myſis muta, ne loqueretur.

My. *Nam quod* 1 *peperiſſet*, 2 *juſſit tolli*. Si. *o Jupiter*,
Quid ego audio! 3 *actum eſt*, *ſiquidem* 4 *haec vera praedicat*.
Le. *Bonum* 5 *ingenium narras* 6 *adoleſcentis*. My. 7 *optimum*.
Sed ſequere me intro, *ne in mora* 8 *illi ſis*. Le. *ſequor*.
Da. *Quod remedium nunc huic* 9 *malo inveniam?* Si. 10 *quid hoc?*
Adeon' eſt 11 *demens?* *ex* 12 *peregrina?* *jam* 13 *ſcio*. *ah!*
Vix tandem 14 *ſenſi ſtolidus*. Da. *quid hic ſenſiſſe ait?*
Si. *Haec primum adfertur jam mihi ab* 15 *hoc fallacia*.
16 *Hanc ſimulant parere*, *quo Chremetem abſterreant*.
Gly. 17 *Juno Lucina*, *fer opem*. *ſerva me obſecro*.
Si. 18 *Hui*, *tam* 19 *cito?* *ridiculum*. *poſtquam ante oſtium*
Me audivit ſtare, 20 *approperat*. 21 *non ſat commode*
Diviſa ſunt temporibus tibi, *Dave*, *haec*. Da. 22 *mihin'?*
Si. 23 *Num immemores diſcipuli?* Da. *ego*, *quid narres*, *neſcio*.
Si. *Hiccine ſi me imparatum in veris nuptiis*

Ador-

1 Glycerium. 2 Pamphilus juſſit ſervari, educari.
3 Nihil amplius de meo filio, & de nuptiis Philumenae mihi ſperandum ſupereſt. Proverbium deſperationi accomodatum, & deſumptum a foro, ubi *actum eſſe* dicitur quando lata ſententia lis reperi non poteſt.
4 Myſis. 5 Indolem, optimos mores. 6 Pamphili. 7 Eſt ingenium illius. 8 Glycerio.
9 Quod imminet mihi, & Pamphilo, ex iis, quae Simo audivit ab ancilla. Secum deliberat, & loquitur. 10 Rei eſt, quod dixit Lesbia? 11 Pamphilus. 12 Subaudi filium ſuſcepit. Athenis peregrinae vulgo male audiebant.
13 Se corrigit Simo dicens, jam ſcio, ideſt intelligo, aſſequor quid iſtae ſibi ancillae velint.
14 Intellexi fallaciam, quae mihi ſtruitur ab illis. Simo enim in ſuſpicionem modo venit quod ancillae edoctae a Davo ſimulent Glycerii partum, ut Chremetem avocent a danda Pamphilo filia ſua. 15 Davo. 16 Glycerium. 17 Dea partuum praeſes, eadem ac Diana, quam invocabant parturientes ad opem ferendam. Sic in aedibus clamat Glycerium quaſi parturiens.
18 Interjectio parturientem irridentis. 19 Scilicet tempus pariendi Glycerio advenit? 20 Glycerium parere. 21 O Dave, non ſatis opportune haec tua conſilia diviſa ſunt a te ſuis temporibus, ideſt ſecundum temporis opportunitatem, quaſi dicat non recte ordinaſti rem, fraudem compoſuiſti. 22 An a me haec non ſunt diviſa temporibus ſuis?
23 Senſus eſt; ſi tu haec commode diviſiſti temporibus ſuis, num diſcipuli tui, nempe Pamphilus, Glycerium, & ancillae, qui omnes te tanquam magiſtrum habent in iis fallaciis, ſunt immemores tuorum praeceptorum, id eſt parum aſtuti, & intelligentes, qui fraudes ſuas tam male temperant, & ordinem in fallaciis ſtruendis a te praeſcriptum obliviſcuntur?

Digitized by Google

Adortus eſſet, quos mihi 1 *ludos redderet!*
2 *Nunc hujus periclo ſit.* 3 *ego in portu navigo.*

SCENA II.

Lesbia egrediens narrat quo in ſtatu ſit Glycerium; mox Davi & Simonis de puero edito callida habetur altercatio.

Lesbia, Archillis, Simo, Davus.

Le. 4 *ADhuc, Archillis, quae adſolent, quaeque* 5 *oportent,*
Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.
Nunc primum fac, 6 *iſthaec ut lavet: poſt deinde,*
Quod juſſi, ei date bibere, & quantum imperavi,
Date: mox ego huc revertor.
Per 7 *caſtor, ſcitu' puer natus eſt Pamphilo:*
Deos quaeſo, ut ſit 8 *ſuperſtes: quandoquidem* 9 *ipſe eſt ingenio bono.*
10 *Cumque huic veritus eſt optumae* 11 *adoleſcenti* 12 *facere injuriam.*
Si. 13 *Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe* 14 *ortum?* Da. *quidnam id eſt?*
Si. 15 *Non imperabat coram, quid opus facto eſſet puerperae:*
Sed, poſtquam egreſſa eſt, illis, quae ſunt intus, clamat de via:

 O *Da-*

1 Ludos faceret, ut me derideret, deciperet! 2 Nunc in Davi periculum, & perniciem res agitur, nam quidquid ab eo doli ſit in eum recidet. 3 Ego in tuto ſum, ideſt, ego res meas citra periculum agam. Formula proverbialis deſumpta a navigantibus, qui dum intra portum ſunt, nil undas, ventoſque pertimeſcunt. 4 Haec dicit Lesbia de domo Glycerii egrediens.
5 Huic Glycerio partu levatae. Archaiſmus. 6 Glycerium ut lavetur, *lavet* paſſive uſurpatur. Nonnulli *iſtaec* ea, quae ex puerperio ſordebant, dicunt. 7 Per aedem Caſtoris: vide Act. 1. ſc. 4. verſ. 2. 8 Incolumis. Formula bene precandi recens natis:
9 Pamphilus praeditus eſt optima indole. 10 Et quandoquidem.
11 Glycerio. 12 Eam deſerendo:
13 Certe hoc commentum de Glycerii partu. 14 Confictum.
15 Ordo, & ſenſus eſt; Lesbia *non imperabat coram* Glycerio, & & aliis ancillis intus in domo, *quid opus eſſet facto*, ideſt, facere puerperae, *ſed poſtquam egreſſa eſt; clamat de via illis* mulieribus, *quae ſunt intus*, & certa remedia pro Glycerio praeſcribit. Quaſi dicat; haec dixit Lesbia, ut ego talia audiens, & vera putans deludar, & a danda uxore Pamphilo abſterrear.

O Dave, itan' contemnor abs te? aut ita ne tandem idoneus
Tibi videor eſſe, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem 1 *accurate, ut metui videar certe, ſi* 2 *reſciverim.*
Da. 3 *Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego.* Si. 4 *edixin' tibi?*
Interminatus ſum ne faceres? num 5 *veritus? quid* 6 *retulit?*
7 *Credon' tibi hoc nunc, peperiſſe hanc e Pampilo?*
Da. 8 *Teneo quid erret: quid ego* 9 *agam, habeo.* Si. *quid taces?*
Da. *Quid,* 10 *credas? quaſi non tibi renuntiata ſint haec ſic fore.*
Si. *Mihin'* 11 *quiſquam?* Da. 12 *eho, an* 13 *tute intellexti hoc adſimulari?* Si. *irrideor.*
Da. 14 *renuntiatum eſt: nam* 15 *qui iſthaec tibi incidit* 16 *ſuſpicio?*
Si. *Qui? quia* 17 *te noram.* Da. *quaſi tu dicas factum id conſilio meo.*
Si. *Certe enim ſcio.* Da. *non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim, Simo.*
Si. *Egone* 18 *te?* Da. *ſed, ſi quid narrare occepi, continuo* 19 *dari*

Tibi

1 Fallacias te intendiſſe oportuit. 2 Tuas fallacias. 3 Haec ita ſubmiſſe dicit, ut audiat ſpectator, & ſeni tacuiſſe videatur. 4 Nonne imperavi tibi ne faceres fallacias in nuptiis. Hic illud redit Act. 1. ſc. 2. ver. 13. *ſed dico tibi, ne temere facias.* 5 Nempe, es meas minas, & edictum meum. 6 Quid mihi profuit minari; vel quid interfuit tua, quid utiliraris habes ex tuis fallaciis? 7 Putas ne me tibi credere hoc? 8 Intelligo propter quid erret, fallatur Simo, ſcilicet, meo, & mulierum conſilio partum ſimulari ad diſturbandas nuptias, credit; itaque hunc ejus errorem non minuam, aut tollam, ſed reſponſionibus meis efficiam, ut hic error animo *ejus* magis inhaereat. 9 Et quid reſpondeam ſcio. Haec ita demiſſe ſecum dicit, ut eum tacuiſſe dicat Simo. 10 Repetit ſuperiora verba Simonis *credon'*; quaſi dicat non eſt opus, ut hoc mihi credas, quaſi tibi non ſignificata ſint &c. Ironia. 11 Hoc dixit, renunciavit. 12 Hic non vocantis, ut alias, ſed admirantis eſt. 13 An per te, nemine renunciante, intellexiſti Glycerii partum fingi. 14 Tibi, ſcilicet, hoc adſimulari. 15 Vnde. 16 Adſimulari Glycerii partum. 17 Doloſum, & fraudolentum. 18 Non ſatis pernovi. 19 Te falli, tibi imponi a me.

Tibi verba cenſes. Si. 1 *falſo.* Da. *itaque hercle nihil jam mutire audeo.*

Si. *Hoc ego ſcio unum,* 2 *neminem peperiſſe hic.* Da. 3 *intellextin'?*

Sed nihilo ſeciu' mox 4 *deferent puerum huc ante oſtium.*

Id ego jam nunc tibi renuntio, here, futurum, ut ſis ſciens:

Ne tu hoc mihi poſterius dicas, Davi factum conſilio, aut dolis.

Prorſus a me opinionem hanc tuam eſſe ego amotam volo.

Si. *Unde* 5 *id ſcis?* Da. *audivi, & credo. multa concurrunt ſimul,*

6 *Qui conjecturam hanc nunc facio. jam primum haec ſe e Pamphilo*

Gravidam dixit eſſe. 7 *inventum eſt falſum. nunc, poſtquam videt*

Nuptias domi apparari, miſſa eſt ancilla illico

Obſtetricem arcerſitum ad eam, & 8 *puerum ut adferret ſimul.*

Hoc niſi fit, puerum ut tu videas, nil 9 *moventur nuptiae.*

Si. *Quid ais? cum intellexeras*

Id conſilii 10 *capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?*

Da. *Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? nam omnes nos quidem*

Scimus quam miſere hanc amarit: 11 *nunc ſibi uxorem expetit.*

Poſtremo 12 *id mihi da negoti. tu tamen idem has nuptias*

Perge facere ita ut facis: & id ſpero adjuturos deos.

Si. *Imo abi intro, ibi me opperire, & quod* 13 *parato opus eſt, para.*

14 *Non impulit me, haec nunc omnino ut crederem:*

Atque haud ſcio, an, quae dixit, ſint vera omnia:

M 4 *Sed*

1 Haud vere eſt, quod ego cenſeam me decipi, cum narrationem occipis. Ironia.
2 Nullam feminam. In feminino genere uſurpatur. 3 Intellexiſti ne, habeſne hoc pro certo? 4 Ancillae. 5 Ancillas puerum allaturas, ut me decipiant, & nuptias impediant.
6 Ex quibus. 7 Vt tu, Simo, credis; ejus enim errore utitur Davus. 8 Quem fingeret editum a Glycerio. 9 Perturbantur, impediuntur. 10 Ancillas, & Glycerium. 11 Nunc Pamphilus expetit ſibi dari uxorem, quam volueris. 12 Vt filium tuum in officio, & in honeſto nuptiarum propoſito retineam, atque omnia ancillarum conſilia intervertam. 13 Parare. 14 Davus non mihi perſuaſit. Haec ſecum abeunte Davo, dicit Simo.

Sed 1 parvi pendo. illud mihi multo maxumum eſt,
Quod mihi pollicitu' eſt ipſus gnatus. nunc Chremen
Conveniam: 2 orabo gnato uxorem. id ſi impetro,
Quid alìas malim, quam hodie has fieri nuptias?
3 Nam gnatus quod pollicitu' eſt, haud dubium eſt mihi,
Si nolit, quin eum merito poſsim cogere.
4 Atque adeo 5 in tempore eccum ipſum obviam Chremen.

SCENA III.

Simo Chremetem orat, ut filiam ſuam Pamphilo det uxorem: exorat, & e ſimulatis nuptis verae fiunt.

Simo, Chremes.

Si. 6 *JUbeo Chremetem.* Ch. *oh, te ipſum quaerebam.*
Si. *et ego te.* Ch. 7 *optato advenis.*
Aliquot me adiere, ex te auditum qui ajebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato: id 8 viſo, tune, an illi inſaniant.
Si. *Auſculta pauca; & quid ego te velim, & tu quod quaeris, ſcies.*
Ch. *Auſculto; loquere, quid velis.*
Si 9 *Per te deos oro & noſtram amicitiam, Chreme,*
Quae incepta a parvis cum aetate accrevit ſimul,
Perque unicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cujus tibi poteſtas ſumma ſervandi datur:
Ut me adjuves in hac re, atque ita uti nuptiae
Fuerant futurae, fiant. Ch. *ah, ne me obſecra:*
Quaſi hoc te orando a me impetrare oporteat.
Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim, cum 10 dabam?
Si in rem eſt 11 utrique, ut 12 fiant, 13 arceſſi jube.
Sed ſi ex ea re plus mali eſt, quam commodi
Utrique; id oro te, 14 in commune ut conſulas,
Quaſi 15 illa tua ſit, Pamphilique ego ſim pater.

Si.

1 Quae dicit Davus. 2 Ut det filiam ſuam.
3 Ordo eſt: non dubium eſt, quin merito poſſim cogere gnatum ad ducendam uxorem, ſi nolit praeſtare quod pollicitus eſt.
4 Sed 5 Opportune. 6 Salutandi formula, & ſubaudi *Salvere*, quae vox interventu alterius perſonae ſupprimitur.
7 Adverbium eſt; a me optatus.
8 Ob id venio ad te videndum, ut reſciſcam. 9 Elegantiae cauſſa ſeparatur *per* a ſuo caſu.
10 Cum promiſi me filiam daturum Pamphilo. 11 *Si utrique*, id eſt mihi, & tibi, vel meae filiae, & tuo filio, *eſt in rem*; nempe, eſt utile, commodum. 13 Nuptiae. 12 Sponſam. 14 In utriuſque noſtrum utilitatem, & commodum.
15 Philumena filia mea.

Si. *Imo* 1 *ita volo, itaque poſtulo ut fiat, Chreme:*
Neque poſtulem abs te, niſi 2 *ipſa res moneat.* Ch. *quid eſt?*
Si. *Irae ſunt inter Glycerium, & gnatum.* Ch. 3 *audio.*
Si. *Ita magnae, ut ſperem poſſe* 4 *avelli.* Ch. *fabulae.*
Si. *Profecto ſic eſt.* Ch. *ſic hercle, ut dicam tibi:*
Amantium irae, amoris 5 *integratio eſt.*
Si. *Hem,* 6 *id te oro, ut* 7 *anteeamus, dum tempus datur,*
Dumque 8 *ejus lubido* 9 *occluſa eſt contumeliis.*
Priuſquam 10 *harum ſcelera & lacrumae confictae dolis*
Reducunt 11 *animum* 12 *aegrotum ad* 13 *miſericordiam,*
Uxorem demus. ſpero conſuetudine, &
Conjugio 14 *liberali devinctum, Chreme,*
Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis.
Ch. *Tibi ita hoc videtur, at ego non poſſe arbitror*
Neque illum 15 *hanc* 16 *perpetuo habere, neque me* 17 *perpeti.*
Si. *Qui ſcis ergo iſthuc, niſi* 18 *periclum feceris?*
Ch. *At iſthuc periclum in filia fieri, grave eſt.*
Si. *Nempe* 19 *incommoditas denique huc omnis redit:*
Si eveniat, quod di prohibeant, 20 *diſceſſio.*
At ſi 21 *corrigitur, quot* 22 *commoditates? vide.*
Principio 23 *amico filium reſtitueris:*
Tibi generum firmum, & filiae invenies virum.
Ch. 24 *Quid iſthic? ſi ita iſthuc animum* 25 *induxti eſſe utile,*
Nolo tibi ullum commodum in me 26 *claudier.*

Si.

1 Ego etiam *ita volo*, nempe ut iſtae nuptiae fiant, ſi futurae ſunt utrique noſtrûm utiles. 2 Ipſa utilitas ſuaderet id eſſe faciendum. 3 Conceſſio ironica. 4 Pamphilum abalienari ab illa. 5 Inſtauratio, renovatio. 6 Ob id, nempe, quia amantium ira eſt integratio amoris. 7 Ideſt, occurramus hujuſmodi amoris integrationi. 8 Pamphili. 9 Impedita conviciis, quibus a Glycerio eſt affectus. 10 Glycerii, ejuſque ancillarum. 11 Pamphili. 12 Saucium, imbecillem ob alterius feminae conſuetudinem. 13 Commiſerationem Glycerii. 14 Honeſto, & pudico, eo quod inter liberas perſonas fiat. 15 Philumenam. 16 Diu cum illa vivere. 17 Pamphilum aliter vivere ac illum decet. 18 Experimentum. 19 Malum, damnum. 20 Divortium, quod olim gravioribus, mox vero levioribus cauſſis apud Romanos permittebatur, unde hoc loco a Simone *incommoditas*, & *diſceſſio tantum dicitur*. Divortii formula erat *res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito*. 21 Mores priſtinos mutet Pamphilus. 22 Utilitates ex hoc conjugio orientur. 23 Mihi Pamphilum a priſtina vivendi ratione mutatum reſtituas. 24 Quid aliud dicam? Formula concedentis Comicis uſitata. 25 Induxiſti animum, ideſt: tibi perſuaſiſti. 26 Claudi, nempe a me impediri. Senſus eſt; non is ego fuero, qui utilitates ex iis nuptiis in te profecturas impediam.

SCENA IV.

Monet Pamphilum Davus, apud patrem ne titubet, ſed animo praeſenti loquatur.

Simo, Davus, Pamphilus.

Si. 1 *Reviſo, quid 2 agant, aut quid captent 3 conſili.* Da. 4 *Hic nunc non dubitat quin te 5 ducturum neges.*
Venit 6 meditatus alicunde ex 7 ſolo loco:
Orationem ſperat inveniſſe ſe,
Qui 8 differat te: proin' tu face, 9 apud te ut ſies.
Pam. 10 *Modo ut poſſim.* Da. *crede hoc mihi, inquam, Pamphile,*
Nunquam hodie tecum 11 commutaturum patrem
Unum eſſe verbum, ſi te dices 12 ducere.

SCENA V.

Pamphilus ſe obſequentem fore patri denunciat; Byrrhia, locutum ſerio Pamphilum ratus, heri ſui cauſſa perturbatur.

Byrrhia, Simo, Davus, Pamphilus.

Byr. 13 *Heru' me, relictis 14 rebus, juſſit Pamphilum*
Hodie obſervare, ut, quid ageret de nuptiis,
Scirem. id 15 propterea nunc 16 hunc venientem ſequor.
Ipſum adeo praeſto video cum Davo. 17 hoc agam.

Si.

1 Redeo ut videam. 2 Pamphilus, & Davus. 3 Ad diſturbandas nuptias. 4 Simo. Haec loquitur Davus, finge in remotiori theatri parte, ut a Simone, nec videri, nec audiri poſſit. 5 Philumenam. 6 Bene iſtructus, munitus. Italice *vien e parole fatte*. 7 Solitario, remoto, ideoque ad meditandum accomodato. 8 Diſturbet, diſcruciet 9 Fac ut ſis compos tui, ſis praeſenti animo ad reſpondendum patri. 10 Dummodo eſſe poſſim compos mei. 11 Jurgia habiturum, altercaturum. *commutare verba* eſt aliis verbis uti, in ſermone diſcrepare. 12 Velle Philumenam. 13 Charinus.

14 Aliis meis negotiis poſthabitis. Haec cum ſequentibus ſemotus a ceteris dicit, ut a Pamphilo audiri non poſſit. 15 Propter id. 16 Simonem; *ipſum* vero Pamphilum notat, ut recte contendit *T. Faber* contra Gallicas interpretationes, & Latinas animadverſiones multorum, qui perperam in utroque loco Pamphilum ſignificari exponunt. 17 Faciam, quod juſſus ſum, nempe illum obſervabo. Sumptum a ſacris, in quibus ſacerdos, aut praeco exclamat *hoc age*, quae vox eos, qui intereſſent, monebat, ut ad rem, de qua agebatur, tota mente vacarent.

Si. 1 *Utrunque adeſſe video*. Da. *hem*, 2 *ſerva*. Si. *Pamphile*.

Da. *Quaſi* 3 *de improviſo reſpice ad eum*. Pam. *hem*, *pater*.

Da. 4 *Probe*. Si. *hodie uxorem ducas*, *ut dixi*, *volo*.

Byr. *Nunc noſtrae* 5 *parti timeo*, *quid hic reſpondeat*.

Pam. *Neque* 6 *iſthic*, *neque alibi tibi uſquam* 7 *erit in me mora*. Byr. 8 *hem!*

Da. 9 *Obmutuit*. Byr. 10 *quid dixit!* Si. *facis ut te decet*,

Cum iſthuc, *quod poſtulo*, *impetro cum* 11 *gratia*.

Da. *Sum* 12 *verus?* Byr. 13 *herus*, *quantum audio*, *uxore excidit*.

Si. *I jam nunc* 14 *intro*, *ne* 15 *in mora cum opu' ſit*, *ſies*.

Pam. *Eo*. Byr. 16 *nulla ne in re eſſe homini cuiquam ſidem?*

Verum illud 17 *verbum eſt*, *volgo quod dici ſolet*,

18 *Omnes ſibi malle melius eſſe*, *quam alteri*.

19 *Renuntiabo*, *ut pro hoc malo mihi det malum*.

SCENA VI.

Davus confirmat Simoni Pamphilum a nuptiis nullate-

1 Pamphilum, & Davum. 2 Obſerva, quae tibi ſuperius dixi. 3 Ut videatur te illum antea non vidiſſe, credatque te nihil doloſe proinde loquuturum. Haec tacite ad Pamphilum dicit. 4 Recte ita te convertiſti. 5 Mihi, & Charino domino meo. Timeo nimirum ne hic, ideſt Pamphilus, reſpondeat ſe ducturum Philumenam, quod noſtrae parti nocebit. Haec clam ad ſpectatores dicit. 6 In iis nuptiis.
7 Non cunctabor, praeſto ero ad obediendum tibi. 8 Perculſus tali dicto Byrrhia, interiectione magis, quam verbo exclamavit. 9 Simo. Haec ſecreto ad Pamphilum dicit. 10 Quid umquam dixit, quid reſpondit Pamphilus patri? Haec ſecum loquitur. 11 Benevolentia, libenti animo, ſine contentione. Italice; *ottengo colle buone*. 12 Veridicus. Italice; *non diſsi il vero*. 13 Charinus in quantum intelligo *excidit uxore*, ideſt, ſpem amiſit ducendae Philumenae. 14 In domum. 15 Cuncteris. 16 Subaudi fieri ne poteſt? 17 Proverbium 18 Adeoque malle Pamphilum ſibi Philumenam dari, quam Charino. Haec Byrrhia dicit, credens ſerio loquutum Pamphilum, cum ſe patri obtemperaturum promiſit. 19 Hoc nuncium, nempe, Pamphilum ducturum Philumenam, referam Charino, ut pro hoc malo nuncio, *det malum*, ideſt, verberibus, poena me afficiat, ut opinor.

nus abhorrere, ſub finem aliud agens ſenem acute mordet.

Davus, Simo.

Da. 1 *Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam*
2 Portare, & ea me hic reſtitiſſe 3 gratia.
Si. *Quid Davus narrat?* Da. 4 *aeque quidquam nunc quidem.*
Si. *Nihil ne? hem.* Da. *nihil prorſus.* Si. *atqui 5 expectabam quidem.*
Da. 6 *Praeter ſpem evenit, ſentio: 7 hoc male habet virum.*
Si. 8 *Potin' es mihi verum dicere?* Da. *nihil facilius.*
Si. *Num 9 illi moleſtae quidpiam hae ſunt nuptiae,*
Hujuſce propter conſuetudinem 10 hoſpitae?
Da. 11 *Nihil hercle: 12 aut ſi adeo, bidui eſt aut tridui*
Haec ſolicitudo, 13 noſtin'? deinde 14 deſinet:
15 Etenim eam ſecum rem recta reputavit via.
Si. *Laudo.* Da. *dum 16 licitum eſt illi, dumque aetas tulit,*
Amavit: tum id clam. cavit ne unquam infamiae
Ea res ſibi eſſet, ut virum fortem decet:
17 Nunc uxore opus eſt: animum ad uxorem appulit.
Si. *Subtriſtis viſu' eſt eſſe aliquantulum mihi.*
Da 18 *Nihil propter hanc rem: ſed eſt quod ſuccenſet tibi.*
Si. *Quidnam eſt?* Da. *puerile eſt.* Si. *quid eſt?* Da. *nihil.*
Si. *quin dic quid eſt.*
Da. *Ait nimium parce facere 19 ſumptum.* Si. *me ne?* Da. *te.*
20 *Vix, inquit, drachmis opſonatus eſt decem:*

1 Num

1 Simo. 2 Struere, moliri. Haec demiſſa voce dicit.
3 *Ea gratia*, ideſt, ea cauſſa eum fallendi. 4 Ordo, & ſenſus eſt; *nunc quidem quidquam*, ſubaudi, narro, aeque, atque antea, ideſt nihil modo loquor, ut antea nihil loquebar. 5 Ut aliquid diceres. 6 Contra ſpem evenit Simoni; ſperabat enim aliter a Pamphilo dictum iri.
7 Hoc angit, cruciat Simonem. Haec averſus a Simone ad ſpectatores dicit Davus. 8 Poteſne.
9 Pamphilo. 10 Glycerii, quae hoſpes, & peregrina exiſtimabatur, cum revera eſſet Athenienſis, ut poſtea planum fiet.
11 Moleſtae ſunt Pamphilo hae nuptiae. 12 Aut ſi aliquantulum illi moleſtae ſunt. 13 Intelligis ne hoc? 14 Illa ſolicitudo.
15 Etenim Pamphilus *reputavit*, ideſt retractavit, correxit *eam rem*, nempe priſtinam vivendi conſuetudinem, vel has nuptias *recta via*, ſcilicet recta ratione, atque conſilio conſideravit.
16 Quamdiu tu permiſiſti Pamphilo. 17 Nunc vero cum intelligat ſibi uxorem ducendam eſſe. 18 Non eſt Pamphilus aliquantulum triſtis propter nuptias, ſed aliud eſt, propter quod ipſe iraſcitur tibi. 19 In celebrandis nuptiis. 20 Inquit Pamphilus, pater meus vix coemit obſonia pro decem drachmis, pro uno Philippeo, vel nummo aureo Romano.

1 *Num ſilio videtur uxorem dare?*
Quem, inquit, vocabo ad coenam meorum 2 *aequalium*
Potiſſimum nunc? &, 3 *quod dicendum hîc ſiet,*
Tu quoque 4 *perparce nimium. non laudo*. Si. *tace*.
Da. 5 *Commovi*. Si. 6 *ego iſthaec recte ut ſiant videro*.
Quidnam 7 *hoc rei eſt? quidnam hic volt* 8 *veterator ſibi?*
Nam ſi 9 *hîc mali eſt quidquam, hem* 10 *illic eſt huic rei*
11 *caput*.

ACTVS TERTIVS

SCENA I.

Simo dum nimium callidus videri, & eſſe cupit, mirifice fallitur, & Glycerii partum, qui verus erat, a Davo fictum interpretatur.

Myſis, Simo, Davus, Lesbia, Glycerium.

My. *ITa pol quidem res eſt,* 12 *ut dixti, Lesbia:*
Fidelem haud ferme mulieri 13 *invenias virum*.
Si. 14 *Ab Andria eſt ancilla haec. quid* 15 *narras?* Da. *ita eſt*.
My. 16 *Sed hic Pamphilus*. Si. *quid* 17 *dicit?* My. *firmavit* 18 *fidem*. Si. *hem*.
Da. *Vtinam aut* 19 *hic ſurdus, aut* 20 *haec muta facta ſit*.

1 Num tam exiguo convivii apparatu videtur dare velle Simo uxorem filio? 2 Juvenum ejusdem meoum aetatis. 3 Quod tua pace dicendum eſt *hic*, ideſt hoc loco, abſente filio. 4 Sumtum facis. 5 Irritavi, pupugi eum. Italice *l' hò toccato nel vivo*. Haec tacite dicit Davus. 6 Ego curabo, ut iſtae nuptiae ſplendide fiant. 7 Quod dixit Davus. Haec ſolus dicit Simo. 8 Vetus in aſtutia, & in dolis exercitatus. Proprie hoc nomine dicebantur ſervi, qui diuturna ſervitute, & ſaepe mutata, vafri, & callidi evaſerant. 9 In hac re, quam mihi retulit Davus de Pamphilo. 10 Pro ille. 11 Origo, auctor. 12 Dixiſti. Fingitur Myſidem, & Lesbiam, priuſquam in aedes Glycerii pervenerint, nonnulla de virorum infidelitate per viã loquutas fuiſſe, quare Myſis modo confirmat Lesbiae orationem. 13 Secunda pro tertia perſona; quis inveniat vel invenire poſſit. 14 Ex familia, ſeu domo Andriae, ideſt Glycerii. 15 Quid ais, Dave. 16 Myſis, & Lesbia ignorantes Simonem adeſſe, & audire, ſermonem habent de Pamphilo, hujus vero ſermonis non ſtatim continuantur verba ſequentia *firmavit fidem* cum ceteris, quod Simo, & Davus interloquuntur. 17 De Pamphilo. 18 Se numquam Glycerium deſerturum. 19 Simo. 20 Myſis ancilla: Simo ſurdus, ne audiret, Myſis muta, ne loqueretur.

My. *Nam quod* 1 *peperiſſet*, 2 *juſſit tolli*. Si. *o Jupiter*,
Quid ego audio! 3 *actum eſt*, *ſiquidem* 4 *haec vera praedicat*.
Le. *Bonum* 5 *ingenium narras* 6 *adoleſcentis*. My. 7 *optimum*.
Sed ſequere me intro, *ne in mora* 8 *illi ſis*. Le. *ſequor*.
Da. *Quod remedium nunc huic* 9 *malo inveniam?* Si. 10 *quid hoc?*
Adeon' eſt 11 *demens?* *ex* 12 *peregrina?* *jam* 13 *ſcio*. *ah!*
Vix tandem 14 *ſenſi ſtolidus*. Da. *quid hic ſenſiſſe ait?*
Si. *Haec primum adfertur jam mihi ab* 15 *hoc fallacia*.
16 *Hanc ſimulant parere*, *quo Chremetem abſterreant*.
Gly. 17 *Juno Lucina*, *fer opem*. *ſerva me obſecro*.
Si. 18 *Hui*, *tam* 19 *cito?* *ridiculum*. *poſtquam ante oſtium*
Me audivit ſtare, 20 *approperat*. 21 *non ſat commode*
Diviſa ſunt temporibus tibi, *Dave*, *haec*. Da. 22 *mihin'?*
Si. 23 *Num immemores diſcipuli?* Da. *ego*, *quid narres*, *neſcio*.
Si. *Hiccine ſi me imparatum in veris nuptiis*

Ador-

1 Glycerium. 2 Pamphilus juſſit ſervari, educari.
3 Nihil amplius de meo filio, & de nuptiis Philumenae mihi ſperandum ſupereſt. Proverbium deſperationi accomodatum, & deſumptum a foro, ubi *actum eſſe* dicitur quando lata ſententia lis repeti non poteſt.
4 Myſis. 5 Indolem, optimos mores. 6 Pamphili. 7 Eſt ingenium illius. 8 Glycerio.
9 Quod imminet mihi, & Pamphilo, ex iis, quae Simo audivit ab ancilla. Secum deliberat, & loquitur. 10 Rei eſt, quod dixit Leſbia? 11 Pamphilus. 12 Subaudi filium ſuſcepit. Athenis peregrinae vulgo male audiebant. 13 Se corrigit Simo dicens, jam ſcio, ideſt intelligo, aſſequor quid iſtae ſibi ancillae velint. 14 Intellexi fallaciam, quae mihi ſtruitur ab illis. Simo enim in ſuſpicionem modo venit, quod ancillae edoctae a Davo ſimulent Glycerii partum, ut Chremetem avocent a danda Pamphilo filia ſua. 15 Davo. 16 Glycerium. 17 Dea partuum praeſes, eadem ac Diana, quam invocabant parturientes ad opem ferendam. Sic in aedibus clamat Glycerium quaſi parturiens. 18 Interjectio parturientem irridentis. 19 Scilicet tempus pariendi Glycerio advenit? 20 Glycerium parere. 21 O Dave, non ſatis opportune haec tua conſilia diviſa ſunt a te ſuis temporibus, ideſt ſecundum temporis opportunitatem, quaſi dicat non recte ordinaſti rem, fraudem compoſuiſti. 22 An a me haec non ſunt diviſa temporibus ſuis? 23 Senſus eſt, ſi tu haec commode diviſiſti temporibus ſuis, num diſcipuli tui, nempe Pamphilus, Glycerium, & ancillae, qui omnes te tanquam magiſtrum habent in iis fallaciis, ſunt immemores tuorum praeceptorum, id eſt parum aſtuti, & intelligentes, qui fraudes ſuas tam male temperant; & ordinem in fallaciis ſtruendis a te praeſcriptum obliviſcuntur?

Adortus eſſet, quos mihi 1 *ludos redderet!*
2 *Nunc hujus periclo fit.* 3 *ego in portu navigo.*

SCENA II.

Lesbia egrediens narrat quo in ſtatu ſit Glycerium; mox Davi & Simonis de puero edito callida habetur altercatio.

Lesbia, Archillis, Simo, Davus.

Le. 4 *Adhuc, Archillis, quae adſolent, quaeque* 5 *oportent,*
Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.
Nunc primum fac, 6 *iſthaec ut lavet: poſt deinde,*
Quod juſſi, ei date bibere, & quantum imperavi,
Date: mox ego huc revertor.
Per 7 *caſtor, ſcitu' puer natus eſt Pamphilo:*
Deos quaeſo, ut ſit 8 *ſuperſtes: quandoquidem* 9 *ipſe eſt ingenio bono.*
10 *Cumque huic veritus eſt optumae* 11 *adoleſcenti* 12 *facere injuriam.*
Si. 13 *Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe* 14 *ortum?* Da. *quidnam id eſt?*
Si. 15 *Non imperabat coram, quid opus facto eſſet puerperae:*
Sed, poſtquam egreſſa eſt, illis, quae ſunt intus, clamat de via:

M 3 *O Da-*

1 Ludos faceret, ut me derideret, deciperet! 2 Nunc in Davi periculum, & perniciem res agitur, nam quidquid ab eo doli fit in eum recidet. 3 Ego in tuto ſum, ideſt, ego res meas citra periculum agam. Formula proverbialis deſumpta a navigantibus, qui dum intra portum ſunt, nil undas, ventoſque pertimeſcunt. 4 Haec dicit Lesbia de domo Glycerii egrediens. 5 Huic Glycerio partu levatae. Archaiſmus. 6 Glycerium ut lavetur, *lavet* paſſive uſurpatur. Nonnulli *iſtaec* ea, quae ex puerperio fordebant, dicunt. 7 Per aedem Caſtoris: vide Act. 1. ſc. 4. verſ. 2. 8 Incolumis. Formula bene precandi recens natis. 9 Pamphilus praeditus eſt optima indole. 10 Et quandoquidem. 11 Glycerio. 12 Eam deſerendo. 13 Certe hoc commentum de Glycerii partu. 14 Conſictum. 15 Ordo, & ſenſus eſt; Lesbia *non imperabat coram* Glycerio, & & aliis ancillis intus in domo, *quid opus eſſet facto*, ideſt, facere puerperae, *ſed poſtquam egreſſa eſt, clamat de via illis* mulieribus, *quae ſunt intus*, & certa remedia pro Glycerio praeſcribit. Quaſi dicat; haec dixit Lesbia, ut ego talia audiens, & vera putans deludar, & a danda uxore Pamphilo abſterrear.

O Dave, *itan' contemnor abs te? aut ita ne tandem idoneus*
Tibi videor eſſe, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem 1 *accurate, ut metui videar certe, ſi* 2 *reſciverim.*
Da. 3 *Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego.* Si. 4 *edixin' tibi?*
Interminatus ſum ne faceres? num 5 *veritus? quid* 6 *retulit?*
7 *Credon' tibi hoc nunc, peperiſſe hanc e Pampilo?*
Da. 8 *Teneo quid erret: quid ego* 9 *agam, habeo.* Si. *quid taces?*
Da. *Quid*, 10 *credas? quaſi non tibi renuntiata ſint haec ſic fore.*
Si. *Mihin'* 11 *quiſquam?* Da. 12 *eho, an* 13 *tute intellexti hoc adſimulari?* Si. *irrideor.*
Da. 14 *renuntiatum eſt: nam* 15 *qui iſthaec tibi incidit* 16 *ſuſpicio?*
Si. *Qui? quia* 17 *te noram.* Da. *quaſi tu dicas factum id conſilio meo.*
Si. *Certe enim ſcio.* Da. *non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim, Simo.*
Si. *Egone* 18 *te?* Da. *ſed, ſi quid narrare occepi, continuo* 19 *dari*

Tibi

1 Fallacias te intendiſſe oportuit. 2 Tuas fallacias. 3 Haec ita ſubmiſſe dicit, ut audiat ſpectator, & ſeni tacuiſſe videatur. 4 Nonne imperavi tibi ne faceres fallacias in nuptiis. Hic illud redit Act. 1. ſc. 2. ver. 13. *ſed dico tibi, ne temere facias.* 5 Nempe, es meas minas, & edictum meum. 6 Quid mihi profuit minari; vel quid interfuit tua, quid utilitatis habes ex tuis fallaciis? 7 Putas ne me tibi credere hoc? 8 Intelligo propter quid erret, fallatur Simo, ſcilicet, meo, & mulierum conſilio partum ſimulari ad diſturbandas nuptias, credit; itaque hunc ejus errorem non minuam, aut tollam, ſed reſponſionibus meis efficiam, ut hic error animo ejus magis inhaereat. 9 Et quid reſpondeam ſcio. Haec ita demiſſe ſecum dicit, ut eum tacuiſſe dicat Simo. 10 Repetit ſuperiora verba Simonis *credon'*; quaſi dicat non eſt opus, ut hoc mihi credas, quaſi tibi non ſignificata ſint &c. Ironia. 11 Hoc dixit, renunciavit. 12 Hic non vocantis, ut alias, ſed admirantis eſt. 13 An per te, nemine renunciante, intellexiſti Glycerii partum fingi. 14 Tibi, ſcilicet, hoc adſimulari. 15 Vnde. 16 Adſimulari Glycerii partum. 17 Doloſum, & fraudolentum. 18 Non ſatis pernovi. 19 Te falli, tibi imponi a me.

Tibi verba cenſes. Si. 1 *falſo*. Da. *itaque hercle nihil jam mutire audeo*.
Si. *Hoc ego ſcio unam*, 2 *neminem peperiſſe hic*. Da. 3 *intellextin'?*
Sed nihilo ſeciu' mox 4 *deferent puerum huc ante oſtium*.
Id ego jam nunc tibi renuntio, here, futurum, ut ſis ſciens:
Ne tu hoc mihi poſterius dicas, Davi factum conſilio, aut dolis.
Prorſus a me opinionem hanc tuam eſſe ego amotam volo.
Si. *Unde* 5 *id ſcis?* Da. *audivi, & credo. multa concurrunt ſimul*,
6 *Quî conjecturam hanc nunc facio. jam primum haec ſe e Pamphilo*
Gravidam dixit eſſe. 7 *inventum eſt falſum. nunc, poſtquam videt*
Nuptias domi apparari, miſſa eſt ancilla illico
Obſtetricem arcerſitum ad eam, & 8 *puerum ut adferret ſimul*.
Hoc niſi ſit, puerum ut tu videas, nil 9 *moventur nuptiae*.
Si. *Quid ais? cum intellexeras*
Id conſilii 10 *capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?*
Da. *Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? nam omnes nos quidem*
Scimus quam miſere hanc amarit: 11 *nunc ſibi uxorem expetit*.
Poſtremo 12 *id mihi da negotî. tu tamen idem has nuptias*
Perge facere ita ut facis: & id ſpero adjuturos deos.
Si. *Imo abi intro, ibi me opperire, & quod* 13 *parato opus eſt, para*.
14 *Non impulit me, haec nunc omnino ut crederem:*
Atque haud ſcio, an, quae dixit, ſint vera omnia:

 Sed

1 Haud vere eſt, quod ego cenſeam me decipi, cum narrationem occipis. Ironia. 2 Nullam feminam. In feminino genere uſurpatur. 3 Intellexiſti ne, habeſne hoc pro certo? 4 Ancillae. 5 Ancillas puerum allaturas, ut me decipiant, & nuptias impediant. 6 Ex quibus. 7 Vt tu, Simo, credis; ejus enim errore utitur Davus. 8 Quem fingeret editum a Glycerio. 9 Perturbantur, impediuntur. 10 Ancillas, & Glycerium. 11 Nunc Pamphilus expetit ſibi dari uxorem, quam volueris. 12 Vt filium tuum in officio, & in honeſto nuptiarum propoſito retineam, atque omnia ancillarum conſilia intervertam. 13 Parare. 14 Davus non mihi perſuaſit. Haec ſecum abeunte Davo, dicit Simo.

Sed 1 *parvi pendo . illud mihi multo maxumum eſt ,*
Quod mihi pollicitu' eſt ipſus gnatus . nunc Chremem
Conveniam : 2 *orabo gnato uxorem . id ſi impetro ,*
Quid alias malim , quam hodie has fieri nuptias ?
3 *Nam gnatus quod pollicitu' eſt , haud dubium eſt mihi ,*
Si nolit , quin eum merito poſſim cogere .
4 *Atque adeo* 5 *in tempore eccum ipſum obviam Chremem .*

SCENA III.

Simo Chremetem orat , ut filiam ſuam Pamphilo det uxorem : exorat , & e ſimulatis nuptiis verae fiunt .

Simo , Chremes.

Si. 6 *JUbeo Chremetem .* Ch. *oh , te ipſum quaerebam .*
Si. *et ego te .* Ch. 7 *optato advenis .*
Aliquot me adiere , ex te auditum qui ajebant , hodie filiam
Meam nubere tuo gnato . id 8 *viſo , tune , an illi inſaniant .*
Si. *Auſculta pauca ; & quid ego te velim , & tu quod quaeris , ſcies .*
Ch. *Auſculto ; loquere , quid velis .*
Si 9 *Per te deos oro & noſtram amicitiam , Chreme ,*
Quae incepta a parvis cum aetate accrevit ſimul ,
Perque unicam gnatam tuam , & gnatum meum ,
Cujus tibi poteſtas ſumma ſervandi datur :
Ut me adjuves in hac re , atque ita uti nuptiae
Fuerant futurae , fiant . Ch. *ah , ne me obſecra :*
Quaſi hoc te orando a me impetrare oporteat .
Alium eſſe cenſes nunc me , atque olim , cum 10 *dabam ?*
Si in rem eſt 11 *utrique , ut* 12 *fiant ,* 13 *arceſſi jube .*
Sed ſi ex ea re plus mali eſt , quam commodi
Utrique ; id oro te , 14 *in commune ut conſulas ,*
Quaſi 15 *illa tua ſit , Pamphilique ego ſim pater .*

Si.

1 Quae dicit Davus . 2 Ut det filiam ſuam .
3 Ordo eſt : non dubium eſt , quin merito poſſim cogere gnatum ad ducendam uxorem , ſi nolit praeſtare quod pollicitus eſt .
4 Sed 5 Opportune . 6 Salutandi formula , & ſubaudi *Salvere* , quae vox interventu alterius perſonae ſupprimitur .
7 Adverbium eſt ; a me optatus .
8 Ob id venio ad te videndum , ut reſciſcam . 9 Elegantiae cauſſa ſeparatur *per* a ſuo caſu .
10 Cum promiſi me filiam daturum Pamphilo . 11 *Si utrique* , id eſt mihi , & tibi , vel meae filiae , & tuo filio , *eſt in rem* ; nempe , eſt utile , commodum . 13 Nuptiae . 12 Sponſam . 14 In utriuſque noſtrum utilitatem , & commodum .
15 Philumena filia mea .

Si. *Imo* 1 *ita volo, itaque poſtulo ut fiat, Chreme:*
Neque poſtulem abs te, niſi 2 *ipſa res moneat.* Ch. *quid eſt?*
Si. *Irae ſunt inter Glycerium, & gnatum.* Ch. 3 *audio.*
Si. *Ita magnae, ut ſperem poſſe* 4 *avelli.* Ch. *fabulae.*
Si. *Profecto ſic eſt.* Ch. *ſic hercle, ut dicam tibi:*
Amantium irae, amoris 5 *integratio eſt.*
Si. *Hem,* 6 *id te oro, ut* 7 *anteeamus, dum tempus datur,*
Dumque 8 *ejus lubido* 9 *occluſa eſt contumeliis.*
Priuſquam 10 *harum ſcelera & lacrumae confictae dolis*
Reducunt 11 *animum* 12 *aegrotum ad* 13 *miſericordiam,*
Uxorem demus. ſpero conſuetudine, &
Conjugio 14 *liberali devinctum, Chreme,*
Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis.
Ch. *Tibi ita hoc videtur, at ego non poſſe arbitror*
Neque illum 15 *hanc* 16 *perpetuo habere, neque me* 17 *perpeti.*
Si. *Qui ſcis ergo iſthuc, niſi* 18 *periclum feceris?*
Ch. *At iſthuc periclum in filia fieri, grave eſt.*
Si. *Nempe* 19 *incommoditas denique huc omnis redit:*
Si eveniat, quod di prohibeant, 20 *diſceſſio.*
At ſi 21 *corrigitur, quot* 22 *commoditates? vide.*
Principio 23 *amico filium reſtitueris:*
Tibi generum firmum, & filiae invenies virum.
Ch. 24 *Quid iſthic? ſi ita iſthuc animum* 25 *induxti eſſe utile,*
Nolo tibi ullum commodum in me 26 *claudier.*

Si.

1 Ego etiam *ita volo*, nempe ut iſtae nuptiae fiant, ſi futurae ſunt utrique noſtrum utiles. 2 Ipſa utilitas ſuaderet id eſſe faciendum. 3 Conceſſio ironica. 4 Pamphilum abalienari ab illa. 5 Inſtauratio, renovatio. 6 Ob id, nempe, quia amantium ira eſt integratio amoris. 7 Ideſt, occurramus hujuſmodi amoris integrationi. 8 Pamphili. 9 Impedita convitiis, quibus a Glycerio eſt affectus. 10 Glycerii, ejuſque ancillarum. 11 Pamphili. 12 Saucium, imbecillem ob alterius feminae conſuetudinem. 13 Commiſerationem Glycerii. 14 Honeſto, & pudico, eo quod inter liberas perſonas fiat 15 Philumenam. 16 Diu cum illa vivere. 17 Pamphilum aliter vivere ac illum decet. 18 Experimentum. 19 Malum, damnum. 20 Divortium, quod olim gravioribus, mox vero levioribus cauſſis apud Romanos permittebatur, unde hoc loco a Simone *incommoditas*, & *diſceſſio tantum dicitur*. Divortii formula erat *res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito*. 21 Mores priſtinos mutet Pamphilus. 22 Utilitates ex hoc conjugio orientur. 23 Mihi Pamphilum a priſtina vivendi ratione mutatum reſtituas. 24 Quid aliud dicam? Formula concedentis Comicis uſitata. 25 Induxiſti animum, ideſt: tibi perſuaſiſti. 26 Claudi, nempe a me impediri. Senſus eſt; non is ego fuero, qui utilitates ex iis nuptiis in te profecturas impediam.

Si. *Merito te ſemper maxumum feci, Chreme.*

Ch. *Sed quid ais?* Si. *quid!* Ch. *quî ſcis* 1 *eos nunc diſcordare inter ſe?*

Si. *Ipſu' mihi Davus, qui intimu' eſt eorum conſiliis, dixit:*
Et is mihi ſuadet, nuptias, quantum queam, ut 2 *maturem.*
Num, cenſes, faceret, filium niſi ſciret eadem haec velle?
Tute adeo jam ejus audies verba. heus, evocate huc Davũ.
Sed eccum, video ipſum foras exire. ——— ——— ———

SCENA IV.

Adproperat Davus, urgetque nuptias, ubi vero videt herum ſerio de iis cum Chremete colloqui, anxius, & exanimatus redditur, ſuumque deteſtatur conſilium.

Davus, Simo, Chremes.

Da. ——— ——— ——— *Ad te ibam.* Si. *quidnam eſt!*

Da. *Cur non* 3 *arceſſitur? jam* 4 *adveſperaſcit.* Si. 5 *audin' tu illum?*

Ego dudum non nil veritus ſum, Dave, abs te, ne faceres idem,

Quod 6 *volgus ſervorum ſolet, dolis ut me deluderes,*

Propterea quod amat filius. Da. *egon' iſthuc facerem?* Si. *credidi:*

Idque adeo metuens, vos celavi quod nunc dicam. Da. *quid?* Si. *ſcies:*

Nam propemodum habeo tibi jam fidem. Da. *tandem agnoſti qui ſiem.*

Si. *Non fuerant nuptiae futurae.* Da. *quid, non?* Si. *ſed* 7 *ea gratia* (Da. *vide,*

Simulavi, vos ut 8 *pertentarem.* Da. *quid ais?* Si. *ſic res eſt.*

Nunquam quivi ego 9 *iſthuc intellegere. vah,* 10 *conſilium callidum!*

Si. *Hoc audi. ut hinc te juſſi* 11 *introire, opportune* 12 *hic ſit mihi obviam.* Da.

1 Glycerium, & Pamphilum. 2 Adproperem. 3 Philumena, quam decreviſti dare Pamphilo. 4 Noctu mos erat uxores domum duci praelatis facibus. 5 Ad Chremetem converſus haec dicit. 6 Servi plerumque aſtuti, & ad dominum dolis fallendum callidi, unde Seneca Epiſt. 47. *totidem eſſe hoſtes, quot ſervos*, ait. 7 Ea de cauſſa. 8 Explorarem, experirer. 9 Te ideo nuptias ſimulare. 10 Ironice deridentis eſt, tamen ſimulat ſe mirari. 11 Domum ad neceſſaria paranda. 12 Chremes.

Da. *Hem, 1 numnam periimus?* Si. *narro huic, quae tu dudum narraſti mihi.*

Da. 2 *Quidnam audio!* Si. *gnatam ut 3 det oro, vixque id 4 exoro.* Da. *occidi.*

Si. *Hem, quid dixti?* Da. *optume, inquam, factum.* Si. *nunc per 5 hunc nulla eſt 6 mora.* *(renuntio.*

Ch. *Domum modo ibo: ut 7 apparentur, dicam: atque 8 huc*

Si. *Nunc te oro, Dave, quoniã 9 ſolus mihi effeciſti has nuptias.*

Da. *Ego vero 10 ſolus.* Si. *corrigere mihi gnatum porro enitere.*

Da. *Faciam hercle ſedulo.* Si. *potes nunc, dum 11 animus 12 irritatus eſt.*

Da. 13 *Qieſcas.* Si. *age igitur; ubi nunc eſt ipſus?* Da. *mirum, ni domi eſt.*

Si. *Ibo ad eum, atque eadem haec, quae tibi dixi, dicam itidem illi.* Da. 14 *nullus ſum.* *(ſcar zia?*

15 Quid cauſſae eſt, quin hinc in 16 piſtrinum recta profici-
Nihil eſt 17 preci loci relictum: jam perturbavi omnia:
Herum fefelli; in nuptias conjeci herilem filium;
Feci hodie ut fierent, inſperante 18 hoc, atque invito Pamphilo.
19 Hem aſtutia! quod ſi quieſſem, nihil eveniſſet mali.
Sed eccum: 20 ipſum video. occidi:
Vtinam mihi eſſet aliquid hîc, quo nunç me praecipitem darem.

SCENA V.

Pamphilus audiens veras eſſe ſuas cum Philumena nuptias, indignatur, & Davum hujus conſilii auctorem graviter objurgat.

Pamphilus, Davus.

Pa. *VBi 21 illic 22 ſcelus eſt, qui me 23 perdidit?* Da. *perii.* Pa. *atque hoc 24 confiteor,* *Ju-*

1 Haec ſecum dicit. 2 Et haec ſimiliter ſecum. 3 Pamphilo in uxorem. 4 Impetro. 5 Chremetem. 6 Quominus celebrentur nuptiae 7 Neceſſaria ad nuptias. 8 Hoc ipſo loco mox referam, quae acta erunt. Praeſens pro futuro ad celeritatem indicandam. 9 Perſuaſerat enim Pamphilo Davus, ut Philumenam ſe ducturum patri polliceretur. 10 Nam illis non aſſentiebat Pamphilus. Haec ſecum dicit non ad confirmationem, ſed ad increpationem. 11 Pamphili. 12 In Glycerium. 13 Italice, *non ci penſare*. 14 Occidi. Italice *ſon perduto*. 15 Quid impedit, quae excuſatio, defenſio mihi eſt? 16 Vide Act. 1. ſc. 2. verſ. 29. 17 Precibus. 18 Simone. 19 Hem, quo nam meae aſtutiae, fallaciae eruperunt! Ironia. 20 Pamphilum. 21 Ille. 22 Vide ſupra Act. 2. ſc. 1. verſ. 19. 23 Suo conſilio malo. 24 Infortunium, malum.

Jure obtigiſſe: quandoquidem tam iners, tam 1 *nulli conſili.*
Sum. ſervon' 2 *fortunas meas me* 3 *commiſiſſe* 4 *futili?*
Ergo 5 *pretium ob ſtultitiam fero:* 6 *ſed inultum id nunquam a me auferet.*

Da. *Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc ſi evito hoc* 7 *malum.*

Pa. *Nam quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modo*
Qui ſum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam?
Nec, quid 8 *me nunc faciam, ſcio.* Da. *nec de me equidem. atque id* 9 *ago ſedulo.*
Dicam, 10 *aliquid jam inventurum,* 11 *ut huic malo aliquam producam moram.* Pa. *oh.*

Da. 12 *Viſus ſum.* Pa. 13 *ehodum,* 14 *bone vir, quid ais? viden' me conſiliis tuis*
Miſerum 15 *impeditum eſſe?* Da. *at jam* 16 *expediam.* Pa. *expedies?* Da. *certe, Pamphile.*

Pa. *Nempe* 17 *ut modo.* Da. *imo melius ſpero.* Pa. *o, tibi ego ut credam,* 18 *furcifer?*
19 *Tu rem* 20 *impeditam & perditam reſtituas? hem, quo fretu' ſum,*
Qui me hodie ex tranquilliſſima 21 *re conjeciſti in nuptias.*

An-

5 Nullius. Archaice. 2 Conditionem meam, famam, ſalutem &c. 3 Committere debebam. 4 Levi, inconſulto, qui ſecreta effutit. Metaphora, ut vult Donatus, e vaſe *futili* dicto, & in ſacris Veſtae uſitato, cujus os latum, fundus vero acutus, & anguſtus erat, quia aqua ad ſacra Veſtae hauſta in terra non ponebatur, quod ſi ebat, piaculum erat; hinc hujuſmodi vas excogitatum fuit, quod ſtare non poſſet, quin aqua ſtatim effunderetur, & hinc denique futiles dicuntur ii, qui ſilere tacenda nequeunt. 5 Mercedem, nempe damnum. 6 Sed Davus impune non feret hoc crimen. 7 Quod modo mihi comminatur Pamphilus. Haec ſecum Davus. 8 De me. 9 Recogito, revolvo, nempe quid de me facere debeam.

10 Aliquam fallaciam me excogitaturum. 11 Vt iis nuptiis futuris dilationem interponam.
12 Italice; *ſono ſcoperto.* 13 Interjectio attentionem poſcentis. 14 Ironia. 15 Implicatum. 16 Te extricabo a tuis periculis. 17 Feciſti; quando nempe dixiſti velle me a nuptiis expedire, & in eas me conjeciſti. Ironia 18 O digne ut furcam circumferas ignominiae cauſſa. *Furciferi*; ait Donatus, dicebantur qui ob leve delictum cogebantur a dominis, ignominiae magis, quam ſupplicii cauſſa circa vicinos furcam in collo ferre, ſubligatis ad eam manibus, & praedicare peccatum ſuum, ſimulque monere ceteros, ne quid ſimile admitterent.
19 Qui nuper integram, expeditamque turbaſti. 20 Modo implicatam. 21 Vivendi ratione.

Digitized by Google

Annon dixi hoc eſſe futurum? Da. *dixti*. Pa. *quid meritus?* Da. 1 *crucem*.
Sed paululum ſine 2 *ad me ut redeam: jam* 3 *aliquid diſpiciam*. Pa. *hei mihi*,
Cur non habeo ſpatium ut de te ſumam ſupplicium, uti volo:
Namque hocce tempus, 4 *praecavere mihi me, haud te ulciſci, ſinit*.

ACTVS QVARTVS

SCENA I.

Elegans perturbatio, in qua Charinus de Pamphilo conqueritur, Pamphilus vero de Davo, qui ad eos expediendos ſe aliquid inventurum fallaciae pollicetur.

Charinus, Pamphilus, Davus.

Ch. *HOccine credibile eſt, aut memorabile,*
Tanta 5 *vecordia innata cuiquam ut ſiet,*
Ut malis gaudeat alienis, atque ex incommodis
Alterius, ſua ut comparet commoda? ah,
Id ne eſt 6 *verum? imo id genus eſt hominum peſſimum,*
In 7 *denegando* 8 *modo queis pudor eſt paululum:*
Poſt, ubi jam tempus eſt promiſſa perfici,
Tum coacti neceſſario ſe 9 *aperiunt, &* 10 *timent,*
Et tamen 11 *res cogit eos* 12 *denegare*. 13 *ibi*
Tum impudentiſſima eorum oratio eſt:
14 *Quis tu es?* 15 *quis mihi es? cur* 16 *meam tibi? heus,*
17 *Proximus ſum egomet mihi. attamen, ubi* 18 *fides,*

Si

1 Scenae Atticae accomodatum, ut obſervat Pareus. Athenis enim convicti capitalis facinoris damnabantur nullo expreſſo genere ſupplicii; ipſi vero ad miſericordiam movendam in majus ſuam poenam aeſtimabant.
2 Ut ex hac perturbatione, in qua ſum, evadam, & animum colligam. 3 Aliquod conſilium diſquiram. 4 Conſulere.
5 Malignus animus, atque inhumanus. 6 Nempe juſtum, probum. 7 Cum petitur quid ab iis denegare non audent prae pudore: 8 Tantummodo. 9 Animi ſui malignitatem, & vecordiam oſtendunt. 10 Denegare. 11 Eorum malitia. 12 Promiſſa. 13 Cum promiſſa verbis inita praeſtare recuſant. 14 Mimeſis denegantium. 15 Qua cognatione es mihi conjunctus? 16 Promiſſam uxorem concedere debeo? 17 Ideſt, carior mihimet ipſi ſum, quam quiſquam alienus. Italice; *il primo proſsimo è ſe medeſimo*. 18 Quam promittendo dederunt, & quam ſervare promiſerunt.

Si roges , nihil 1 *pudet* . 2 *hic , ubi* 3 *opus eſt ,*
Non 4 *verentur :* 5 *illic , ubi nihil* 6 *opus eſt , ibi verentur.*
Sed quid agam ? adeamne ad 7 *eum , & cum eo* 8 *injuriam*
hanc 9 *expoſtulem ?*
10 *Mala ingeram multa ,* 11 *atque aliquis dicat , nihil promoveris .* *(ſero .*
Multum . moleſtus certe ei fuero , atque animo 12 *morem geſ-*
Pa. *Charine , & me & te imprudens , niſi* 13 *quid dii reſpiciunt , perdidi .*
Ch. 14 *Itane , imprudens ? tandem inventa eſt* 15 *cauſſa :*
16 *ſolviſti fidem .*
Pa. 17 *Qui tandem ?* Ch. *etiam nunc me* 18 *ducere iſtis dictis poſtulas ?*
Pa. *Quid iſthuc eſt ?* Ch. *poſtquam me* 19 *amare dixi ,*
20 *complacita eſt tibi .*
Heu me miſerum , quum tuum animum ex animo 21 *ſpectavi meo .*
Pa. 22 *Falſu' es .* Ch. *non tibi ſatis eſſe hoc viſum* 23 *ſolidum eſt* 24 *gaudium ,*
25 *Niſi me lactaſſes amantem , & falſa ſpe* 26 *produceres ?*

1 *Ha-*

1 Illos negare promiſſa. 2 Ideſt, in praeſtando promiſſa. 3 Verecundari, pudore affici. 4 Non verecundantur denegare promiſſa. 5 Nempe, in promittendo. 6 Verecundari, quia libere, & audacter tunc ſine ulla inconſtantiae nota negare poſſent. 7 Pamphilum. 8 Quam mihi facit Philumenam in uxorem ducendo, cum illam mihi relicturum pollicitus fuerit; ita enim falſo credebat Charinus. 9 Conquerar. *Expoſtulari* eſt conqueri apud eum, qui nobis injuriam fecit. 10 Dicta, convicia in Pamphilum, veluti tela, jaciam. 11 Objectionis occupatio & ſolutio, cujus ſenſus eſt, etſi exiſtat aliquis, qui mihi dicat, quid profeceris Pamphilum adeundo, eumque objurgando, reſpondebo multum profecero. 12 Iram explendo meam, & ultionis voluptate fruendo. 13 Aliquo pacto dii nos adjuvent. 14 Prudens ne, & invitus me perdidiſti? Ironia; quaſi dicat, conſulto id feciſti. 15 Excuſatio, praetextus, quo datam fidem non ducendae Philumenae, minime praeſtares; nempe, dicendo te invitum, imprudentemque feciſſe id. 16 Servaſti promiſſionem. Ironia. 17 Ita loquendo velis ſignificare. 18 Decipere blandis tuis dictis conaris. 19 Philumenam. 20 Arriſit. 21 Aeſtimavi, metitus ſum; quaſi diceret putavi te ſincerum amicum fore erga me, qualis ego eram erga te. 22 Falleris. 23 Plenum, perfectum. 24 Ducendi Philumenam. 25 Niſi inſuper me tuis promiſſis oblectaſſes, & in fraudem allexiſſes. *Lactare* deſumptum a matribus metaphorice eſt blanditiis allicere, atque decipere. Etruſci dicunt *dar dell' erba traſtulla*. 26 Produxiſſes, de die in diem duxiſſes.

Digitized by Google

1 *Habeas.* Pa. *habeam? ah neſcis quantis in malis verſer miſer.*
Quantaſque hic ſuis conſiliis mihi confecit ſolicitudines,
Meus carnufex. Ch. *quid iſtuc tam mirum, 2 ſi de te exemplum capit?*
Pa. *Haud iſtuc dicas, ſi cognoris vel me, vel amorem meum.*
Ch. *Scio, cum patre 3 altercaſti dudum, & is nunc propterea tibi*
Succenſet, nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres.
Pa. *Imo 4 etiam 5 quo tu minus ſcis aerumnas meas,*
Hae nuptiae non apparabantur mihi,
Nec poſtulabat nunc quiſquam uxorem dare.
Ch. *Scio: tu coactus tua voluntate es.* Pa. *mane,*
Nondum etiam ſcis. Ch. *ſcio equidem illam ducturum eſſe te.*
Pa. *Cur me 6 enicas? hoc audi. nunquam deſtitit*
Inſtare, ut dicerem eſſe ducturum patri.
Suadere, orare, uſque adeo donec 7 perpulit.
Ch. *Quis homo 8 iſthuc?* Pa. *Davos.* Ch. *Davos?* Pa. *Davos 9 omnia.*
Ch. *Quamobrem?* Pa. *neſcio, niſi mihi deos ſatis*
Scio fuiſſe iratos, 10 qui auſcultaverim.
Ch. *Factum hoc eſt, Dave?* Da. *factum eſt.* Ch. *hem, quid ais, ſcelus?*
At tibi dii dignum factis exitium 11 duint.
Eho, dic mihi, 12 ſi omnes hunc conjectum in nuptias
Inimici vellent, quod, ni 13 hoc, conſilium darent?
Da. *Deceptus ſum, at non 14 defatigatus.* Ch. *ſcio.*
Da. *Hac non 15 ſucceſſit, alia aggrediemur via:*
Niſi id putas, quia primo 16 proceſſit parum,
Non poſſe jam ad ſalutem 17 converti hoc malum.

Pa.

1 Philumenam. 2 Si Davus te imitatur, ſi tibi eam praeſtat fidem, quam tu aliis, ſi denique talis eſt ſervus, ut eſt herus. 3 Antiquum eſt pro altercatus es, contendiſti. Ironice haec dicit, innuit enim Simonem non diu certaſſe cum Pamphilo, ut ad iſtas nuptias cogeretur. 4 Subintellige hoc audi. 5 Quoniam minime ſcis &c. 6 Excrucias. 7 Impulit me ad id dicendum. 8 Tibi ſuaſit. 9 Perturbat. Apoſiopeſis. 10 Quod Davo morem geſſerim. 11 Dent. 12 Si omnes Pamphili inimici vellent eum in nuptiis implicatum. 13 Quod tu illi dediſti, nempe ducendae Philumenae. 14 In aliis conſiliis inveniendis. Italice; *Mi ſon' ingannato, ma non perduto d' animo.* 15 Quod conabamur. 16 Parum feliciter ſucceſſit. 17 Ideſt, emendari.

Pa. 1 *Imo etiam: nam ſati' credo, ſi 2 advigilaveris,*
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.
Da. *Ego, Pamphile, hoc tibi pro 3 ſervitio debeo,*
Conari 4 manibus, pedibus, noctesque & dies
Capitis periclum adire, dum proſim tibi:
Tuum' ſt, ſi quid praeter ſpem evenit, mî ignoſcere.
5 Parum ſuccedit quod ago, at facio 6 ſedulo.
Vel melius tu 7 aliud reperi, me 8 miſſum face.
Pa. *9 Cupio: 10 reſtitue in quem me accepiſti locum.*
Da. *Faciam.* Pa. *at jam hoc opus' ſt.* Da. *hem, 11 ſt, mane: 12 crepuit 13 a Glycerio oſtium.*
Pa. *14 Nihil ad te.* Da. *15 quaero.* Pa. *hem, 16 nunccine demum?* Da. *at jam hoc tibi inventum dabo.*

SCENA II.

Myſis Pamphilum hortatur, ut Glycerium conveniat; Davus novum conſilium excogitat, ut a nuptiis Pamphilum expediat.

Myſis, Pamphilus, Charinus, Davus.

My. 17 *JAm, 18 ubi ubi erit, 19 inventum tibi curabo, & mecum adductum*
Tuum Pamphilum; tu modo, 20 anime mi, noli te 21 macerare.
Pa. *Myſis.* My. *quis eſt? hem, Pamphile, 22 optime mihi te offers.* Pa. *quid eſt?*
My. *Orare juſſit, ſi ſe ames, hera, jam ut ad ſe ſe venias:*
Vide-

1 Quid ni ita fieri poteſt. Ironica conceſſio. 2 Laboraveris, induſtriam adhibueris. 3 Servitute, quia ſervus tuus ſum. 4 Omnibus viribus. Haec cum duabus ſequentibus proverbiales ſunt formulae extremum conatum, extremumque periculum ſignificantes. 5 Parum proſpere. 6 Ex animo, ſine dolo. 7 Conſilium. 8 Noli uti opera, conſilio meo. 9 Te miſſum facere. 10 Reſtitue me in eum locum, ſtatum, in quo me accepiſti, ideſt in quo me tibi credidi, cum nihil adhuc promiſiſſem patri me ducturum Philumenam. 11 Vox ſilentium indicentis apud Comicos uſitata. 12 Vide Adelph. Act 2. Scen. 3. verſ. 11. 13 Ex domo Glycerii. 14 Attinet quod oſtium concrepuit. 15 Aliquid conſilii, fraudis, ut in priſtinum ſtatum reſtituaris. 16 Nunc tu denique hoc conſilium quaeris. Quaſi dicat putabam te illud jam excogitaſſe. 17 Egrediens e domo Myſis conversa alloquitur Glycerium intus. 18 Ubicunque. 19 Curabo, ut inveniam, & adducam. 20 Glycerium. Blandimentum muliebre. 21 Dolendo affligere. 22 Opportune.

Videre ait te cupere. Pa. *vah, perii. hoc* 1 *malum* 2 *integraſcit.* [*citarier?*
Siccine me atque illam opera 3 *tua nunc miſeros* 4 *ſoli-*
Nam idcirco 5 *arceſſor, nuptias quod mî apparari ſenſit.*
Ch. *Quibu' quidem quam facile* 6 *poterat quieſci,* 7 *ſi hic quieſcet!*
Da. *Age,* 8 *ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga.* My. *atque aedepol* (*ſis,*
9 *Ea res eſt, proptereaque nunc miſera in moerore eſt.* Pa. *My.*
Per omnes tibi adjuro Deos, nunquam eam me deſerturum,
Non, ſi 10 *capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines.*
Hanc mihi expetivi, contigit: conveniunt 11 *mores:* 12 *valeant,*
Qui inter nos diſſidium volunt: hanc, niſi mors, mì adimet nemo.
My. 13 *Reſipiſco.* Pa. 14 *non Apollinis magi' verum, atque hoc reſponſum eſt.*
Si poterit fieri, ut ne pater per me 15 *ſtetiſſe credat*
Quo minus hae fierent nuptiae, 16 *volo. ſed, ſi id non poterit,*
Id faciam 17 *in proclivi quod eſt, per me ſtetiſſe ut credat.*
18 *Quis videor?* Ch. *miſer aeque atque ego.* Da. 19 *conſilium quaero.* Ch. 20 *fortis es.*

1 Solicitudo, moleſtia de meis nuptiis futuris. 2 Renovatur. 3 Davum alloquitur. 4 Decet perturbari. 5 A Glycerio. 6 Imperſonaliter. Poteramus abſtinere, eſſe liberi ſine perturbatione. 7 Si Davus quieviſſet, ideſt, ſi otioſus fuiſſet, ſi a ſuis conſiliis ſe abſtinuiſſet in hoc nuptiarum negotio. 8 Si Pamphilus non ſatis furit odio, & ira, abſque eo quod alter eum inflammet, tu magis eum incita tuis dictis, fomenta ejus iracundiae praebe. Ironia. 9 Quam tu dixiſti. Nempe quia tibi nuptias apparari ſenſit, cauſſa eſt, propter quam Glycerium doleat. 10 Suſcipiendos. 11 Mei cum illis Glycerii. 12 Abeant, recedant. Renunciationis eſt, non execrationis verbum, alias etiam patri male optare videretur. 13 Reſpiro, animum recipio haec audiens. 14 Oraculum Apollinis non tam verum eſt, atque hoc reſponſum meum. Apollinis reſponſa ſummam apud mortales obtinuerunt fidem, praeſertim Delphica, & Pythia, unde quae certiſſima, & veriſſima intelligi vellent, proverbiali figura ab Apolline reſponſa dicebant. 15 Factum eſſe ne fierent nuptiae. 16 Id velim fieri. 17 Quo res inclinat, & propendet, quod facile eſt, & in promptu, nempe, ut pater credat opera mea impeditas fuiſſe has nuptias. 18 Qualis tibi videor eſſe. 19 Quo te expediam ab his nuptiis. Haec Pamphilo dicit. 20 Tu quidem miſer es aeque atque ego, quia periclitaris, ne amittas ſponſam, ſed praeterea fortis es, atque magnanimus, quia paratus es tam fortiter agere pro Glycerio, patrique tuo profiteri te in cauſſa eſſe cur iſtae nuptiae non fiant.

Pa. *Scio* 1 *quid conere*. Da. *hoc ego tibi profecto* 2 *effectum reddam*.

Pa. 3 *Jam hoc opus eſt*. Da. *quin jam* 4 *habeo*. Ch. *quid eſt?* Da. 5 *huic, non tibi, habeo, ne erres*.

Ch. 6 *Sat habeo*. Pa. *quid facies?* 7 *cedo*. Da. 8 *dies hic mî ut ſit ſati', vereor,* (*das*.

Ad agendum; 9 *ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum cre-*

Proinde hic vos 10 *amolimini: nam mî impedimento eſtis*.

Pa. *Ego* 11 *hanc viſam*. Da. *quid* 12 *tu? quo hinc te agis?*

Ch. 13 *verum vis dicam?* Da. 14 *imo etiam:*

Narrationis incipit mihi initium. Ch. *quid* 15 *me fiet?*

Da. *Eho, impudens, non ſatis habes quod tibi* 16 *dieculam addo,*

17 *Quantum* 18 *huic* 19 *promoveo nuptias?* Ch. *Dave, attamen*. Da. 20 *quid ergo?*

Ch. *Ut* 21 *ducam*. Da. 22 *ridiculum*. Ch. *huc face ad me venias,* 23 *ſi quid poteris*.

Da. 24 *Quid veniam?* 25 *nihil habeo*. Ch. *attamen,* 26 *ſi quid*.

Da. *age, veniam*. Ch. 27 *ſi quid,*

Domi ero. Da. *tu, Myſis,* 28 *dum exeo, parumper opperire hic*.

My. *Quapropter?* Da. *ita facto eſt opus*. My. *matura*. Da. *jam, inquam, hic adero*.

SCE-

1 Senſus eſt; te aliquod conſilium excogitare, moliri, ſed an efficere poſſis, neſcio. Haec Pamphilo a Davo dicuntur. 2 Perfectum reddam, exequar. 3 Modo, ſine mora opus eſt hoc effici. 4 Inveni hoc conſilium. 5 Pamphilo, ideſt, in ejus gratiam, & commodum, non in tuum, Charine, habeo, excogitavi hoc conſilium. 6 Plura non quaero; quaſi dicat, non potes Pamphilo conſulere, quin eodem tempore uno conſilio mihi conſulas.

7 Dic, narra. 8 Vereor ne non hic dies ſufficiat ad perficiendum id, quod meditor, ac proinde vide ſi ſatis temporis, otii habeo ad id tibi narrandum.

9 Nedum. 10 Recedite, abite. 11 Glycerium. 12 Charine facturus es. 13 Pro ſedulae narrationis initio hoc ſumitur. 14 Davus videns Charinum minime diſcedere, ut eum hortatus fuerat, ſed novum ſermonem inſtituere dicit; *imo etiam* hic mihi longam aliquam narrationem incipit, quaſi ego otioſus eſſem: non vacat mihi te audire.

15 De me. 16 Quaſi parvam diẽ, ideſt, breve tempus unius diei tibi do, in quo, ſcilicet, ambias quantum poteris, ad ducendam Philumenam 17 Interea dum. 18 Pamphilo. 19 Differo, impedio. 20 Intercipit Davus ſermonem Charini dicens; quid ergo vis tibi fieri? 21 Philumenam. 22 Hominem, qui petis a me quod in mea poteſtate non eſt. 23 Si aliquo modo poteris venire, vel efficere aliquid ut me adjuves. 24 Cur. 25 Conſilii ad tibi juvandum, vel temporis ad te conveniendum. 26 Habueris, quod mihi renunciare velis, venito. 27 Ut ſupra. 28 Donec redeam e domo Glycerii, quo propero.

SCENA III.

Myſis Glycerii ſortem deplorat.

Myſis.

My. 1 *Nilne eſſe proprium cuiquam? dii*, 2 *voſtram fidem!*
3 Summum bonum eſſe herae putabam hunc Pamphilum,
Amicum, amatorem, virum, in quovis 4 *loco*
Paratum: verum ex eo nunc miſera quem capit
Dolorem! 5 *facile hîc plus mali eſt, quam illic boni.*
Sed Dav' exit. mi homo, quid iſthuc obſecro eſt?
Quo portas puerum? ———————

SCENA IV.

Ex aedibus Glycerii puerum faſciis involutum ante oſtium Simonis defert Davus, & ancillam ad fallaciae executionem inſtruit.

Davus, Myſis.

Da. ——————— *Myſis, nunc opus eſt tua*
Mihi ad 6 *hanc rem* 7 *exprompta* 8 *memoria atque* 9 *aſtutia.*
My. *Quidnam incepturus?* Da. *accipe a me* 10 *hunc ocius,*
Atque ante 11 *noſtram januam appone.* My. *obſecro,*
12 *Humine?* Da. *ex* 13 *ara hinc ſume* 14 *verbenas tibi,*

1 Verum ne eſt nullum bonum eſſe peculiare, perpetuum, ſtabile cuiquam, quod ſuum dicere jure poſſit, ſed ea, quae putamus ſtabilia, eſſe mobilia?
2 Opem, & auxilium imploro. Admirantis eſt, cum exclamatione. 3 Summam felicitatem.
4 Tempore, periculo, Glycerio ſuccurrere paratum. 5 Senſus eſt: certe *hic*, ideſt, in metu amittendi Pamphilum, *plus mali*, nempe plus doloris eſt, *quam boni illic*, quam laetitiae in ſpe retinendi. 6 Quam ſum modo facturus. 7 Expedita, ut videaris non ex compoſito, nec tamquam praemeditata, ſed ex tempore dicere, ac facere.
8 Malim hoc loco *memoria* pro intelligentia ſumi, ut *exprompta memoria* proinde idem ſit, quod italice dicitur *preſenza di ſpirito*. 9 Ad agendum ſtrenue, quae imperabo. 10 Puerum.
11 Noſtri heri, nempe Simonis.
12 Apponam puerum? 13 Haec ara, vel erat ara Apollinis, quae in ejus honorem in proſcenio, a Comoediarum actoribus erigebatur, ac verbenis, aliiſque frondibus coronabatur, quod Apollini dicata eſſet Comoedia, ut Baccho Tragoedia, ut vult *Scaliger*, vel erat ara in atrio domus Glycerii; in domorum enim atrio ara Veſtae ſacra vulgo erat; unde & veſtibulum, pars ea domus, dicebatur. 14 Hic ponuntur pro quibuſvis herbis, frondibuſque ſacra-

Atque eas 1 ſubſterne. My. *quamobrem id 2 tute non facis?*
Da. *Quia, ſi forte opus ad herum 3 jusjurandum mihi*
Non appoſuiſſe, ut liquido poſſim. My. *intellego.*
Nova nunc 4 religio in te iſthaec inceſſit, 5 cedo.
Da. *Move ocius te, ut, quid 6 agam, porro intellegas.*
Pro Jupiter! My. *quid?* Da. *ſponſae 7 pater intervenit.*
8 Repudio conſilium, quod primum 9 intenderam.
My. *Neſcio quid narres.* Da. *ego quoque hinc ab dextera*
Venire me 10 adſimulabo. 11 tu, ut ſubſervias
Orationi, utcunque opu' ſit, verbis, vide.
My. *Ego, quid agas nihil intellego: ſed, ſi quid eſt,*
12 Quod mea opera op' ſit vobis, aut tu plus 13 vides,
Manebo, ne quid voſtrum remorer commodum.

SCENA V.

Redit Chremes ad Simonem, & conſpecto ante ejus fores puero novis Davi fraudibus deterretur, ne initas verbis nuptias, re comprobet.

Chremes, Myſis, Davus.

Ch. 14 *Revertor, poſtquam, quae opus fuere ad nuptias*
Gnatae paravi, ut jubeam 15 arceſſi. ſed 16 quid hoc?
Puer hercle eſt. mulier, tun' appoſuiſti hunc? My. *ubi*

1 Illic

ſacratis, & in feſtis ad aras coronandas, exornandaſque uſitatis, ut ſunt laurus, myrtus &c. cum verbena ſit proprie herba ſacra, ros marinus, ut multi volunt, de puro, ſacroque Capitolii loco ſumta, qua coronabantur Feciales, & Pater Patratus foedera facturi, vel bella indicturi. 1 Puero ſuppone. 2 Tu ipſe. 3 Pro jurejurando Si neceſſe erit mihi jurare apud herum Simonem, me non appoſuiſſe hunc puerum ante januā, poſſim *liquido*, ideſt ſincere, pure, citra mendacium, id facere. 4 Religionis ſolicitudo; vulgo conſcientiae ſcrupulus. Ancilla novae religionis exprobatione, veterem ſervi dejerandi conſuetudinem facete carpit. 5 Da puerum. 6 Acturus, moliturus ſim. 7 Chremes pater Philumenae. 8 Rejicio, muto. 9 Quod tanquam tere ad decipiendum Simonem, & Chremetem intenderam, diſpoſueram. Metaphora a venatoribus. 10 Ut appareat me hic non adfuiſſe. 11 *Tu vide*, cauta eſto, ut dictis tuis commode meo ſermoni reſpondeas, ut adjuves tuis verbis, quae dicturus ſum, quomodocumque neceſſe fuerit. 12 Ad quod. 13 Plus ſapis, intelligis, quam ego. 14 Ex mea domo ad Simonem. 15 Sponſam ad celebrandas nuptias. 16 Mirantis eſt puerum ante januam Simonis expoſitum.

1 *Illic eſt?* Ch. *non mihi reſpondes?* My. *hem*, 2 *nuſquam eſt. vae miſerae mihi*,
Reliquit me 3 *homo, atque abiit.* Da. *di voſtram* 4 *fidem*,
Quid 5 *turbae eſt apud* 6 *forum!* 7 *quid illic hominum litigant!*
Tum annona cara eſt. 8 *quid dicam aliud, neſcio.*
My. *Cur tu obſecro hic me* 9 *ſolam?* Da. *hem, quae haec eſt* 10 *fabula?*
Eho, Myſis, puer hic unde eſt? quiſve huc attulit?
My. *Satin' ſanus es, qui me id rogites?* Da. *quem ego igitur rogem?*
Qui hic 11 *neminem alium video?* Ch. 12 *miror unde* 13 *ſit.*
Da. 14 *Dicturan' quod rogo?* My. *au!* Da. 15 *concede ad* 16 *dexteram.*
My. *Deliras. non tute* 17 *ipſe.* Da. *verbum ſi mihi*
Unum, praeterquam quod te rogo, 18 *faxis, cave.*
My. 19 *Maledicis.* Da. *unde* 20 *eſt? dic clare.* My. *a* 21 *vobis.* Da. 22 *ha ha hae.*
Mirum vero, impudenter mulier ſi facit.

 Ch.

1 Ille. Davum quaerit, qui, ut tamquam ignarus hujus facti e foro venire videretur, adeoque facilius Chremetem deciperet, jam inde diſceſſerat. 2 Davus. 3 Hominem, non Davum dicit, ut etiamſi audiret Chremes, incertam perſonam hominis audiat, non Davum. 4 Opem imploro. Davus ex tempore a dextra rediens, & ſimulans ſe a foro venire, ne quid doli Chremes ſuſpicetur, ita exclamat. 5 Tumultus.
6 Macellum, nempe locum in quo omnia, quae ad victum humanum pertinent, venduntur. Alii forum cauſſarum intelligunt, ſed minus proprie.
7 Quantum hominum, quot homines. 8 Quod accomodatius ſit ad decipiendum Chremetem. Haec ſubmiſſe dicit, & minime audiente Chremete. 9 Scilicet, reliquiſti, quod Myſis addidiſſet, niſi Davus coeptam ab illa interrogationem intercepiſſet; volebat enim Chremetem celare, quod prius adfuiſſet. Ad eam interrogationem nihil reponit Davus, ne quid Chremeti ſuboleat.
10 Ludus, dolus. De puero intelligit, quaſi, qui eum expoſuerit, ignoret. 11 Conſulto ſimulat minime ſibi viſum Chremetem. 12 Pro ignoro. 13 Puer. Secum loquitur. 14 An dices mihi tantum quod peto, & non aliud? 15 Abito. 16 Nam a ſiniſtra erat Chremes, quem ei proximum non vult, ne omnia audiat. Alia quippe clare, alia dici jubet preſſe. 17 Puerum appoſuiſti. Sententiam non abſolvit, quod eam intercipit Davus, ne mulier totum proferat, audiatque Chremes. 18 Feceris. Haec, minas intentans, vetanſque ne puerum a ſe ipſo allatum narret, ſubmiſſe Myſidi dicit. 19 Mihi comminaris.
20 Puer. 21 A domo, & familia veſtra, nempe Pamphili. 22 Interjectio ridentis ob reſponſum Myſidis.

Ch. *Ab* 1 *Andria eſt ancilla haec, quantum intellego.*
Da. *Adeon' videmur vobis eſſe* 2 *idonei,*
3 *In quibus ſic illudatis?* Ch. *veni* 4 *in tempore.*
Da. *Propera* 5 *adeo puerum tollere hinc ab janua.*
6 *Mane: cave quoquam ex iſthoc* 7 *exceſſis loco.*
My. *Dii te* 8 *eradicent, ita me miſeram territas.*
Da. *Tibi ego dico, an non?* My. *quid vis?* Da. *at etiam rogas?*
9 *Cedo, cujum puerum hic appoſuiſti? dic mihi.*
My. *Tu neſcis?* Da. *mitte id quod ſcio: dic quod rogo.*
My. 10 *Veſtri.* Da. *cujus veſtri?* My. *Pamphili.* Da. *hem,*
quid 11 *Pamphili?*
My. *Eho, an non eſt?* Ch. *recte ego ſemper fugi* 12 *has nuptias.*
Da. *O facinus* 13 *animadvertendum!* My. *quid clamitas?*
Da. 14 *Quemne ego heri vidi ad vos adferri veſperi?*
My: *O hominem audacem!* Da. 15 *verum. vidi* 16 *Cantharam*
17 *Subſarcinatam.* My. *diis pol habeo gratias,*
Cum in 18 *pariundo aliquot adfuerunt* 19 *liberae.*
Da. 20 *Nae illa illum haud novit, cujus cauſſa haec incipit.*
21 *Chremes, ſi poſitum puerum ante aedes viderit,*

Suam

1 E domo Andriae, id eſt, Glycerii. Haec ſubmiſſa voce ſecum Chremes dicit. 2 Digni. 3 Pro quas, vel quibus. Davus Myſidem alloquitur, quaſi a Glycerii ancillis miſſam ad puerum deferendum, ut ita noſcens Chremes cujus ſit puer ille, a Pamphili nuptiis deterreatur. 4 Opportune, ut cujus ſit puer deprehenderem. & haec ſecum. 5 Ornativa, ſeu magis expletiva eſt hoc loco haec particula, nihil ad ſenſum conferens, ſed vel ad ſermonis ornatum, vel ad metrum explendum adhibita. 6 Submiſſe & haec dicit. Davus modo clam verat Myſidi, ne faciat, quod ſuperiori verſu clare, ut audiret Chremes, illi imperaverat. Myſis vero, quae conſilium Davi non intelligit, cum eo rixatur ſerio. 7 Excedas. 8 Funditus perdant. 9 Dic. 10 Eſt puer. 11 Quaſi cum indignatione repetit nomen Pamphili, ut id clare audiat Chremes. 12 Pamphili. Secum loquitur. 13 Puniendum. 14 An non ille eſt puer, quem ego &c. Suppoſititium innuit puerum allatum; ut apponeretur poſtridie ante januam, quaſi eſſet Pamphili. 15 Eſt, quod contendo. 16 Glycerii ancillam. 17 Sarcina quapiam oneratam, quaſi dicat, puerum portantem. 18 In partu Glycerii. 19 Nempe, honeſtae mulieres, quae teſtari poſſunt puerum eſſe Glycerii, non allatum fuiſſe, quarum teſtimonium infirmari non poterit, ut illud ancillarum; ſervorum enim teſtimonium nihili habebatur. 20 Certe *illa*, id eſt, Glycerium, *haud novit illum*, nempe Chremetem, *cujus cauſſa incipit* has fraudes moliri. 21 Refert verba Glycerii ſecum ita loquentis. Mimeſis.

Digitized by Google

Suam gnatam non 1 *dabit.* 2 *tanto hercle magis dabit.*
Ch. 3 *Non hercle faciet.* Da. *nunc adeo, ut tu* 4 *ſis ſciens,*
Ni puerum tollis, jamjam ego hunc mediam in viam
Provolvam, teque ibidem pervolvam in luto.
My. *Tu pol, homo, non es ſobrius.* Da. 5 *fallacia*
Alia aliam trudit. 6 *jam ſuſurrari audio,*
Civem Atticam eſſe 7 *hanc.* Ch. *hem.* Da. 8 *coactus legibus*
Eam uxorem ducet. My. *au! obſecro, an non civis eſt?*
Ch. 9 *Jocularium in malum inſciens pene incidi.*
Da. *Quis hîc loquitur?* Si. *Chreme, per tempus advenis:*
Auſculta. Ch. *audivi jam omnia.* Da. 10 *anne tu omnia?*
Ch. *Audivi, inquam, a principio.* Da. *audiſtin', obſecro? hem*
11 *Scelera:* 12 *hanc jam oportet in cruciatum hinc abripi.*
13 *Hic ille eſt, non te credas Davom ludere.*
My. *Me miſeram! nihil pol falſi dixi, mi ſenex.*
Ch. *Novi rem omnem. ſed eſt Simo intus?* Da. *intus eſt.*
My. *Ne me* 14 *attigas, ſceleſte. ſi pol Glycerio non* 15 *omnia haec.*
Da. *Eho inepta, neſcis quid ſit actum.* My. *quî ſciam?*
Da. 16 *Hic ſocer eſt.* 17 *alio pacto haud poterat fieri*

1 Pamphilo. 2 Verba Davi ſunt illa Glycerii reicjentis. Scilicet, Glycerium exiſtimat Chremetem minime daturum filiam ſuam Pamphilo, ſi puerum ante Simonis aedes aſpiciet, at ego dico quod Chremes tanto magis filiam ſuam Pamphilo dabit, quod cum vir bonus ſit, operam navabit, ut Pamphilum a Glycerio ignota muliere abſtrahat. Haec Davus dicit ſimulans Chremetem minime videre. 3 Haec de ſe loquitur Chremes, qui nondum a Davo ſe viſum fuiſſe putat.
4 Scias. 5 Ex una fraude alia oritur. 6 Haec eſt altera fallacia, cum prima ſit puerum eſſe Pamphili. 7 Glycerium. 8 Pamphilus. 9 Joco, ac riſu dignum. Senſus eſt; ego huc veniens, caſu agnovi periculum, quod mihi, & meae filiae imminebat, ridiculum ſane, cum tot fabulis permixtum ſit, ac involutum, ſed mihi, & filiae meae perniciosum futurum. 10 Audiviſti.
11 Fraudes, mendacia, quae haec ſcelerara ancilla comminiſcitur.
12 Myſidem, propter ab ea inventas fraudes. 13 Haec, Chremetem oſtendens, dicit cum ironia, & emphaſi; quaſi dicat; hic eſt ille magnus Chremes, de quo agebam, & quem tu ludis; res tibi cum illo eſt, non mecum, qui ſum ſervus, ac proinde poenas illi dabis.
14 Vt Chremetem ingreſſum domum Simonis vidit Davus, ſibi gratulans, quod ex voto res illi ceſſiſſet, & Chremetem decepiſſet, ludos facit Myſidi, quae rem, & Davi dolos minime aſſequuta, eum objurgat, & a ſe manus eum abſtinere jubet.
15 Dixero. Apoſiopeſis. 16 Chremes ſocer eſt Pamphili. 17 Quam puerum ante januam exponendo.

Ut ſciret haec, 1 *quae volumus*. My. *hem*, 2 *praediceres*.
Da. *Paulum intereſſe cenſes*, *ex* 3 *animo omnia*,
Ut fert 4 *natura*, *facias*, *an de* 5 *induſtria*?

SCENA VI.

Crito ſobrinus Chryſidis Athenas ex Andro veniens de Glycerio percontatur, an parantes reperit ſuos, audiens nondum reperiſſe dolet, quod videat hoc ſibi obſuturum in adeunda haereditate.

Crito, Myſis, Davus.

Cr. *IN hac habitaſſe platea* 6 *dictum eſt Chryſidem*,
Quae ſe inhoneſte optavit parere divitias
Potius quam in patria honeſte paupera vivere.
Ejus morte ea ad me, 7 *lege*, *redierunt* 8 *bona*.
Sed quos 9 *perconter*, *video*. *ſalvete*. My. *obſecro*,
Quem video? *eſt ne hic Crito*, 10 *ſobrinus Chryſidis*?
Is eſt. Cr. *o Myſis ſalve*. My. *ſalvos ſis*, *Crito*.
Cr. *Itan'* 11 *Chryſis*? *hem*. My. *nos quidem pol miſeras* 12 *perdidit*.
Cr. 13 *Quid vos*? 14 *quo pacto hic*; *ſati' ne* 15 *recte*? My. *ne-ſne*? *ſic*

Ut

1 Nempe, Glycerium civem eſſe Atticam &c. ob quae fortaſſe filiam ſuam Pamphilo non dabit. 2 Debueras praedicere, me monere de tuo conſilio. 3 Vere, aperte, ſine ſimulatione. 4 Naturalis, & ingenita actio poſtulat. 5 Data opera, conſulto. Senſus eſt; multum intereſt inter facta naturalia, & artificialia; illic quidem veritas, & impetus naturae dominatur, hic vero tantum eſt imitatio quaedam, & ſimulatio; illic affectus curſu naturae, hic artis, & ſimulationis, diriguntur, quapropter tu partes tuas, & perſonam melius egiſti non monita, quia natura duce, & ex animo locuta es, majoremque Chremeti fidem feciſti. 6 Mihi 7 Jure haereditario, cum ſim illius Sobrinus, nam ex lege qui ſunt genere proximi exinteſtato, ad cernendam haereditatem vocantur. *Muretus*. 8 Bona redire in familiam dicuntur, cum non eſt haeres de proximo, aut ex teſtamento. 9 Interrogem de domo Chryſidis. 10 Filius ex ſorore Chryſidis. *Sobrini*, & *Sobrinae* ſunt, qui, quaeve ex fratribus, vel ſororibus patruelibus, vel conſobrinis, vel amitinis, progenerantur. Myſis noſcit modo Critonem, quod in Andro eum viderat, antequam cum Chryſide, & Glycerio diſcederet. 11 Scilicet, defuncta eſt. 12 Nam ejus morte dominam amiſimus, & ab omnibus derelictae ſumus. 13 Agiris. 14 Vivitis. 15 Satis ne vobis recte eſt? Satiſne ſalvae res veſtrae ſunt? Italice; *van bene le voſtre coſe*?

1 *Vt quimus*, 2 *ajunt*; 3 *quando*, *ut volumus*, *non licet*.
Cr. *Quid Glycerium? jam hic ſuos parentes repperit?*
My. *Utinam*. Cr. *an nondum etiam?* 4 *haud auſpicato huc me appuli:*
Nam pol, *ſi id ſciſſem*, *nunquam huc* 5 *tetuliſſem pedem:*
Semper enim dicta eſt 6 *ejus* 7 *haec*, *atque habita eſt ſoror:*
Quae illiu' fuerunt, *poſſidet*; *nunc me* 8 *hoſpitem*
9 *Lites ſequi*, *quam hic mihi ſit* 10 *facile atque utile*,
Aliorum exempla commonent. *ſimul arbitror*,
Jam eſſe aliquem amicum & defenſorem ei: nam fere
Grandiuſcula jam profecta eſt 11 *illinc*. 12 *clamitent*,
Me ſycophantam hereditatem perſequi,
Mendicum. *tum ipſam deſpoliare non libet*.
My. *O optume hoſpes pol*, *Crito*, 13 *antiquum obtines*.
Cr. *Duc me ad* 14 *eam*, *quando huc veni*, *ut videam*.
My. *maxume*.
Da. *Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat* 15 *ſenex*.

ACT.

1 Vivimus, ut poſſumus. 2 Vt vulgo dicitur. 3 Quoniam non licet nobis vivere tam bene, ut vellemus. 4 Haud feliciter, haud bonis auſpiciis, bonis avibus, quorum cantum, paſtum &c. in iis, quae privatim, & publice fiebant, maxime conſulebant veteres; unde eleganter haec formula translata eſt ad id ſignificandum, quod aliter evenit, quam vellemus. Italice vero hic locus ita reddi poſſet: *ſon capitato quà in cattivo punto*. 5 Antique protuliſſem. 6 Chryſidis. 7 Glycerium. 8 Haud civem Athenienſem. 9 Super Chryſidis bonis, quae poſſidet Glycerium, repetendis. 10 Scilicet, difficile, atque inutile. Ironia. 11 Ex Andro 12 Illi, qui Glycerium defendunt, palam dicent me *Sycophantam*, id eſt calumniatorem eſſe, & haereditatem minime ad me pertinentem in judicio repetere, atque eſſe mendicum. Sycophanta proprie notat delatorem, qui exportatas ex Attica regione ficus prodebat, ita dictus ἀπὸ τῆ σῦκα φαίνεσαι a ficubus prodendis, indicandis. Lege enim apud Athenienſes cautum erat, ne quis ficus Athenis exportaret, & ad eas aſſeverandas publice cuſtodes ſtatuebantur, propoſita poena furibus, qui eas decerperent, & alio deportarent, propoſitoque praemio illis, qui fures indicarent, quique *ſycophantae* dicebantur. Quia vero minuta eſt accuſatio, ideoque parum honeſta, ea de cauſſa calumniatoribus id nomen tributum fuit. 13 Antiquam virtutem, & candidos mores tenes. Vide Adelph. Act. 3 ſc. 4. verſ. 88. 14 Glycerium. 15 Micio.

ACTVS QVINTVS

SCENA I.

Acris expoſtulatio Chremetis cum Simone, & plena nuptiarum renunciatio.

Chremes, Simo.

Ch. *SAti' jam, ſati', Simo, ſpectata erga te amicitia eſt mea:*
Sati' pericli coepi adire: 1 *orandi jam finem face.*
Dum ſtudeo obſequi tibi, pene 2 *illuſi vitam filiae.*
Si. *Imo enim quam maxume abs te poſtulo atque oro, Chreme,*
Vt beneficium, 3 *verbis initum dudum, nunc re comprobes.*
Ch. *Vide, quam* 4 *iniquus ſis prae* 5 *ſtudio.* 6 *dum efficias id quod cupis,*
Neque 7 *modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas:*
Nam ſi 8 *cogites,* 9 *remittas jam me* 10 *onerare injuriis.*
Si. *Quibus?* Ch. *ah rogitas?* 11 *perpuliſti me, ut* 12 *homini adoleſcentulo,*
In alio occupato amore, abhorrenti 13 *ab re uxoria,*
Filiam darem 14 *in ſeditionem, atque* 15 *incertas nuptias;*
16 *Ejus labore atque ejus dolore gnato ut* 17 *medicarer tuo.*
18 *Impetraſti:* 19 *incepi, dum* 20 *res tetulit: nunc* 21 *non fert:* 22 *feras.*
23 *Illam* 24 *hinc civem eſſe ajunt: puer eſt natus: nos* 25 *miſſos face.*

Si.

1 Pamphilo ut filiam meam tradā. 2 Decepi, perdidi ſalutem Philumenae. 3 Promiſſis. 4 Injuſtus in petendo. 5 Ob nimium amorem erga tuum filium. 6 Dummodo. 7 Modum benevolentiae, amicitiae, quem in petendis, atque impertiendis beneficiis amici tenere debent. 8 Cogitares quantum ab amicorum benevolentia ſit exigendum. 9 Certe deſineres, te abſtineres. 10 Agitare, vexare injuſtis petitionibus. 11 Compuliſti tuis petitionibus. 12 Pamphilo. 13 A conjugio. 14 In diſſentionem, non conjugium, nam quotidie conjuges inter ſe diſſentirent, ac veluti in ſeditione viverent. 15 Ob certum periculum divortii. 16 Philumenae. 17 Remedium afferrem malae conſuetudini filii tui. 18 Vt filiam Pamphilo darem. 19 Parare nuptias. 20 Quamdiu *res tetulit*, coniugii honeſtas, atque utilitas id poſtulavit. 21 Nunc eadem rei honeſtas, atque utilitas non patitur, non permittit, ut Pamphilo dem filiam. 22 Acquieſcas, patiaris me promiſſis non ſtare. 23 Glycerium 24 Athenarum. 25 Dimitte me, deſine me amplius orare.

Digitized by Google

Si. *Per ego te deos oro, ut ne* 1 *illis animum inducas credere,*
Quibus id maxume utile eſt 2 *illum eſſe quam* 3 *deterrimum.*
4 *Nuptiarum gratia* 5 *haec ſunt ficta atque incepta omnia,*
6 *Ubi ea cauſſa, quamobrem haec faciunt, erit ademta his,* 7 *deſinent.*
Ch. *Erras. cum Davo egomet vidi jurgantem* 8 *ancillam.* Si. *ſcio.* Ch. *at*
9 *Vero voltu; cum, ibi me adeſſe, neuterdum praeſenſerat.*
Si. *Credo: &* 10 *id facturas Davus dudum praedixit mihi:*
Et neſcio 11 *quid tibi ſum oblitus hodie* 12 *ac volui dicere.*

SCENA II.

Dum inſolens, & triumphans Davus ſibi rem e voto ceſſiſſe gloriatur, jubente Simone in vincula rapitur.

Davus, Chremes, Simo, Dromo.

Da. 13 *ANimo jam nunc otioſo eſſe impero.* 14 Ch. *hem Davom tibi.*
Si. *Unde egreditur?* Da. 15 *meo praeſidio, atque hoſpitis.* Si. 16 *quid illud mali eſt?*
Da. 17 *Ego commodiorem hominem, adventum, tempus, non vidi.* Si. 18 *ſcelus!*

Quem

1 Glycerii ancillis. 2 Pamphilum. 3 Peſſimum, ſceleſtum. 4 Vt Pamphili nuptiae cum filia diſturbarentur. 5 Quae a Glycerii ancillis dicta, & facta fuiſſe dicis. 6 Vbi ea cauſſa, propter quam haec fingunt; 7 Glycerii ancillae talia fingere; quaſi dicat: ſi Pamphilus filiam tuam ducet, evaneſcent omnes illarum conficti doli; atque fallaciae. 8 Myſidem. Vide Act. 4. ſc. 4. 9 Quaſi dicat non ſimulate, ſed ſerio jurgabant. 10 Glycerii ancillas facturas eſſe id, quod dixiſti, nempe, puerum ante januas expoſituras, & Glycerium civem eſſe Atticam praedicaturas &c. Vide Act. 2. ſcen. 3. 11 Ob quid, quomodo. 12 Contra quam volui. 13 Jam nunc nobis, nempe Pamphilo, Glycerio, eorumque fautoribus, eſſe licet animo tranquillo, & vacuo a metu. Haec dicit Davus prius quam Simonem, & Chremetem adeſſe animadvertat. 14 Simonem alloquitur. 15 Mea opera, & hoſpitis Chremetis adventu, factum eſt quod eſſemus animo tranquillo. Secum loqui pergit. 16 Quid ſceleris, fraudis eſt illud, propter quod exultat, loquitur Davus. 17 Opportuniorem. Admiratur Davus, quod in ipſo periculi articulo ſupervenerit Crito, quod evenit Act. 4. ſce. 5. *Commodum* in homine eſt, *adventum* in facto ejus, tempus in opportunitate facti. 18 Sceleſtus Davus.

Quemnam hic laudat? Da. *omnis res eſt jam* 1 *in vado.*
Si. *ceſſo* 2 *alloqui?*
Da. *Herus eſt: quid agam?* Si. *o ſalve*, 3 *bone vir*. Da. *bene Simo, o noſter Chremes*,
Omnia 4 *apparata jam ſunt intus*. Ch. 5 *curaſti probe*.
Da. 6 *Ubi voles*, 7 *arceſſe*. Si. *bene ſane*. 8 *id enim vero hinc nunc abeſt*.
9 *Etiam tu hoc reſpondes, quid* 10 *iſthic tibi negotî eſt?*
Da. *mihin'?* Si. *ita*.
Da. *Mihine?* Si. *tibi ergo*. Da. 11 *modo introii*. Si. *quaſi ego*, 12 *quam dudum id rogem*.
Da. *Cum tuo gnato una*. Si. *anne eſt intus Pamphilus? crucior miſer*.
Eho, non tu dixti eſſe inter 13 *eos inimicitias, carnufex?*
Da. *Sunt*. Si. *cur igitur hic eſt?* Ch. *quid illum* 14 *cenſes? cum illa* 15 *litigat*.
Da. *Imo vero indignum, Chreme, jam facinus* 16 *faxo ex me audias*.
Neſcio qui 17 *ſenex modo venit:* 18 *ellum*, 19 *confidens*, 20 *catus*:
Cum faciem videas, videtur eſſe 21 *quantivis pretî*:
22 *Triſtis ſeveritas ineſt in voltu, atque in verbis* 23 *fides*.

Si.

1 In ſecuritate, in tuto, citra periculum. Metaphora proverbialis a natantibus, vel navigantibus deſumta. Vadum autem eſt aquae fundus, in quo, aut navis, aut quiſquis conſtiterit, jam effugit periculum, ne mergatur. 2 Davum. 3 Ironia. 4 Pro nuptiis. 5 Ironia; nihil enim apparaverat. 6 Quando. 7 Sponſam. 8 Id ſolum enim, nempe ut vocetur ſponſa, deeſt. Ironia. 9 An non etiam tu hoc mihi reſpondes, hoc mihi dices, id eſt ſolum deeſſe ad nuptias, quod dixi? Alii malunt ita. Tu quoque mihi jam jam reſponde, ita ut *reſpondes* antique pro reſponde ſit, ut in Adelphis *taces* pro tace dixit. 10 In domo Glycerii, ex qua egreſſus es. 11 Perturbatus, conſternatuſque Davus, & nihil in promptu habens quod reſpondeat, primum eadem repetit, mox aliud, quam interrogabatur, reſpondendo vacillat, & ut ſe excuſet, Pamphilum accuſat. 12 Quã a longo tempore ingreſsus fueris. 13 Glycerium, & Pamphilum. 14 Illic agere. 15 Ironia. 16 Faciam. Simulat Davus improbare teſtimonium Critonis de Glycerio, quod ſit civis Attica, ut aduletur Simoni, & magis Chremetem a nuptiis deterreat. 17 Critonem intelligit. 18 En illum; non oſtendit praeſentem, ſed in domo eſſe Glycerii. 19 Conſtans. 20 Prudens. 21 Maximae aeſtimationis. 22 Plena gravitatis. 23 Veritas.

Si. 1 *Quidnam adportas?* Da. *nil equidem, niſi quod illum audivi dicere.*

Si. *Quid ait tandem?* Da. *Glycerium ſe ſcire civem eſſe hanc Atticam.*

Si. *Hem*, 2 *Dromo, Dromo.* Da. *quid eſt?* Si. *Dromo.* Da. *audi.* Si. *verbum ſi* 3 *addideris. Dromo.*

Da. *Audi obſecro.* Dr. *quid vis?* Si. 4 *ſublimem hunc intro rape, quantum potes.*

Dr. *Quem?* Si. *Davom.* Da. *quamobrem?* Si. *quia lubet. rape, inquam.* Da. *quid feci?* Si. *rape.*

Da. *Si quidquam mentitum invenies, occidito.* Si. *nihil audio.*

Ego jam te 5 *commotum reddam.* Da. *tametſi hoc* 6 *verum eſt.* Si. *tamen,*

Cura adſervandum vinctum: atque, audin'? 7 *quadrupedem conſtringito.*

Age, nunc jam ego pol hodie, ſi vivo, tibi

Oſtendam, herum quid ſit pericli fallere, &

8 *Illi, patrem.* Ch. *ah, ne ſaevi tantopere.* Si. *Chreme,*

9 *Pietatem gnati! nonne te miſeret, mei,*

Tantum laborem capere ob talem filium?

10 *Age, Pamphile: exi, Pamphile: ecquid te pudet?*

SCENA III.

Simo Pamphilum graviter objurgat: filius veniam petit

1 Quid novi iſtis tuis verbis mihi adportas? 2 Commotus ira Simo nihil amplius dicit, ſed ſervum, qui e lorariis unus erat, vocat. 3 Gravius mulctabo, Apoſiopeſis. 4 Ita alte ſublatum, ut terram non tangat.

5 Te commovebo, exagitabo te, inquam, qui tranquillum eſse praedicabas, alioſque tranquillos eſse jubebas. Alludit ad verba Davi, quae ſunt initio ſcenae. 6 Quod dixi, nempe nihil me eſse mentitum. 7 Manibus, pedibuſque ſimul colligatis, quaſi fera eſſet, quae quatuor pedibus ſimul nexis conſtringeretur. Fortaſse ad quoddam ſupplicii genus Athenienſium alludit, qui ſervos, alioſque nequam homines ſi quid gravius admiſiſsent vinculis quibuſdam ligneis (*κυφῶνες* appellatis a *κύπτω, inclino*) ſtringebant, ut non poſsent caput erigere, quadrupedum inſtar inclinati. 8 Pamphilo. 9 Videſne pietatem mei filii erga me! Ironia, id eſt, vides quam impium, & contemnentem patrem, habeam filium. 10 Pamphilum e domo Glycerii ad ſe vocat.

Google

tit, ac ſe totum paternae ſubjicit voluntati, ſimul orat ſibi ut liceat adducere Critonem; annuit Simo.

Pamphilus, Simo, Chremes.

Pa. *QUis me volt? perii, pater eſt*. Si. *quid ais*, 1 *omnium*? Ch. *ab*,
2 *Rem potius ipſam dic, ac mitte male loqui*.
Si. *Quaſi quidquam in hunc jam* 3 *gravius dici poſſiet*.
Ain tandem, civis Glycerium eſt? Pa. *ita praedicant*.
Si. *Ita praedicant? ingentem* 4 *confidentiam!*
Num cogitat quid dicat? num facti piget?
Num ejus 5 *color pudoris ſignum uſquam indicat?*
Adeon' 6 *impotenti* 7 *eſſe animo, ut* 8 *praeter civium*
9 *Morem, atque* 10 *legem, & ſui voluntatem patris,*
Tamen hanc habere cupiat cum ſummo probro?
Pa. *Me miſerum!* Si. *modo ne id demum* 11 *senſti, Pamphile?*
Olim iſthuc, olim, cum ita animum 12 *induxti tuum,*
Quod cuperes, 13 *aliquo pacto efficiundum tibi:*
Eodem die 14 *iſthuc verbum vere in te accidit.*
Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam ſenectam hujus 15 *ſolicito amentia? an*
Pro hujus ego ut peccatis ſupplicium ſufferam?
Imo habeat, valeat, vivat cum illa. Pa. *mi pater*.
Si. *Quid, mi pater? quaſi tu* 16 *hujus indigeas patris*.
Domus, uxor, liberi inventi invito patre:
17 *Adducti qui illam civem* 18 *hinc dicant*. 19 *viceris*.

Pa.

1 Perditiſſime. Apoſiopeſis ex ira. 2 Crimen, propter quod illi ſuccenſeas 3 Quam quod comiſit. 4 Audaciam cum improbitate conjunctam. 5 Rubor in pueri vultu, cum objurgatur, ingenui, ac liberalis pudoris eſt ſignum. Plautus in Bacchi: *nam ego illum periiſſe duco, cui quidem periit pudor*. Diogenes, ut refert Diog. Laer. lib. 6. adoleſcentem pudore perfuſum videns, *confide* (inquit) *fili* hujuſmodi eſt virtutis color.
6 Debili, ſe non moderanti, malae conſuetudini addicto.
7 Eſse poteſt. 8 Contra. 9 Mos eſt jus non ſcriptum, lex vero jus ſcriptum. 10 A Pericle latam, quae vetabat connubia cum peregrinis jungere, quique ex iis naſcebantur, honorum, magiſtratuum, aliarumque commoditatum civilium minime cenſebantur capaces. Simo autem Glycerium peregrinam eſse credebat, utpote Andriam. 11 Senſiſti te eſse miſerum. 12 Induxiſti, tibi propoſuiſti. 13 Quoquo modo tibi eſse perficiendum.
14 Nempe, *te eſſe miſerum*.
15 Contriſto. 16 Se indicat, & in contemptum ſui *hujus* dicit.
17 Corrupti, ſubornati ſunt a te.
18 Ex Athenis. 19 Tua eſt victoria, tibi cedendum eſt, voti compos factus es.

Pa. *Pater, licetne pauca?* Si. *quid dices mihi?*
Ch. *Tamen, Simo, audi.* Si. *ego audiam? quid audiam, Chreme?* Ch. *attamen dicat ſine.* Si. *age dicat, ſino.*
Pa. *Ego me amare hanc fateor. ſi id peccare eſt, fateor id quoque.*
Tibi, pater, me dedo. quidvis oneris impone, impera.
Vis me uxorem ducere? hanc amittere? ut potero, feram.
1 *Hoc modo te obſecro, ut ne credas a me* 2 *allegatum hunc* 3 *ſenem.*
Sine me 4 *expurgem, atque illum huc coram adducam.* Si. *adducas?* Pa. *ſine, pater.*
Ch. *Aequum poſtulat: da* 5 *veniam.* Pa. *ſine te hoc exorem.* Si. *ſino.*
Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli 6 *comperiar, Chreme.*
Ch. *Pro peccato magno paululum ſupplicii ſatis eſt patri.*

SCENA IV.

Crito oſtendit Simone Glycerium Civem eſſe Atticam, & Chremetis ipſius filiam. Davus vinclis ſolvitur.

Crito, Chremes, Simo, Pamphilus.

Cr. 7 *Mitte orare, una* 8 *harum quaevis cauſſa me,* 9 *ut faciam, monet,*
10 *Vel tu, vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio.*
Ch. *Andrium ego Critonem video? & certe is eſt. ſalvos ſis, Crito.*
Quid tu 11 *Athenas* 12 *inſolens?* Cr. 13 *evenit. ſed hiccine eſt Simo?*

Ch.

1 Tantummodo. 2 Corruptum. 3 Critonem. 4 Excuſem. 5 Facultatem adducendi. 6 Comperiam. Deponens eſt. 7 Nempe, ut patri tuo oſtendam Glycerium civem eſſe Atticam. Exoraverat Pamphilus patrem, ut liceret adducere Critonem. & id impetraverat; itaque eum adducit, & inter accedendum, Pamphilus rogat Critonem, ut ediſſeret apud patrem, quae ad agnitionem Glycerii pertinent, cui Crito officioſe reſpondet *mitte &c.* 8 Ex his tribus cauſſis, quas modo dicam. 9 Quod velis, nempe, ut probem Glycerium civem eſſe Atticam. 10 Senſus eſt; ego docebo Simonem, Glycerium civem eſſe Atticam, *vel tu*, ideſt, vel quia tu id a me petis, cui rem gratam facere velim, *vel quod verum eſt*, nempe, vel quia ita veritas poſtulat, cum revera ſit civis Attica. *vel quod cupio ipſi Glycerio*, ſcilicet, vel quia faveo, ſtudeo commodis Glycerii. *Cupere alicui* eſt bene velle. 11 Veniſti. 12 Cum non ſis ſolitus venire. 13 Caſu accidit, quod Athenas venerim.

Ch. *Hic eſt.* Si. *mene quaeris? eho, tu Clycerium* 1 *hinc civem eſſe ais?*
Cr. *Tu negas?* Si. *itane huc* 2 *paratus advenis?* Cr. *quare?* Si. *rogas?*
Tu ne impune haec facias? tune hic homines adoleſcentulos
Imperitos rerum, 3 *eductos libere, in fraudem illicis?*
Solicitando, & pollicitando eorum animos 4 *lactas?* Cr. *ſanu' n' es?*
Pam. *Perii: metuo* 5 *ut ſubſtet hoſpes.* Ch. *ſi, Simo, hunc noris ſatis,*
Non ita arbitrere. bonus hic eſt vir. Si. *hic vir ſit bonus?*
Itane 6 *adtemperate venit hodie* 7 *in ipſis nuptiis,*
Ut veniret ante hac nunquam? 8 *eſt vero huic credendum, Chreme?*
Pam. *Ni metuam patrem,* 9 *habeo pro illa re illum quod moneam probe.*
Si. 10 *Sycophanta.* Cr. *hem.* Ch. 11 *ſic, Crito, eſt hic; mitte.* Cr. 12 *videat qui ſiet:*
Si mihi pergit, quae volt, dicere, ea, quae non volt, audiet,
13 *Ego iſthaec moveo, aut curo? non tu* 14 *tuum malum aequo animo feres?*
Nam, ego quae 15 *dico,* 16 *vera, an falſa audieris, jam* 17 *ſciri poteſt.*
Atticus quidam olim navi fracta ad Andrum 18 *ejectus eſt,*

Et

1 Athenarum. 2 Dolis inſtructus. 3 Educatos honeſte. 4 Vide ſupra Act. 4. Scen. 1. v. 24. 5 Ne non Crito peregrinus perferre poſſit patris contumelias, atque iracundiam, & animo praeſenti eſſe ad probandum Glycerium civem eſſe Atticam. Italice; *temo che non regga.* 6 Opportune, quaſi ex condicto. 7 In ipſo nuptiarum articulo, 8 Ironia. 9 *Habeo*, in mentem venit aliquid, quod appoſite moneam Critonem *pro illa re*, quam illi obiicit pater. Quaſi dicat monerem Critonem, ut diceret patri, quod ſi ipſe his diebus venit Athenas, non venit ad diſturbandas meas nuptias, ut credit Simo, ſed ob auditam Chryſidis mortem, illius haereditatis accipiendae cauſſa. 10 Calumniator. Vide ſupra Act. 4. Scen. 6. v. 20. 11 Hic Simo, Crito, eſt talis naturae, nempe, iracundus; dimitte eum, noli ejus conviciis commoveri. 12 Quae ſit ejus natura non curo, ipſe viderit. Italice; *ſia fatto come ei vole.* 13 Ego excito, aut curo tuos tumultus ob nuptias ſuſcitatos, quos mihi obiicis? 14 Crimen filii tui, nempe, fidem, quam Pamphilus Glycerio dedit eam ducendi. 15 De Glycerio. 16 An verum, aut falſum dixerim. 17 Ex iis, quae dicam. 18 Procellae vi delatus eſt ad litus inſulae Andri.

Et 1 *iſthaec una parva virgo. tum ille egens forte* 2 *applicat*
Primum ad Chryſidis patrem ſe. Si. 3 *fabulam inceptat.*
Ch. 4 *ſine.* (*cognatus fuit,*
Cr. *Itane vero* 5 *obturbat?* Ch. *perge.* Cr. *tum* 6 *is mihi*
Qui 7 *eum recepit.* 8 *ibi ego audivi ex illo ſeſe eſſe Atticum.*
Is ibi mortuus eſt. Ch. *ejus nomen?* Cr. *nomen* 9 *tam cito tibi?*
Phania. Ch. *hem,* 10 *perii!* Cr. *verum hercle, opinor fuiſſe Phaniam,*
Hoc certo ſcio, 11 *Rhamnuſium ſe ajebat eſſe.* Ch. *o Jupiter!*
Cr. *Eadem haec, Chreme, multi alii in Andro tum audivere.* Ch. *utinam id ſiet*
Quod ſpero. eho dic mihi, 12 *quid is eam tum, Crito?*
13 *Suamne ajebat eſſe?* Cr. *non.* Ch. 14 *cujam igitur?*
Cr. 15 *fratris filiam.*
Ch. *Certe mea eſt.* Cr. *quid ais?* Si. *quid tu? quid ais?*
Pam. 16 *arrige aures, Pamphile.*
Si. 17 *Quî credis?* Ch. *Phania ille, frater meus fuit.* Si. *noram, & ſcio.* (*proficiſcitur.*
Ch. *Is hinc bellum fugiens, meque in Aſiam* 18 *perſequens,*
Tum 19 *illam hic relinquere eſt veritus.* 20 *poſtilla nunc primum audio*
Quid 21 *illo ſit factum.* Pam. *vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu,*
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
Si. *Nae* 22 *iſtam* 23 *multimodis tuam inveniri gaudeo.*
Pam. *credo, pater.*

1 Et ſimul cum eo delata eſt illuc iſta Glycerium, cum adhuc eſſet parva. 2 *Applicat ſe*, ideſt, contulit ſe, acceſſit. 3 Italice; *da principio alla favola*. 4 Critonem loqui. 5 Me interpellat.
6 Chryſidis pater. 7 Atticum. 8 In Andro. 9 Subaudi, proferam; & eſt ellipſis cogitantis. 10 Chremes audito fratris nomine, ſtatim incipit agnoſcere filiam ſuam. Itaque ſe periiſſe dicit, quod in eam contumelioſus fuerat. 11 Ex Rhamno, qui pagus erat Atticae juxta Aſopum fluvium. Hic pagus auctore Plinio erat clarus marmorea ſtatua Nemeſis Deae ultricis ſuperborum, quae ob id *Rhamnuſia* dicitur. 12 Senſus eſt, o Crito, quam eſſe eam puellam ajebat Phania, ſeu cujus eſſe dicebat. 13 Filiam. 14 Cujus filiam? 15 Qui erat ipſe Chremes. 16 Se ipſum alloquitur Pamphilus, & ad attentionem diligentiorem adhortatur. Attolle aures, quo facilius audias. Proverbium, & metaphora eſt a pecudibus aures arrigentibus. 17 Qua ratione id credis. 18 Sequens in Aſiam, quo prius eram profectus. 19 Glycerium filiam meam. 20 Poſtea, ex illo tempore. 21 De fratre meo. 22 Filiam tuam Glycerium. 23 Multis modis, indiciis.

Ch. At mihi unus 1 ſcrupulus etiam reſtat, qui me 2 male habet. Pam. dignus es
Cum tua 3 religione odio. nodum in 4 ſirpo quaeris. Cr. 5 quid iſtud eſt?
Ch. 6 Nomen non convenit. Cr. fuit hercle aliud huic parvae. Ch. 7 quod, Crito?
Nunquid meminiſti? Cr. id quaero. Pam. egone 8 hujus 9 memoriam patiar meae (cari mihi?
10 Voluptati obſtare, cum egomet poſſim in hac re 11 medi-
Non patiar. heus, Chreme, quod quaeris, Paſibula eſt. Cr. ipſa eſt. Ch. ea eſt. (Chreme,
Pam. Ex ipſa millies audivi. Si. omnes nos gaudere hoc,
Te credo credere. Ch. ita me dii ament, credo. Pam. quid reſtat, pater? (lepidum patrem!
Si. Jamdudum 12 res reduxit me ipſa in 13 gratiam. Pam. o
De uxore ita ut poſſedi, 14 nihil mutat Chremes. Ch. cauſſa optuma eſt, (Ch. dos, Pamphile, eſt
15 Niſi quid pater aliud ait. Pam. 16 nempe. Si. 17 ſcilicet.
18 Decem talenta. Pam. 19 accipio. Ch. propero ad 20 filiam. eho 21 mecum, Crito: (ſferri jubes?
Nam illam me haud noſſe credo. Si. cur non illam huc tran-
Pam. Recte admones. Davo ego iſthuc dedam jam negoti. Si. non poteſt.
Pam. Qui? Si. quia habet 22 aliud magis ex ſeſe, & majus. Pam. quidnam? Si. vinctus eſt.

Pam.

1 Dubitatio. Vide Adelph. Ac. 2. Scen. 2. v. 19. 2 Cruciat. 3 Scrupulo, anxia ſolicitudine 4 Difficultatem in re minime dubia quaeris. Proverbium in anxios, & vix credentes manifeſtis rebus; eſt enim ſirpus ſine nodo, & levis junci ſpecies 5 Quis eſt iſte tuus ſcrupulus? 6 Nomen Glycerii non erat nomen meae filiae, quam ſecum parvulam abduxit frater. 7 Quod erat illi nomen? 8 Critonis 9 Memoriae oblivionem, quo fit, ut Crito meminiſſe non vacat nominis illius puellae. 10 Gaudio. 11 Remedium afferre aperiendo aliud nomen, quod habet Glycerium, 12 Caſus tam improviſus, nempe agnitio Paſibulae. 13 In amicitiam Chremetis, & tuam. 14 Ideſt, vult, concedit Chremes, ut pro uxore habeam Glycerium, ut eam hactenus poſſedi. 15 Niſi aliter velit pater tuus. 16 Certe ita fiat. 17 Sane nihil muto. 18 Sex millia Philippeorum, ſive aureorum Romanorum. Talentum, de quo hic ſermo eſt, continebat ſexaginta minas; ſingulae minae decem Philippeos, ut alibi diximus. 19 Niſi dixiſſet *accipio*, dos non eſſet, datio enim ab acceptione confirmatur *Donatus*. 20 Glycerium ex inſperato repertam, & tamdiu non viſam. 21 Veni. 2 Aliud negotium *magis ex ſeſe*, quod magis ad eum ſpectat, eumque magis ſolicitat.

Pam. *Pater, non* 1 *recte vinctus eſt*. Si. 2 *haud ita juſſi*.
Pam. *jube ſolvi, obſecro*.

Si. *Age, fiat*. Pam. *at* 3 *matura*. Si. *eo intro*. Pam. *o fauſtum, & felicem hunc diem!*

SCENA V.

Prodit Charinus, ut quid agat Pamphilus ſciat, ille vero triumphans gaudio, de felicitate ſua exultat.

Charinus, Pamphilus.

Cha. 4 *PRoviſo, quid agat Pamphilus. atque* 5 *eccum*. Pam. *aliquis forſan me putet*

Non putare 6 *hoc verum:* 7 *at mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet.*

Ego vitam deorum propterea 8 *ſempiternam eſſe arbitror,*

Quod voluptates eorum 9 *propriae ſunt; nam mihi immortalitas*

Parta eſt, ſi nulla huic 10 *aegritudo* 11 *gaudio intercesſerit.*

Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui haec narrem, 12 *dari?*

Cha. 13 *Quid illuc gaudii eſt?* Pam. *Davom video. nemo eſt, quem* 14 *mallem, omnium:*

Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gaviſurum eſſe gaudia.

SCENA VI.

Pamphilus Davo, & Charino fortunas ſuas narrat.

Davus, Charinus, Pamphilus.

Da. *PAmphilus ubinam hic eſt?* Pam. *Dave*. Da. *quis nam homo' ſt?* Pam. *ego ſum*. Da. *o Pamphile*.

1 Juſte. 2 Nempe, ut non recte vinceretur, ſed ut rectiſſime, ideſt, arctiſſime; juſſerat enim quadrupedem ſtringi ſcen. 2. hujus Act. Ludit itaque in ambiguitate vocis *recte*, & quod Pamphilus ad cauſſam, Simo ad rem retulit. 3 Ut vinculis ſolvatur Davus. 4 Venio ut videam. 5 Ecce illum. 6 Quod dicam. 7 Senſus eſt; alii putent, ut volunt, ego autem verum eſſe confirmo, quod mihi credere lubet. 8 Beatam, immortalem. 9 Perpetuae, & tales, ut ab iis nunquam recedant. *Proprium* dicitur quod ita naturae inhaeret, ut nunquam abeat. 10 Moleſtia. 11 Quod concepi de agnita Glycerio filia Chremetis. 12 Obviam. 13 Haec Charinus dicit videns a longe exultantem gaudio Pamphilum, & quare ita triumpharet ignorans. 14 Mihi dari obviam.

Pam. *Neſcis quid mihi obtigerit*. Da. *certe : ſed , quid mihi obtigerit* , 1 *ſcio* .
Pam. *Et quidem* 2 *ego*. Da. *more hominum evenit* , 3 *ego ut quod ſum nactus mali* ,
Prius reſciſceres tu , quam ego , tibi quod evenit boni .
Pam. *Mea Glycerium ſuos parentes reperit* . Da. *o factum bene !* Cha. *hem* .
Pam. 4 *Pater amicus ſummus nobis* . Da. *quis ?* Pam. *Chremes* . Da. *narras probe* . (*ille ſomniat*
Pam. *Nec mora ulla eſt, quin jam uxorem ducam* . Cha. 5 *num*
Ea , quae vigilans voluit ? Pam. *tum de puero , Dave ?* Da. *ah deſine :* (*vera ſunt* .
6 *Solus eſt , quem diligunt dii* . Cha. *ſalvos ſum , ſi haec*
7 *Conloquar* . Pam. *quis homo eſt ? Charine , in tempore ipſo mi advenis* .
Cha. 8 *Bene factum* . Pam. *hem, audiſti ?* Cha. *omnia* . *age , me in tuis* 9 *ſecundis reſpice* . (*omnia* .
10 *Tuus eſt nunc Chremes* . 11 *facturum , quae voles , ſcio* ,
Pam. *Memini ; atque adeo longum eſt , nos illum expectare , dum exeat* . (*domum* ,
Sequere hac me intus ad Glycerium nunc . tu , Dave , abi
Propere arceſſe 12 *hinc qui auferant eam . quid ſtas ? quid ceſſas ?* Da. *eo* .
Ne expectetis dum 13 *exeant huc : intus* 14 *deſpondebitur :*
Intus tranſigetur , ſi quid eſt , quod reſtet , plaudite .

1 Me , nimirum, tua cauſſa vinctum fuiſſe . 2 Et quidem ego ſcio quid tibi obtigerit; nam illi ſupra id retulerat Simo ſc. 4.
3 Fama enim eſt velocior ficti, pravique, quam nuncia veri , ac boni . 4 Pater ejus, nempe Glycerii , eſt nobis amiciſſimus.
5 Haec adhuc a ceteris ſemotus dicit . 6 Ita bene ſe habet puer tuus , ut eum ſolum dii omnes curare , & diligere videantur . 7 Utrumque adibo
8 Gratulatio eſt per compendium : quaſi dicat ; gratulor vobis de veſtris fortunis , ſed ſententiam non abſolvit , quod impeditur a Pamphilo . 9 In fortunis tuis fac ut ſis memor mei.
10 Socer . amicus . 11 Quaſi dicat ; ſi velis meo nomine Philumenam petere , ſcio Chremetem nunquam id tibi negaturum .
12 Qui e ſua domo ad noſtram ducant Glycerium . 13 Ad celebrandas nuptias . Spectatores alloquitur eoſque dimittit . 14 Dabitur Glycerium Pamphilo , Philumena Charino . *Deſpondere* proprie dicebatur pater , ſive is , in cujus poteſtate virgo erat .

FINIS ANDRIAE.

PVBLII TERENTII

ADELPHI

CVM ANIMADVERSIONIBVS ET INTERPRETATIONIBVS

EVERARDI AVDRICHII

DE CL. REG. SCHOLARVM PIARVM.

Prodeſt autem, & delectat actu, & ſtylo haec Fabula.

Donatus in Prolegomenis Adelph. Teren.

Adelphorum principium Varro etiam praefert principio Menandri.

Svet. in vita Teren.

SCIPIONI . CAPPONIO

MARCHIONI . PATRICIO . FLORENTINO

LONGE . NOBILISSIMO . ATQVE . AMPLISSIMO

VIRO . MAXIMI . EXEMPLI

ET . OB . SINGVLARIA . PROBITATIS

PRVDENTIAE . PIETATIS . IVSTITIAE

ALIARVM . QVE . VIRTVTVM . MERITA

OMNIBVS . PROBATISSIMO . ATQVE . PERCARO

OPERA . SEMPER . EGREGIE

QVA . PATROCINIO . QVA . LIBERALITATE

IN . REM . LITTERARIAM

NAVATA

SVIS . ERGA . LITTERAS . PROMERITIS

SPECTATISSIMO

EVERARDVS . AVDRICHIVS

SVAS . IN . TERENTII . ADELPHOS

ANIMADVERSIONES . ET . INTERPRETATIONES

AD . MEMORIAM

PERPETVI . NOMINIS

D. D. M. L.

PVBLII TERENTII
1 ADELPHI.

2 TITVLVS, SEV DIDASCALIA.

ACTA LVDIS 3 FVNEBRIBVS L. AEMILII PAVLLI. Q. FABIO MAXIMO, PVBLIO CORNELIO AFRICANO 4 AEDILIBVS CVRVLIBVS. EGERE L. ATILIVS PRAENESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII. TIBIIS SARRANIS. FACTA E GRAECA MENANDRV, L. ANICIO, M. CORNELIO 5 CONSVLIBVS.

1 *Adelphi* vox graeca *fratres* ſignificans; duo enim fratres, nempe, Micio, & Demea in hac Comoedia primas partes agunt, ideoque ab illis nomen accepit. 2 Quae ad intelligentiam hujus vocis *titulus* pertinent, jam expoſuimus in titulo Andriae. Hic tantummodo moneo hunc titulum eſſe corruptum, ut optime vidit Muretus. Conſtat enim Scipionem Aemilianum (nam de eo agitur) nunquam Aedilem fuiſſe. Itaque facta conjectura ex veteri libro, ſic legit *Acta ludis funebribus, quos fecere* Q. FABIVS MAXIMVS, & P. CORNELIVS AFRICANVS. Illi autem, quod notiſſimum, Paulli Aemilii filii fuerunt, ſed in alienas familias per adoptionem tranſivere, quod vetus hiſtoria teſtatur. Addo hoc etiam, non modo corruptum eſſe hunc titulum, ſed & mutilum; nam Donatus ſcribit modulatam fuiſſe tibiis dextris hanc Comaediam, & in ejus titulo hae litterae M. M. C. eſſe deberent. Rem ſic explicat: *ſaepe tamen mutatis per ſcenam modis, cantica mutavit, quod ſignificat titulus ſcaenae habens ſubjectas perſonis litteras M. M. C mutati modi cantici.* 3 Funera, praeſertim patriciorum, celebrabantur apud Romanos ludis ſcenicis, ſpectaculis &c. 4 Cetera quae deſiderari poſſunt, habentur in Andriae titulo. 5 Cadit iſte annus in annum ab V. C. 595. ante Chriſtum natum 157.

ADELPHORUM

ARGUMENTUM.

EX duobus Athenienſibus fratribus, alter quidem, Demea nomine, ingenio aſperrimo, ruſticam vitam ſecutus uxorem duxit, filios ſuſcepit duos, Aeſchinum & Cteſiphonem; alter vero, Micio nomine, ingenio leniſſimo, in urbe vixit, uxorem non duxit, ſed filium fratris Aeſchinum natu majorem ſibi adoptavit, eumque ſecum in urbe liberaliſſime, indulgentiſſimeque educavit, cum minorem Cteſiphonem ruri ſecum ſevere in primis ac reſtricte haberet pater Demea. Aeſchinus, Micione ad omnia connivente, cum liberius in urbe viveret feminae cujusdam, Pamphilae nomine, conſuetudine irretitus, ei pollicitus eſt ſe illam uxorem ducturum. Cteſipho autem cum in urbem interdum ventitaret, cithariſtiae cujusdam blanditiis correptus eam ducere cupiebat, ſed cum leno puellae dominus eam vendere cunctaretur, Aeſchinus rogatu fratris eam per vim rapit, ac fratri tradidit. Spargitur tota urbe rumor, venit Demea, Micionem objurgat, inclamat, teſtatur deos atque homines, quod intemperans, quod diſſolutus ejus lenitate Aeſchinus foret, dum frater Cteſipho modeſte ac pudice ruri ſecum viveret; putabat enim raptam ab Aeſchino cithariſtiam, ut eam ſibi haberet, non ut Cteſiphoni traderet. Idipſum cum putaret Soſtrata Pamphilae mater, & ſe deceptam, filiamque ſuam ab Aeſchino repudiatam crederet, Getam ſervulum mittit ad Hegionem, Pamphilae cognatum, jubetque ei rem, ut erat, exponere. Hegio Micionem Aeſchini patrem convenit, eumque omnium rerum certiorem facit. Micio ſtatim ad mulieres ſe confert, eaſque jacentes, & afflictas erigit, pollicitus ſe Aeſchino Pamphilam uxorem daturum. Interea venit Demea, qui cum antea ſuum quoque Cteſiphonem in raptione adfuiſſe intellexiſſet, eumque nuper in convivio ſuaviter potitantem deprehendiſſet, ardet, clamat,

mat, jurgatur. Satis diu vociferatus cum eſſet, tandem placida Micionis oratione eo perducitur, ut affabilis eſſe meditetur, & eo permittente, & jubente Pamphila domum traducitur, fiunt nuptiae: Micio Soſtratam ducit uxorem, Hegioni datur unde vivat, ſervi manumittuntur, Cteſiphoni cithariſtia conceditur, & gravi & cordata oratione claudit Fabulam Demea. Scena eſt Athenis.

DRAMATIS PERSONAE.

PROLOGUS.

MICIO *ſenex civis Athenienſis.*

DEMEA *frater Micionis.*

AESCHINUS *filius Demeae natu major, & a Micione adoptatus.*

CTESIPHO *filius Demeae natu minor cum patre degens.*

SOSTRATA *matrona, Pamphilae mater.*

PAMPHILA *nurus, Soſtratae filia.*

CANTHARA *nutrix Pamphilae.*

HEGIO *ſenex Soſtratae cognatus.*

GETA *Soſtratae ſervus.*

SANNIO *leno.*

SYRVS) *ſervi Micionis.*
DROMO)

Perſonae mutae.

PARMENO *ſervus.*

PRO-

P R O L O G V S.

Terentius calumniis invidorum reſpondet, eoſque perſtringit, & benevolentiam captat, & a quo Fabulae Argumentum mutuatus ſit, exponit.

1 *POſtquam poeta ſenſit* 2 *ſcripturam ſuam*
Ab iniquis 3 *obſervari*, 4 *& adverſarios*
5 *Rapere in pejorem partem, quam acturi ſumus;*
6 *Indicio de ſe ipſe erit: vos eritis judices,*
Laudine an 7 *vitio* 8 *duci* 9 *factum id oporteat.*
10 *Synapothneſcontes Diphili comoedia eſt:*
Eam Commorientes Plautus fecit 11 *fabulam.*
In 12 *Graeca adoleſcens eſt, qui* 13 *lenoni eripit*
Meretricem, in prima fabula. eum Plautus locum
Reliquit 14 *integrum: eum* 15 *hic locum ſumſit ſibi*
In Adelphos: verbum de verbo expreſſum 16 *extulit.*
17 *Eam nos acturi ſumus novam.* 18 *pernoſcite,*
Furtumne 19 *factum exiſtumetis, an* 20 *locum*
21 *Reprehenſum, qui* 22 *praeteritus neglegentia* 23 *eſt.*

Nam

1 Idem ac quoniam. 2 Fabulas, ſeu Comoedias ſuas. 3 Curiose inſpici, ut notari, & vituperari poſſint. 4 Indicat hic Poeta Lucium Lavinium ejus adverſarium. Vide prologum Andriae. 5 Siniſtre interpretari, ac aliter accipere, quam factum ſit: hoc eſt, vituperare Comoediam, quam ſumus acturi, quaſi furtum feciſſet Terentius, cum ex Diphili Comoedia quendam locum ad ſcribendam Adelphos ſibi ſumſiſset, qui locus a Plauto omiſſus fuerat, cum eam Latinā fecerat. 6 Pro index; ideſt, ipſe Poeta erit index, ſive delator ſui ipſius; nempe cauſſam ſuam exponet. 7 Vituperationi. 8 Tribui. 9 Scilicet transferendo Graecam Fabulam. 10 Latine ſonat *Commorientes*, & eſt titulus Comoediae Diphili praeſtantiſſimi Poetae Comici Graeci, ſententiarum pleniſſimi, & Menandro coaetanei. *Commorientes* dicebantur ii, qui tanta religione mutuae amicitiae ſe ſe devoverant, ut non modo dum viverent bona, & mala ſimul tolerarent, ſed etiam pari fato libenter morerentur, adeo ut, uno amicorum mortuo, alter ſibi mortem conſciſceret, ut apud Aegiptios, Gallos, alioſque eveniſſe erudimur. 11 Latinam Comoediam. 12 Diphili Comoedia. 13 Puellarum venditori, qui quaeſtum facit ex vendendis mulieribus. 14 Intactum, nempe liberum, ut alter eum tractaret. 15 Poeta Terentius. 16 Transferendo extulit, ſcilicet latino ſtylo exornavit. 17 Comoediam Adelphos. 18 Vos, ſpectatores, noſcite, & animadvertite. 19 Ex Plauto. 20 Comoediae Diphili. 21 Reſumtum, & denuo tractatum. 22 Praetermiſſus, relictus. 23 Plauti ſcilicet, qui nullam de hoc loco mentionem facit, propterea eum ſibi ſumſit Poeta.

Nam quod iſti dicunt malevoli, homines 1 *nobiles*
Eum adjutare, aſſidueque una 2 *ſcribere,*
Quod illi 3 *maledictum vehemens eſſe exiſtumant,*
4 *Eam laudem hic ducit maxumam, cum* 5 *illis placet,*
Qui vobis univerſis, & populo placent;
6 *Quorum* 7 *opera* 8 *in bello,* 9 *in otio,* 10 *in negotio,*
11 *Suo quiſque tempore uſu' eſt* 12 *ſine ſuperbia.*
Dehinc ne expectetis argumentum fabulae:
13 *Senes qui primi venient,* 14 *hi partem aperient;*
15 *In agendo partem oſtendent. facite,* 16 *aequanimitas*
Veſtra poetae ad ſcribendum augeat induſtriam.

ACTVS PRIMVS

SCENA I.

Quantum Micio filium adoptivum amet, quam liberaliter eum educet, quid cum illo facere cogitet, exponit. A collatione narrationem auſpicatur, & confert cogitationes uxoris de abſente marito cum cogitationibus parentum de abſentibus liberis; poſtremo oſtendit in liberis educandis lenitate magis, quam aſperitate parentes proficere.

Micio.

17 *STorax. non rediit hac nocte a coena Aeſchinus,*
Neque ſervulorum quiſquam, qui 18 *advorſum ierant.*

1 Pro-

1 Scipionem Africanum, Laelium, Furium Pium, cum quibus familiariſſime vixit Terentius. 2 In componendis fabulis, unde etiam Cicero ad Atticum refert, multos exiſtimaſſe Terentii Fabulas propter elegantiam ſermonis a C. Laelio ſcriptas. 3 Opprobrium, crimen. 4 Pro id. 5 Nobilibus nuper laudatis. 6 Nobilium. 7 Auxilio. 8 Tempore belli, ut opera Scipionis bellicis rebus clari. 9 In pace, ut opera Furii Pii. 10 In negotio, hoc eſt, in foro, & accuſationibus, ut opera Laelii ſapientis. 11 Cum neceſſitas poſtularet. 12 Abſque eo quod ſuperbirent illi viri nobiles ob collata beneficia. 13 Micio, & Demea. 14 Argumentum, ſeu complexionem Comoediae explicabunt. 15 In progreſſu, ſeu in actione Fabulae aliam partem exhibebunt. 16 Ut veſtra aequanimitas, ideſt, favor, ſeu propitius animus, o ſpectatores, &c 17 Micio, vix ingreſſus in ſcenam ſublata voce Storacem e ſervis unum vocat, quo non reſpondente, intelligit nondum rediiſſe filium Aeſchinum. Storacem enim filio ad coenam eunti fortaſſe comitem dederat Micio, & alios poſtea ſervulos emiſerat, ut eum a coena reducerent. 18 Adverſum, obviam.

1 *Profecto hoc* 2 *vere dicunt : ſi abſis uſpiam ,*
Aut 3 *ubi ſi ceſſes , evenire ea ſatiu' eſt ,*
Quae in te uxor dicit , & quae in animo cogitat
Irata , quam illa , quae parentes 4 *propitii .*
Uxor , ſi 5 *ceſſes , aut te amare cogitat ,*
Aut tete amari , aut 6 *potare , aut* 7 *animo obſequi ,*
Et tibi bene eſſe ſoli , cum ſibi ſit male .
Ego , quia non rediit filius , quae cogito !
Quibu' nunc ſolicitor 8 *rebus ! ne aut ille alſerit ,*
Aut uſpiam ceciderit , aut perfregerit
9 *Aliquid . vah ,* 10 *quemquamne hominem in animum* 11 ***in-***
ſtituere , aut
Parare , quod ſit carius , quam 12 *ipſe eſt ſibi ?*
Atque ex me 13 *hic natus non eſt , ſed* 14 *ex fratre .* 15 ***is adeo***
Diſſimili 16 *ſtudio eſt . jam inde ab adoleſcentia*
Ego hanc clementem vitam urbanam atque otium
Secutus ſum : & , quod 17 *fortunatum* 18 *iſti putant ,*
Uxorem nunquam habui . ille contra , haec 19 *omnia :*
Ruri agere vitam , ſemper parce , ac duriter
Se 20 *habere . uxorem duxit : nati filii*
Duo . 21 *inde ego hunc* 22 *majorem adoptavi mihi :*
23 *Eduxi a parvulo , habui , amavi pro meo :*
24 *In eo me oblecto :* 25 *ſolum id eſt carum mihi .*
26 *Ille ut item contra me habeat , facio ſedulo :*
27 *Do , praetermitto , non neceſſe habeo omnia*

1 Ordo eſt ; *profecto dicunt hoc vere : ſi abſis uſpiam , aut ſi ceſſes ubi , ſatius eſt ea evenire tibi , quae uxor dicit in te , & quae cogitat in animo irata , quam illa , quae* dicunt , & cogitant *parentes propitii .* 2 Verum eſt, quod vulgo dici ſolet. 3 Pro alicubi. 4 Vehementer filiorum amantes. 5 Redire domum. 6 In tabernis. 7 Voluptati indulgere. 8 Suſpicionibus, curis. 9 Aliquod corporis membrum. 10 Subaudi, fieri ne poteſt, aut verumne eſt ? 11 In animo ſuo concipere, fingere, proponere. 12 Quam ipſe homo, qui inſtituit, eſt charus ſibi ipſi ? 13 Aeſchinus, qui non erat filius ejus naturalis, ſed adoptivus; quaſi dicat non eſt hic filius meus, & tamen ſic afficior, quid pateret ſi genuiſſem ! 14 Demea. 15 Frater. 16 Voluntate. 17 Caelibem vitam agere. 18 Qui ſunt conjugio impliciti. 19 Elegit. 20 Se alere, & ſubſtentare. 21 Pro ex quibus. 22 Aeſchinum. 23 Educavi; quod nos educare dicimus, *educere* veteres dicebant. 24 Italice ; *in eſſo trovo il mio piacere*. 25 Ea res, ſcilicet filius, & hac exprimendi ratione plus ſignificavit, quam ſi dixiſſet ſolus is. 26 *Facio ſedulo , ut item ille habeat me contra* , ſcilicet, ut ille viciſſim habeat me, tamquam ſuum patrem. 27 Do ſumtum , ptaetermitto , ſeu permitto delicta.

Pro

Pro meo 1 *jure agere :* 2 *poſtremo, alii* 3 *clanculum*
Patres quae faciunt, 4 *quae fert adoleſcentia,*
Ea ne me celet, conſueſeci filium :
Nam qui mentiri aut fallere 5 *inſuerit patrem, aut*
Audebit, tanto magis audebit ceteros.
6 *Pudore, & liberalitate liberos*
7 *Retinere, ſatius eſſe credo, quam metu.*
Haec fratri mecum non 8 *conveniunt, neque placent.*
9 *Venit ad me ſaepe clamans, quid agis, Micio?*
Cur perdis 10 *adoleſcentem nobis? cur amat?*
Cur potat? cur tu his rebus ſumtum 11 *ſuggeris?*
12 *Veſtitu nimium* 13 *indulgis :* 14 *nimium ineptus es.*
Nimium ipſe eſt 15 *durus,* 16 *praeter aequomque, & bonum,*
Et errat longe, mea quidem ſententia,
Qui imperium credat 17 *gravius eſſe aut ſtabilius,*
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia 18 *adjungitur.*
Mea ſic eſt 19 *ratio, & ſic animum* 20 *induco meum :*
21 *Malo coactus qui ſuum officium facit ;*
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper 22 *cavet :*
Si ſperat fore 23 *clam, rurſum* 24 *ad ingenium redit.*
Quem beneficio adjungas, ille 25 *ex animo* 26 *facit :*
27 *Studet par referre,* 28 *praeſens abſenſque idem erit.*
29 *Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium*
Sua ſponte recte facere, quam 30 *alieno metu.*

1 *Hoc*

1 Facultate, ſeu auctoritate. 2 Ordo eſt; *conſueſeci filium, ne celet me ea, quae fert adoleſcentia. & quae alii* adoleſcentes *faciunt clanculum patres.* 3 Clam patri. 4 Peccata, quibus eſt obnoxia adoleſcentia. 5 Conſuevit. 6 Verecundia, & bonitate, ſeu lenitate; pudor ad filios, liberalitas ad parentes refertur. 7 In officio continere, & reprimere a vitiis. 8 Non congruunt, ſcilicet in hac educandi ratione frater, & ego diſſimiles ſumus, & ideo diſſentimus inter nos. 9 Frater Demea. 10 Corrumpis peſſima educatione. 11 Suppeditas. 12 Dativus antiquus pro veſtitui. 13 Inſervis, ideſt, tu nimium das operam, ut filius nitide veſtiatur. 14 Scilicet, frater Demea. Nunc Micio reprehendit rationem Demeae in liberis inſtituendis. 15 Rigidus. 16 Praeter aequitatem, & bonitatem. 17 Potentius. 18 Comparatur. 19 Opinio. 20 Suadeo mihi. 21 Metu poenae. 22 Peccare. 23 Subintellige, quod facit. 24 Ad conſuetudinem, & mores priſtinos. 25 Libenter. 26 Officium ſuum. 27 Conatur reſpondere beneficiis acceptis. 28 In praeſentia, ſeu abſentia ſui cuſtodis, ſeu patris, filius idem erit. 29 Hoc officium patris eſt. 30 Alterius, nempe cuſtodis, patris.

1 Hoc pater ac dominus intereſt . 2 hoc qui nequit ;
Fateatur neſcire imperare liberis .
3 Sed eſtne hic 4 ipſus , de quo 5 agebam ? et certe is eſt .
Neſcio 6 quid triſtem video . credo jam , ut ſolet ,
Jurgabit . ſalvom te advenire , Demea ,
Gaudemus . ——————————

SCENA II.

Demea Aeſchinum abſentem petulantiae graviter accuſat , excuſat eumdem Micio , plus nimio indulgens pater .

Demea , Micio .

De. 7 —— *Ehem , 8 opportune : te ipſum quaerito .*
Mi. *Quid triſtis es ?* De. *9 rogas me , ubi nobis 10 Aeſchinus*
Siet , quid triſtis ego ſim? Mi. *dixin' 11 hoc fore ?*
Quid 12 fecit ? De. *quid ille fecerit ? quem neque pudet*
Quidquam ; nec metuit quenquam : 13 neque legem putat
Tenere ſe ullam . nam illa , quae antehac facta ſunt ,
Omitto . modo quid 14 deſignavit ? Mi. *quidnam id eſt ?*
De. *Fores effregit , atque in aedes irruit*
Alienas : ipſum dominum atque omnem familiam
15 Mulctavit uſque ad mortem : eripuit mulierem ,
Quam amabat . clamant omnes indigniſſume
Factum eſſe . 16 hoc advenienti quot mihi , Micio ,
17 Dixere ! in ore 18 eſt omni populo . denique

Si

1 In hoc differunt dominus , & pater ; dominus enim cogit ſubditos ad officium , pater beneficiis allicit natos ad eorum munus peragendum .
2 Facere , nempe allicere beneficiis . 3 Talia dum dicit videt Demeam venientem .
4 Ipſe Demea . 5 Loquebar .
6 Propter quid . 7 Haec particula oſtendit affectum quaerentis . 8 In tempore , & ſubintelligitur advenis . 9 Ordo eſt ; *rogas me quid triſtis ego ſim ? ubi nobis Aeſchinus* . 10 Quem tu conſervare debebas , & ſcire ubi verſari ſit ſolitus , nempe , Aeſchinum , tamquam ſuae triſtitiae cauſſam proponit . 11 Scilicet , ut me objurgaret . nam Micio viſo Demea ſuperius dixerat *credo jam ut ſolet objurgabit* . Haec converſus ad ſpectatores dicit Micio . 12 Aeſchinus .
13 Neque putat ſe ulli legi obnoxium eſſe . 14 quid novi patravit ? *Deſignare* apud veteres erat inſignem rem , vel bonam , vel malam patrare . 15 Verberavit , ut pene eam occiderit , verum nullius mors eſt conſecuta . 16 Pro adverbio huc . 17 Hoc facinus . 18 Factus eſt fabula totius populi .

Si conferendum 1 *exemplum eſt*, *non fratrem videt*
2 *Rei daro operam*, *ruri eſſe parcum ac ſobrium?*
Nullum 3 *hujus ſimile* 4 *factum? haec cum* 5 *illi*, *Micio*,
Dico, *tibi dico*, *tu illum corrumpi ſinis*.
Mi. *Homine* 6 *imperito nunquam quicquam injuſtius*,
Qui, *niſi quod ipſe facit*, *nihil rectum putat*.
De. *Quorſum* 7 *iſthuc?* Mi. *quia tu*, *Demea*, *haec male judicas*.
Non eſt flagitium, *mihi crede*, *adoleſcentulum*
8 *Genio indulgere*, *neque potare*, *neque fores*
Effringere. *haec ſi neque ego*, *neque tu*, *fecimus*,
Non 9 *ſivit egeſtas facere nos*: *tu nunc tibi*
Id laudi ducis, *quod tum feciſti inopia*.
10 *Injurium eſt*. *nam ſi* 11 *eſſet unde id fieret*,
12 *Faceremus*: *&* *tu illum* 13 *tuum*, *ſi eſſes* 14 *homo*,
Sineres nunc facere, *dum per aetatem licet*,
15 *Potius quam*, *ubi te* 16 *expectatum ejeciſſet* 17 *foras*,
18 *Alieniore aetate poſt faceret tamen*.
De. *Pro Jupiter*, *tu me homo adigis ad inſaniam*.
Non eſt flagitium facere haec adoleſcentulum? Mi. *ah*,
Auſculta, *ne me obtundas de hac re ſaepius*.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi,
Is meus eſt factus: *ſi* 19 *quid peccat*, *Demea*,
Mihi peccat, *ego illi maxumam partem feram*.
20 *Opſonat? potat?* 21 *olet unguenta? de meo*.
Fores effregit? reſtituentur. *diſcidit*

P *Ve-*

1 Duorum fratrum, Aeſchini, & Cteſiphonis: quaſi dicat; Aeſchinum non eſſe dignum, cum quo frater comparetur. 2 Rei domeſticae augendae. 3 Cteſiphonis. 4 Subintelligitur, invenitur, aut eſt ſimile factis Aeſchini. 5 *Illi* pro in illum, ſcilicet, Aeſchinum, & *tibi* pro in te. 6 Inexperto rationis vivendi in mundo. 7 Dicis. 8 Impium ſane praeceptum, tamquam patris nimium filio indulgentis, verum hoc non ex animo dicit Micio, ut ipſe fatetur ſub exitu hujus ſcenae, ſed hac callida diſſimulatione fratrem nimis rigidum placare conatur. 9 Non voluntas prohibuit, ſed neceſſitas, ideoque nulla laus. 10 Injuſte, & male judicas. 11 Pro fuiſſet. 12 Pro feciſſemus. 13 Filium Cteſiphonem. 14 Humanus, & peritus rerum, & modi vivendi juveniliter. 15 Ordo eſt; *potius quam tamen faceret id poſt alieniori aetate, ubi ejeciſſet te foras expectatum*. 16 Odioſum, odioſorum enim ſenum mors expectatur, & a filiis exoptatur. 17 E domo morte peremtum. 18 Magis adulta, & a talibus vitiis magis aliena. 19 Eſt adverbium pro ibi, vel ubi, ut ſenſus ſit; ubi, ſeu in qua re peccat, ego maxumam partem ſuſtinebo, accipiam pro peccatis Aeſchini. 20 Laute vivit, & convivia parat? 21 Unguentorum odore fragrat; Italice *sa di profumi?*

Veſtem? reſarcietur. eſt, diis gratia,
Et unde haec fiant, & adhuc 1 *non moleſta ſunt.*
Poſtremo aut deſine, aut cedo 2 *quemvis arbitrum:*
Te plura in 3 *hanc rem peccare oſtendam.* De. *hei mihi.*
Pater eſſe diſce ab illis, qui vere ſciunt.
Mi. *Natura tu illi pater es, conſiliis ego,*
De. *Tun'* 4 *conſulis quidquam?* Mi. *ah, ſi* 5 *pergis, abiero.*
De. *Siccine agis?* Mi. *an ego toties de eadem re audiam?*
Di. 6 *Curae eſt mihi.* Mi. *& mihi curae eſt: verum, Demea,*
Curemus aequam 7 *uterque partem: tu* 8 *alterum,*
Ego item 9 *alterum. nam ambos curare, propemodum*
Repoſcere illum eſt, quem dediſti. De. *ah, Micio.*
Mi. *Mihi ſic videtur.* De. *quid* 10 *iſthuc? tibi ſi iſthuc placet,*
11 *Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.*
Jam ſi verbum unum 12 *poſthac.* Mi *rurſum, Demea,*
Iraſcere? De. *an non* 13 *credis? repeton'* 14 *quem dedi?*
15 *Aegre eſt.* 16 *alienus non ſum.* 17 *ſi obſto: hem, deſino.*
18 *Unum vis curem: curo: & eſt diis gratia,*
Quom ita, ut volo, eſt. iſte 19 *tuus ipſe ſentiet*
Poſterius: nolo in illum 20 *gravius dicere.*
Mi. 21 *Nec nihil, neque omnia haec ſunt, quae dicit. tamen*
Nonnihil moleſta 22 *haec ſunt mihi: ſed oſtendere,*
Me aegre pati, 23 *illi nolui. nam ita* 24 *eſt homo:*
Cum 25 *placo,* 26 *advorſor ſedulo, & deterreo,*
Tamen humane vix 27 *patitur: verum ſi augeam,*

Aut

1 Aduc haec mihi non moleſtiam afferunt.
2 Da, ſeu tribue quemvis judicem.
3 In educatione filii. 4 Tune ſuades illi aliquid boni? 5 Si perſeveras altercari. 6 Filius Aeſchinus. 7 *Uterque curemus partem*, ſcilicet filium, *aequam*, nimirum, quae illi pertinet.
8 Cteſiphonem. 9 Aeſchinum. 10 Subaudi, mea refert. 11 Aeſchinus. 12 Deeſt, fecerot bi de hac re. Hic Demea per indignationem, qua extuabat, ſermonem non finit, quod indignantium proprium eſt, nam vehementer iratis non ſatis liquet verbis, quibus explicent, quae minantur. 13 Scilicet, iraſci: quaſi dicat; merito iraſcor. 14 Filium. 15 Aegre hoc fero, nempe, filium in vitiis mergi. 16 Quaſi dicat, ſi patrem me eſſe per te jam non licet. *alienus non ſum*, ſed adhuc natura patet 17 Apoſiopeſis. 18 Cteſiphonem. 19 Aeſchinus tuus percipiet poſtea malum, quod ſequetur ex nimia tua indulgentia. 20 Pejus. 21 Aliquid; & ſenſus eſt: aliquid ex iis, quae dicit Demea de Aeſchino verum eſt, neque omnia ſunt vera. Haec ſecum loquitur Micio abeunte Demea. 22 Haec vitia Aeſchini mihi diſplicent. 23 Demeae. 24 Talis eſt, talibus moribus. 25 Cum eum volo placare 26 Illi vehementer contradico, & ab illius opinione dimoveo. 27 Se a me placari.

Aut etiam adjutor ſim ejus iracundiae,
Inſaniam profecto cum illo. etſi Aeſchinus
Nonnullam in hac 1 *re nobis facit injuriam.*
Sperabam jam defervisse adoleſcentiam:
Gaudebam. ecce autem de 2 *integro*: 3 *niſi, quidquid eſt*,
Volo ſcire, atque 4 *hominem convenire, ſi apud forum eſt.*

ACTUS SECUNDUS

SCENA I.

Aeſchini factum, & jurgia ultro, citroque cum Sannione orta, deſcribuntur.

Sannio, Aeſchinus.

San. 5 *Obſecro*, 6 *populares, ferte miſero, atque innocenti auxilium*:
Subvenite inopi. Ae. 7 *otioſe nunc jam illico hic conſiſte.*
Quid 8 *reſpectas? nihil pericli eſt: nunquam, dum ego adero*, 9 *hic te*
Tanget. San. *ego* 10 *iſtam inviti' omnibus.*
Ae. *Quamquam eſt ſceleſtus, non* 11 *committet hodie unquam* 12 *iterum ut vapulet.*
San. *Audi, Aeſchine, ne ignarum fuiſſe te* 13 *dicas* 14 *morum meûm*,
Ego leno ſum. Ae. *ſcio*. San. *at ita, ut uſquam fuit fide quiſquam* 15 *optuma.*
Tu quod te 16 *poſterius purges, nolle hanc* 17 *injuriam mihi*

1 In frangendo fores &c. 2 Denuo. 3 Idem ac ſed. 4 Aeſchinum. 5 Quae Demea in ſuperiori ſcena narravit, hic videntur poſterius contingere, & hoc evenit, quia Aeſchini facti vulgata per urbem fama, id a populo Demea reſcivit, & Micioni retulit. Interea dum de hac re Micio, & Demea colloquuntur, Aeſchinus feminam deducit in domum Micionis, Sannio illos ſequitur, & inclamat *Obſecro populares*. 6 Cives. 7 Secure, ſine periculo. Feminam jubet hic ſecure morari, donec aperiantur fores domus Micionis. 8 Quid frequenter huc illuc reſpicis? Timebat enim puella Sannionem iratum, & inſequentem. 9 Sannio 10 Abducam, eripiam. 11 Non efficiet. 12 Hic appatet Sannionem antea verberatum fuiſſe ab Aeſchino. 13 Cum te accuſabo in judicio. 14 Meae conditionis, vitae. 15 In praeſtando, ſcilicet, vel quod pollicitus, vel quod minatus fuero. 16 Poſtea in judicio excuſes. 17 Vapulationis meae.

Factam eſſe, 1 hujus non faciam. crede hoc, ego meum
2 jus perſequar:
Neque tu verbis ſolves unquam, quod 3 re mihi male feceris.
Novi ego veſtra 4 haec: 5 nollem factum: 6 dabitur juſ-
jurandum, eſſe te *(ptus modis.*
Indignum injuria hac; indignis cum egomet ſim 7 acce-
Ae. 8 *Abi prae ſtrenue, ac 9 fores aperi.* San. *ceterum hoc*
10 nihil facis.
Ae. 11 *I intro nunc jam.* San. *At enim non ſinam.* Ae. *ac-*
cede 12 illuc, Parmeno, *(volo.*
Nimium abiiſti iſthoc, hic 13 propter hunc aſſiſte. hem, ſic
Cave 14 nunc jam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos,
Ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuo in 15 ma-
la haereat.
San. *Iſthuc volo ergo ipſum 16 experiri.* Ae. *hem 17 ſerva. o-*
mitte mulierem.
San. *O facinu' indignum!* Ae. 18 *geminabit, niſi caves.*
San. 19 *hei miſero mihi.* *[to tamen:*
Ae. *Non innueram, verum in 20 iſtam partem potius pecca-*
21 I nunc jam. San. *quid hoc rei eſt? regnum ne, Aeſchi-*
ne, 22 hic tu poſſides?

Ae.

1 In proferendo *hujus* Sannio, vel ſtipulam, vel floccum, aut quid ſimile, vel denique ſummum digitum Aeſchino oſtendit, quo geſtu extremus contemptus ſignificatur, quaſi dicat, flocci nihili faciam tuam excuſationem. 2 Italice; *farò valer le mie ragioni.* 3 Effectu. 4 Verba, quibus ſoletis vos excuſare. 5 Nollem hoc eſſe a me factum, facti me poenitet, & haec eſt formula purgantis ſe ab aliquo crimine adhibita jurisjurandi religione. 6 Jurejurando affirmabis in judicio. 7 Tractatus. 8 Praei diligenter. Parmenonem alloquitur. 9 Domus Micionis. 10 Nihil agis, proficis. 11 Feminam alloquitur, eamque jubet domum Micionis ingredi. 12 Ad locum, ubi erat Sannio, qui impediebat feminam ingredi domum. 13 Juxta hunc, nempe, Sannionem. 14 Ne oculos in aliquem locum vertas. 15 Sannionis. 16 Nempe, de Parmenone facere periculum, an pugnis me caeſurus ſit. 17 Parmenoni imperat ut ſervet mulierem, Sannioni vero ut eam omittat. Nam Parmeno acceptam ab Aeſchino puellā abducere conabatur, Sannio vero ſequens retrahere conabatur. Talia dum Aeſchinus dicit, Parmeno Sannionem verberat. 18 Verbera. 19 Sic exclamat Sannio cum geminaſſet Parmeno verbera. 20 Ut verberes non juſſus potius, quam juſſus non verberes. 21 Dubium eſt, an haec Sannioni, vel puellae dicantur, verum multis Sannioni dici magis placer, ut ſenſus inſultantis ſit, o Sannio, abi jam acceptis verberibus, quod nempe quaerebas. 22 Athenis, ubi ſcelus erat dominari velle, & Tyramni opprimebantur.

Ae. *Si poſſiderem*, 1 *ornatus eſſes ex* 2 *tuis virtutibus*.
San. *Quid tibi rei mecum eſt?* Ae. *nihil*. San. *quid; noſtin' qui ſim?* Ae. *non deſidero*.
San. *Tetigin' tui quidquam?* Ae. *ſi* 3 *attigiſſes*, *ferres* 4 *infortunium*.
San. *Quî tibi magis licet* 5 *meam habere, pro qua ego argentum dedi?* (*vicium:*
Reſponde. Ae. 6 *ante aedes non feciſſe erit meliu' hic* 7 *con-*
Nam ſi moleſtus pergis eſſe, jam intro abripiere, atque ibi
Uſque ad necem 8 *operiere loris*. Sa. 9 *loris liber?* Ae. *ſic erit*.
Sa. *O hominem* 10 *impurum! hiccine libertatem ajunt aequam eſſe* 11 *omnibus?* (*jam*.
Ae. *Si ſatis jam* 12 *debacchatus es, leno, audi ſi vis nunc*
San. *Egon' debacchatus ſum autem, an tu in me?* Ae. *mitte iſta, atque ad* 13 *rem redi*.
San. 14 *Quam rem? quo redeam?* Ae. *jamne me vis dicere, quod ad te attinet?*
San. *Cupio, aequi modo* 15 *aliquid*. Ae. *vah, leno iniqua me non* 16 *volt loqui*.
San. *Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium,*
Perjurus, peſtis: tamen tibi a me nulla eſt orta injuria.
Ae. *Nam hercle etiam hoc* 17 *reſtat*. San. *illuc, quaeſo redi, quo* 18 *coepiſti, Aeſchine*.
Ae. 19 *Minis viginti tu* 20 *illam emiſti, quae res tibi* 21 *vortat male:* [*dere,*
Argenti 22 *tantum dabitur*. San. *quid, ſi ego illam nolo ven-*
Coges me? Ae. *minime*. San. *namque* 23 *id metui*. Ae. *neque vendundam cenſeo*,

1 Honoratus. 2 Juxta tua ſcelera. Ironia proverbialis. 3 Leviter tetigiſſes, multo enim minus eſt *attingere*, quam *tangere*. 4 Poenam 5 Feminam. 6 *Erit melius tibi non feciſſe convicium hic ante aedes meas*. 7 Vociferationem. 8 Flagellaberis. Loris caedi ſervile erat, quare iiſdem caedebantur ſervi, ut reminiſcerentur eorum conditionis 9 Loris quippe caedere liberum Athenis non licebat, cum eſſet ſupplicium ſervorum. 10 Improbum. 11 Quaſi dicat; etiam lenones libertatis beneficio perfrui.

12 Inſanaviſti quaſi ebrius. 13 De qua inter nos fuit contentio. 14 Scilicet, omittam. 15 Dicas, proponas 16 Irriſio, qua Sannioni ſimulatam juſtitiam, & religionem localiter exprobrat. 17 Ut inferas mihi injuriam. 18 Cum dixit Aeſchinus *mitte iſta, atque ad rem redi*. 19 Ducentis Philippeis. 20 Feminam. 21 In tuam perniciem convertatur. 22 Quanti emta eſt, nempe, viginti minae. 23 Ne me cogeres vendere illam. Ironia.

Quae 1 *libera eſt: nam* 2 *ego illam liberali* 3 *aſſero* 4 *cauſ-ſa* 5 *manu.*
Nunc vide utrum vis, argentum accipere, an cauſſam 6 *meditari tuam.*
Delibera hoc, dum ego redeo, leno. San. *pro ſupreme Jupiter!*
Minime miror, qui inſanire occipiunt 7 *ex injuria.*
8 *Domo me eripuit, verberavit: me invito abduxit meam:*
Homini miſero plus 9 *quingentos colaphos* 10 *infregit mihi.*
Ob malefacta haec 11 *tantidem emtam poſtulat ſibi tradier.*
Verum enim, quando 12 *bene promeruit, fiat: ſuum jus poſtulat.*
Age jam cupio, modo ſi 13 *argentum reddat. ſed ego haec hariolor.*
Ubi me dixero 14 *dare tanti, teſtes* 15 *faciet illico;*
16 *Vendidiſſe me: de argento* 17 *ſomnium: mox,* 18 *cras redi.*
Id quoque poſſum ferre, ſi modo reddat: quanquam 19 *injurium eſt.*
Verum cogito id, 20 *quod res eſt. quando eum* 21 *quaeſtum occeperis,*
Accipienda 22 *& muſſitanda injuria adoleſcentium eſt.*
Sed nemo 23 *dabit: fruſtra egomet mecum has rationes* 24 *puto.*

SCE-

1 Non ſervilis conditionis. 2 Ordo eſt; *ego aſſero illam manu, liberali cauſſa*, & ſunt verba juris, cum mancipium manu apprehenſum aliquis in libertatem reſtituebat. 3 Reſtituo e ſervitute tua in priſtinam libertatem, unde vindices libertatis *aſſertores* dicebantur. 4 In cauſſa, ſive judicio, quod continet actionem libertatis. 5 Manu illius apprehenſa, juxta morem vindicantis in libertatem.
6 Tuum jus defendere. 7 Ob injurias acceptas. 8 Aeſchinus e domo mea exire me compulit ut inſequerer Pſaltriam. 9 *Quingentos* indefinite pro multis poſuit 10 *Colaphum infringere*, eſt compreſſa manu in pugnum percutere. 11 Pro eodem pretio, quo emta eſt, viginti minis.
12 Quando Aeſchinus multum promeruit ſibi tradi hanc feminam. Conceſſio ironica.
13 Quod pro ea dedi. 14 Velle venundare Pſaltriam pro tanto pretio, nempe, viginti minis.
15 Inveniet, adhibebit Aeſchinus. 16 Aeſchino feminam.
17 Quantum ſpectat ad argentum erit ſomnium, nil accipiam. 18 Dicet mihi Aeſchinus, cum quaeram ab illo pecuniam.
19 Vendere quod nolis. 20 Quod verum eſt: conſolatur modo ſe ipſum Sannio dicens perferendas eſſe injurias adoleſcentium ab eo, qui lucrum quaerit in vendendis feminis. 21 Vendendi puellas. 22 Diſſimulanda, tacenda. 23 Argentum. 24 Voluto. computo.

SCENA II.

Sannio quaeritur de injuria ſibi facta ab Aeſchino, & Syri Aeſchini ſervi conſiliis eluditur.

Syrus, Sannio.

Sy. 1 *Tace, egomet conveniam jam* 2 *ipſum. cupide* 3 *accipiat jam* 4 *faxo: atque etiam*
Bene dicat ſecum eſſe actum. 5 *quid iſthuc, Sannio, eſt, quod te audio* *(quius*
Cum 6 *hero neſcio quid concertaſſe?* San. *nunquam vidi ini-*
7 *Concertationem comparatam, quam haec hodie inter* 8 *nos fuit.*
Ego vapulando, ille verberando, 9 *uſque ambo defeſſi ſumus.*
Sy. 10 *Tua culpa.* San. *Quid agerem?* Sy. *adoleſcenti* 11 *morem geſtum oportuit.*
San. 12 *Qui potui* 13 *melius? quin hodie uſque* 14 *os praebui.* Sy. *age, ſcis quid* 15 *loquar?*
Pecuniam 16 *in loco neglegere, maxumum interdum eſt lucrum. hui,*
17 *Metuiſti, ſi nunc de tuo jure* 18 *conceſſiſſes paululum,*
Atque adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime,
Ne non tibi 19 *iſthuc foeneraret?* San. *ego* 20 *ſpem* 21 *pretio non emo.*
Sy. *Nunquam* 22 *rem facies. abi, neſcis* 23 *ineſcare homines, Sannio.*

1 Syrus egrediens, intro loquitur cum Aeſchino, qui juſſerat eum ad Sannionem exire, ipſique perſuadere, ut acciperet pecuniam illi oblatam ab Aeſchino. 2 Sannionem 3 Argentum, nempe, viginti minas. 4 Faciam. 5 Alloquitur modo Sannionem, & ſe ſcire diſſimulat quod acciderat, ne ſubornatus eſſe videatur. 6 Aeſchino. 7 Contentionem magis inique conſtitutam, nempe, magis imparem, & inaequalem. 8 Aeſchinum, & me 9 Multum. 10 Factum eſt ut tu vapulares. 11 Te morem gerere obtemperare. 12 Ut 13 Subauditur, morem gerere. 14 Faciem percutiendam obtuli Aeſchino. 15 Velim tibi dicere? 16 Opportune. 17 Ordo eſt; *homo ſtultiſsime hominum, ſi nunc conceſsiſſes paululum de tuo jure, atque morigeratus eſſes adoleſcenti, metuiſti ne non iſthuc foenerares tibi?* 18 Remiſiſſes de tuo jure, de tua duritia accipiendo oblatam pecuniam. 19 Argentum oblatum afferret tibi foenus, hoc eſt, lucrum? 20 Expectationem futuri boni. 21 Praeſẽtis pecuniae damno. *Emere ſpem pretio* proverbialiter dicitur, quando quis ſpe incerti lucri jacturam facit certi, & praeſentis boni. 22 Rem familiarem augebis, nempe, nunquam diteſces. 23 Allicere, ſeu aſtutia fallere. *Ineſcare*, eſt quaſi eſca decipere, ducta metaphora ab iis, qui praefixo aeri cibo piſces alliciunt.

San. *Credo* 1 *iſthuc melius eſſe ;* 2 *verum ego nunquam adeo aſtutus fui ,* (*tia.*
Quin, quidquid poſſem , mallem 3 *auferre potius* 4 *in praeſen-*
Sy. *Age , novi tuum animum .* 5 *quaſi quidquam tibi ſint viginti minae ,*
6 *Dum* 7 *huic obſequare : praeterea autem te ajunt proficiſci* 8 *Cyprum .* San. *hem !*
Sy. *Coemiſſe hinc , quae illuc veheres , multa ; navem* 9 *conductam : hoc ſcio ,* (10 *hoc ages .*
11 *Animus tibi pendet : ubi illinc , ſpero , redieris , tamen*
San. *Nuſquam* 12 *pedem . perii hercle ; hac illi* 13 *ſpe hoc inceperunt .* Sy. *timet :*
14 *Injeci ſcrupulum homini .* San. *o ſcelera ! illud vide ,*
Ut in ipſo 15 *articulo* 16 *oppreſſit !* 17 *emtae mulieres*
Complures , & item hinc alia , quae porto Cyprum .
Ni 18 *eo ad mercatum venio , damnum maxumum eſt .*
Nunc ſi 19 *hoc omitto , ubi* 20 *illinc rediero ,* 21 *actum agam .*
22 *Nihil eſt ,* 23 *refrixerit res .* 24 *nunc* 25 *demum venis ?*
26 *Cur paſſus ?* 27 *ubi eras ? ut ſit ſatius* 28 *perdere ,*

Quam

1 Scilicet, ineſcare homines. 2 Ordo eſt; *verum ego nunquam fui adeo aſtutus, quin mallem in praeſentia potius auferre quidquid poſſem.* 3 Accipere pecuniam ab aliquo. 4 Praeſenti tempore, nempe, ſine dilatione, & ſpe futuri lucri. 5 Quaſi in aliquo pretio habeas, in aliqua aeſtimatione viginti minas. Dicit enim eum non magni facere viginti minas. 6 Dummodo. 7 Aeſchino. 8 Inſulam in Mediterraneo Veneri ſacram. 9 Subaudi, eſſe a te. Italice; *aver noleggiato*. 10 Dubius es, nempe, utrum hic maneas ob repetendam pecuniam ab Aeschino, an Cyprum proficiſcaris. 11 Pecuniam ab Aeſchino exiges. *Hoc agere* dicimus eum, qui inſtat negotio ſuo. 12 Efferam. 13 Aeſchinus, & ejus ſervus hac ſpe freti, quod ego eſſem profecturus Cyprum, hoc ſcelus tentarunt. Haec ſecum loquitur. 14 Injeci moleſtiam, ſolicitudinem Sannioni. *Scrupuli* ſunt minuti lapilli, qui inter ambulandum inſiliunt in calces hominis, & pedem torquent, inde *injicere ſcrupulum* dicitur, qui ſolicitudinem animo injicit cujuſpiam. Haec ſecum loquitur Syrus. 15 Temporis momento, quo iturus eram in Cyprum ad mercatum. 16 Aeſchinus me. 17 Sunt a me. 18 Cyprum. 19 Negotium cum Aeſchino, exigere, nempe, argentum ab illo. 20 E Cypro. 21 Nihil agam; ſumtum a foro, ubi non licet cauſſam iterum agere, de qua jam ſit pronunciatum. 22 Nulla ſpes eſt de argento. 23 Refrigeſcet. 24 Scilicet, dicetur mihi ab judicibus, & haec eſt Mimeſis forenſium. 25 Poſt tantum temporis ad agendum de Aeſchini debito? 25 Tandiu tibi deberi? Ideſt cur prius debitum non repoſcebas? 27 Cum, nempe, tempus erat agendi. 28 Hanc pecuniam Aeſchini.

Quam aut hic nunc manere tam diu, aut 1 *tum* 2 *perſequi.*
Sy. *Jamne* 3 *enumeraſti id quod* 4 *ad te rediturum putes?*
San. *Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Aeſchinum?*
5 *Per oppreſſionem ut hanc mî eripere* 6 *poſtulet?*
Sy. 7 *Labaſcit. unum hoc* 8 *habeo, vide ſi ſatis placet.*
Potius, quam venias in 9 *periculum, Sannio,*
Serveſne, an perdas totum, 10 *dividuum face.*
Minas decem 11 *corradet alicunde.* San. *hei mihi,*
Etiam de 12 *ſorte nunc venio in dubium miſer.*
13 *Pudet nihil: omnes dentes* 14 *labefecit mihi.*
Praeterea colaphis 15 *tuber eſt totum caput.*
Etiam inſuper 16 *defrudet?* 17 *nuſquam abeo.* Sy. *ut lubet.*
Nunquid 18 *vis,* 19 *quin abeam?* San. *imo hercle hoc quaeſo, Syre,*
20 *Utut haec ſunt facta, potius quam lites ſequar,*
21 *Meum mihi reddat, ſaltem quanti emta eſt; Syre,*
Scio te non uſum antehac amicitia mea:
22 *Memorem me dices eſſe, & gratum.* Sy. *ſedulo*
23 *Faciam. ſed Cteſiphonem video. laetus eſt*
De amica. San. 24 *quid quod te oro?* Sy. *pauliſper* 25 *mane.*

SCE-

1 Cum rediero e Cypro. 2 Meam litem. 3 Computaſti ne? 4 Quantum lucri pro femina erepta ſis facturus? 5 Per vim. 6 Velit. 7 Nutat, jam mihi aſſenſurus eſt. Metaphora ab arbore, quae ſuccisa multis ictibus, tandem ruinam minitatur: hoc ſecum dicit. 8 Quod dicam. 9 Amittendi totam pecuniam. 10 Divide illas viginti minas, & decem cape. 11 Inveniet Aeſchinus ab aliquo. 12 De ſumma principali pecuniae, nempe, de viginti minis. *Sors* in re nummaria eſt ſumma pecuniae, cui extrinſecus acquiritur foenus. Italice: *il capitale, la ſorte.* 13 Aeſchinum. 14 Fregit. *Labefacio* eſt quaſi labare facio. 15 Plenum tuberibus ob colaphos, vel totum tumidum inſtar ingentis tuberis. 16 Defraudet, nempe, per fraudem eripiet mihi partem pecuniae, & pro viginti dabit decem minas. 17 Non proficiſcor in aliquem locum ad mercatum. 18 Praeterea aliquid mihi dicere. 19 Antequam abeam? 20 Utcunque. 21 Sortem, viginti minas. 22 Beneficii, ſi modo juveris. 23 Ut tuum tibi reddatur. 24 Syrus viſo Cteſiphone fit ei obviam, Sannio vero volens ſuū negotium illi commendare ſubjungit *quid quod te oro?* Nempe quid, Syre, nonne efficies id, quod te oro? 25 Donec alloquar Cteſiphonem; poſt ad te redeo.

SCENA III.

Gratulatur ſibi, & fratrem laudat Cteſipho.

Cteſipho, Syrus.

Cte. 1 ABs *quivis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas:*
Verum enim vero id demum juvat, ſi, quem aequom eſt 2 *facere, is bene facit.* (*ſcio*,
O frater, frater, 3 *quid ego nunc te laudem! ſatis certo*
Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id 4 *virtus quin ſuperet tua:*
Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror,
5 *Fratrem homini nemini eſſe primarum* 6 *artium magis principem.*
Sy. 7 *O Cteſipho.* Cte. *o Syre, Aeſchinus ubi eſt?* Sy. 8 *ellum, te expectat domi.* Cte. *hem.*
Sy. 9 *Quid eſt?* Cte. *quid* 10 *ſit?* 11 *illius opera, Syre, nunc vivo.* Sy. 12 *feſtivum caput!*
Cte. *Omnia ſibi qui* 13 *poſtputarit eſſe prae meo commodo,*
Maledicta, 14 *famam, meum amorem, &* 15 *peccatum in ſe tranſtulit.*
Nihil pote 16 *ſupra. ſed quidnam* 17 *foris crepuit?* Sy. *mane, mane,* 18 *ipſe exit foras.*

SCE-

1 Ordo eſt: *gaudeas accipere beneficium a quivis homine cum opus eſt, verum enim vero id juvat demum, ſi is benefacit, quem aequum eſt facere.* 2 Benefacere. 3 Cur? 4 In benefaciendo mihi. 5 Ordo eſt; *nemini homini fratrem eſſe magis principem primarum artium.* 6 Virtutum. Hoc loco virtutes ſunt, fores effringere, Sannionem peſſime afficere. Vide quanta ſit depravari judicii ſtoliditas in adoleſcentibus liberioris vitae. 7 Huc uſque ſecum locutus eſt Cteſipho, quem modo vocat Syrus. 8 Ecce illum. 9 Subaudi, propter quod gaudes? 10 Quaeris quid ſit? 11 Aeſchini. 12 O jucundum, lepidum hominem. 13 Putaverit eſſe ſibi poſtponenda, ſcilicet, contemnenda a ſe 14 Infamiam 15 Raptum faciendi 16 Nihil eſt, aut dici poteſt ſuper hoc fratris beneficium. 17 Singularis numeri nominativus. Fores in antiquis aedificiis aperiebantur non introrſum domus, ſed in publicum, quare exituri fores ab intus pulſabant manu, quo caverent iis, qui foris erant, ne a foribus repente in viam protruſis laederentur. 18 Aeſchinus.

SCENA IV.

Colloquuntur fratres, agitur de pecunia reddenda Sannioni, & de coena paranda.

Aeſchinus, Sannio, Cteſipho, Syrus.

Ae. UBi ille eſt 1 *ſacrilegus?* San. *men' quaerit? numquidnam* 2 *effert?* 3 *occidi:*
4 *Nil video.* Ae. *ehem,* 5 *opportune, te ipſum quaerito; quid fit Cteſipho?*
In tuto eſt omnis res. omitte vero triſtitiem tuam.
Cte. *Ego illam vero omitto, qui te* 6 *fratrem habeam quidem. o mi Aeſchine!*
O mi germane! ah vereor 7 *coram in os te laudare* 8 *amplius,*
Ne id 9 *aſſentandi magis, quam quo habeam* 10 *gratum, facere exiſtumes.*
Ae. *Age,* 11 *inepte, quaſi nunc non norimus nos inter nos, Cteſipho!*
Sed hoc mihi dolet, nos pene ſero 12 *ſciſſe, & pene in* 13 *eum locum* (*xiliarier.*
14 *Rediſſe, ut, ſi omnes* 15 *cuperent,* 16 *nihil tibi poſſent au-*
Cte. 17 *Pudebat.* Ae. *ah, ſtultitia eſt* 18 *iſthaec, non pudor, tam ob parvolam*
Rem pene 19 *e patria! turpe dictu. deos quaeſo ut* 20 *iſthaec prohibeant.*
Cte. 21 *Peccavi.* Ae. 22 *quid ait tandem nobis Sannio?* Sy. *jam* 23 *mitis eſt.*

Ae.

1 Sceleratus Sannio. 2 An aliquid pecuniae mihi afferr? 3 Perii. 4 Pecuniae. 5 Veniſti. 6 Tam diligentem pro meis commodis. 7 *Coram in os* elegans formula, in conſpectu tuo, ante faciem tuam, te praeſente; *coram* ad eum, qui laudatur, & ad eos, qui audiunt, pertinet, *in os* ad eum tantum, qui laudatur. *Donatus*. 8 Ulterius, nam antea eum laudaverat. 9 Cauſſa. Graeca locutio. 10 Tuum in me beneficium. 11 Blanda correptio fratris majoris ad minorem, quaſi dicat; ridiculum eſt laudare beneficium a fratre acceptum, cui tam carus es. 12 Tuum deſiderium. 13 Statum, periculum. 14 Rem de raptu faciendo perveniſſe. 15 Auxiliari tibi. 16 Scilicet, ſi femina a Sannione aſportata fuiſſet in Cyprum. 17 Subaudi, fateri meum deſiderium. 18 Nempe, nolle id mihi fateri. 19 Subaudi, fugere, & ob illam feminam proficiſci Cyprum. 20 Tuam fugam. 21 Quod conſilium fugiendi ceperam. 22 Aeſchinus modo ſe ad Syrum convertit. 23 Ex irato placidus factus eſt.

Ae. *Ego ad forum ibo, ut hunc* 1 *abſolvam. tu intro in aedes, Cteſipho.*

San. *Syre* 2 *inſta.* Sy. 3 *earus: namque* 4 *hic properat in Cyprum.* San. *ne* 5 *tam quidem.*
6 *Quamvis etiam maneo otioſus hic.* Sy. 7 *reddetur, ne time.*
San. *At ut* 8 *omne reddat.* San. *omne reddet, tace modo, ac ſequere hac.* San. *ſequor.*

Cte. *Heus, heus, Syre.* Sy. *hem, quid eſt?* Cte. *obſecro hercle,* 9 *hominem iſtum impuriſſimum*
Quamprimum 10 *abſolvitote, ne, ſi magis irritatus ſiet,*
11 *Aliqua ad patrem* 12 *hoc* 13 *permanet, atque ego tum perpetuo* 14 *perierim.* [*interim*
San. *Non fiet: bono animo es. tu cum illa te intus oblecta*
Et 15 *lectulos jube ſterni nobis, & parari* 16 *cetera.*
Ego 17 *jam tranſacta re,* 18 *convortam me domum cum opſonio.*
Cte. 19 *Ita quaeſo: quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.*

ACTVS TERTIVS

SCENA I.

Canthara nutrix conſolatur Soſtratam matronam, quod doleat ob proximum partum Pamphilae filiae ſuae.

Soſtrata, Canthara.

So. *Obſecro, mea tu nutrix, quid nunc fiet?* Can. *quid fiet, rogas?*
Recte aedepol ſpero. So. *modo* 20 *dolores,* 21 *mea tu, occipiunt primulum:*

Can.

1 Dimittam, quaſi eum a me ſolvam, reddito Sannioni pretio, quod illi debeo. In foro erant foeneratores, unde filiifamilias pecuniam inſciis parentibus capiebant. 2 Ut Aeſchinus mihi ſatisfaciat. 3 Ad forum. 4 Sannio. 5 Cito propero. 6 Quantum vis. 7 Argentum. 8 Nempe, viginti minas. 9 Sannionem. 10 Satisfacite illi. 11 Aliquando. 12 Malefactum noſtrum. 13 Deferatur. 14 Metuit exhaeredationis poenam, qua poena filii repugnantes paternae voluntati mulctabantur. 15 Quibus accumbamus ad menſam. 16 Neceſſaria ad convivium. 17 Perfecto negocio cum Sannione. 18 E foro conferam. 19 Facias. 20 Filiae meae parturientis. 21 Formula blandientis.

Can. *Jam nunc times, quaſi nunquam* 1 *adfueris, nunquam tute pepereris.* *(non adeſt;*
So. *Miſeram me, neminem habeo, ſolae ſumus: Geta autem hic*
Nec 2 *quem ad obſtetricem mittam, nec qui arceſſat Aeſchinum.*
Can. *Pol is quidem jam hic aderit. nam nunquam unum intermittit diem,* *(dium.*
Quin ſemper veniat. So. *ſolus mearum miſeriarum eſt reme-*
Can. 3 *E re nata melius fieri haud potuit, quam factū eſt, hera:*
Oblatum quando vitium eſt, quod ad illum attinet potiſsimum,
Talem, tali genere, tali animo, natum ex tanta familia.
So. *Ita pol eſt, ut dicis. ſalvus nobis, deos quaeſo, ut ſiet.*

SCENA II.

Geta valde commotus Aeſchini factum narrat Soſtratae dominae ſuae, conſulunt inter ſe quid facto ſit opus, & Hegionem de re tota quamprimum monere ſtatuunt.

Geta, Soſtrata, Canthara.

Ge. N*Unc* 4 *illud eſt, quod, ſi omnes omnia ſua conſilia* 5 *conferant,*
Atque 6 *huic malo* 7 *ſalutem quaerant, auxilii nihil afferant.*
8 *Quod mihique, heraeque, filiaeque herili eſt. vae miſero mihi!*
Tot res repente 9 *circumvallant, unde emergi non poteſt.*
10 *Vis, egeſtas, injuſtitia,* 11 *ſolitudo, infamia.*
12 *Hoccine ſeclum! o ſcelera! o* 13 *genera ſacrilega! o* 14 *hominem impium!*
So. *Me miſeram! quidnam eſt, quod ſic video timidum & properantem Getam?*
Ge. 15 *Quem neque* 16 *fides, neque* 17 *jusjurandum, neque ulla miſericordia* *Re-*

1 Parturienti mulieri interfueris, vel opem tuleris. 2 Habeo. 3 *Res nata* dicitur, quae repente, nuper accidit 4 Tempus, negotium, ſeu periculum. 5 In unum congregent. 6 Quod Aeſchinus ob fidicinam ſpreverit eam, cui promiſerat; ita falſo credebat Geta. 7 Remedium. 8 Malum. 9 Circundant, premunt. Metaphora a militari acie, quae vallo circumcludit hoſtes. 10 Hoc verſu continentur mala, quae premunt Soſtratam, & Pamphilam, quaeque Geta tamquam fidelis ſervus hic deplorat. 11 Deſertio a defenſoribus. 12 Tale ne, id eſt, tam nefandi ſunt homines hujus ſecuii! 13 Hominum. 14 Aeſchinum. 15 Geta enim Soſtratae exclamationem non audierat, ideoque pergit ſecum in ſuo ſermone. 16 Promiſſio data Pamphilae, qua promiſerat ſe illam ducturum. 17 Quo juravit ſe eam ducturum.

Repreſſit, neque 1 *reflexit, neque quod partus inſtabat prope,*
Cui miſerae indigne per vim vitium obtulerat. So. *non intellego*
Satis, quae 2 *loquatur.* Can. *propius, obſecro, accedamus, Soſtrata.* Ge. 3 *ah,*
Me miſerum, vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.
Nihil eſt, quod malim, quam totam 4 *familiam dari mihi obviam,*
Vt iram hanc in eos evomam omnem, dum 5 *aegritudo haec eſt recens:*
Satis mihi 6 *id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modo.*
7 *Seni* 8 *animam primum* 9 *extinguerem ipſi, qui illud produxit* 10 *ſcelus:*
Tum autem Syrum 11 *impulſorem, vah, quibus illum lacerarem modis!*
12 *Sublimem* 13 *medium arriperem,* 14 *capite primum in terrā ſtatuerem,*
Vt cerebro 15 *diſpergat viam:*
16 *Adoleſcenti ipſi oculos eriperem, poſt haec praecipitem darem:*
17 *Ceteros* 18 *ruerem,* 19 *agerem, raperem, tunderem, & proſternerem.*
Sed ceſſo hoc malo heram 20 *impertiri propere?* So. 21 *revocemus. Geta.* Ge. *hem,*
22 *Quiſquis es, ſine me.* So. *ego ſum Soſtrata.* Ge. *ubi ea eſt? te ipſam quaerito:*
Te expecto. oppido opportune te obtuliſti mi obviam,
Hera. So. *quid eſt? quid trepidas?* Ge. *hei mihi.* So. *quid feſtinas, mi Geta?*

Ani-

1 Revocavit, repreſſit, ne eam desereret. 2 Geta. 3 Sequitur ſecum Geta. 4 Demeam, Micionem, Aeſchinum &c. 5 Iracundia, & mentis perturbatio. 6 Hoc ſatis mihi eſſet de illis ſupplicium. 7 Demeae. 8 Anhelitum, ſeu ſpiritum. 9 Intercluderem, nempe, ſuffocarem. Metaphora ab igne. Fortaſſe poeta reſpexit ad illorum opinionem, qui putabant animam ignem eſſe, qui poſſet extingui. 10 Aeſchinum tam ſceleſtum. 11 Suaſorem ſceleris. 12 In altum ſublatum, ut gravius caderet. 13 Per medium corporis. *Medium arripere* eſt aliquem ſic tenere, ut nulla ratione ſeſe extricare poſſit. 14 Capite ad pavimentum converſo, pedibuſque in caelum verſis immitterem. & praecipitem eum darem. 15 Spargeret. 16 Aeſchino. 17 De familia Aeſchini. 18 Proruerem. *Ruere* hic habet activam ſignificationem, ſignificatque toto corporis niſu uti ad impellendum. 19 Perſequerer. 20 Participem facere. 21 Eum; nam Geta domum verſus ibat. 22 Prae iracundia heram non agnoſcit.

1 *Animam recipe*. Ge. 2 *prorſu'*. So. 3 *quid iſthuc prorſus ergo eſt?* Ge. 4 *periimus*.
5 *Actum eſt*. So. *eloquere obſecro te, quid ſit*. Ge. *jam*. So. 6 *quid, jam, Geta?*
Ge. *Aeſchinus*. So. *quid ergo* 7 *is?* Ge. 8 *alienu' eſt ab noſtra familia*. So. *hem*,
Perii. quare? Ge. *amare occepit aliam*. So. *vae miſerae mihi!*
Ge. *Neque id occulte* 9 *fert. a lenone ipſus eripuit palam*.
So. *Satin' hoc certum?* Ge. *certum. hiſce oculis egomet vidi, Soſtrata*. So. *ah*,
Me Miſeram! quid credas jam? aut cui credas? 10 *noſtrumne Aeſchinum*,
Noſtram vitam 11 *omnium, in quo noſtrae ſpes opeſque omnes ſitae erant*,
Qui ſine 12 *hac jurabat ſe unum nunquam victurum diem*,
Qui in ſui gremio poſiturum puerum dicebat patris, 13 *ita*
14 *Obſecraturum, ut liceret hanc uxorem ducere!*
Ge. *Hera, lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc rem opu', porro proſpice*.
Patiamurne, an 15 *narremus cuipiam?* Can. 16 *au, au mi homo*, 17 *ſanun' es?*
An hoc proferendum tibi uſquam eſſe videtur? Ge. *mihi quidem non placet*.
Jam primum, illum alieno animo a nobis eſſe, res ipſa indicat.
Nunc ſi hoc palam proferimus, ille 18 *inficias ibit, ſat ſcio;*
Tua fama, & gnatae vita in dubium veniet. tum, ſi maxume
Fateatur, cum amet aliam, non eſt utile hanc illi 19 *dari*.
Qua-

1 Anhelitum. Italice; *prendi fiato*. Ira perturbatus Geta anhelabat more feſtinantis.
2 Nimio anhelitu, nimiaque iracundia ſermonem non finit, unde poſtea ſubjungit *periimus*. Idem facit inferius, quando per intervalla dicit *jam Aeſchinus*.
3 Quid vis ſignificare hac voce *prorſus?* 4 Verba deſperantis ſunt.
5 Hec dicitur proprie de lite, ubi jam lata ſententia eſt, ſed transfertur ad res alias, ubi nulla ſpes ſupereſt. Italice; *ſiamo ſpediti* 6 Nempe, dicito. 7 Fecit 8 Alienatus. 9 Facit.
10 Deeſt, verumne eſt *noſtrum Aeſchinum* &c. talia feciſſe! Eſt enim ecliptica oratio dolentibus apta.
11 Noſtrorum. 12 Filia mea Pamphila. 13 Deinde. 14 Patrem ſuum. 15 Hoc factum Aeſchini? 16 Interjectio indignantis. 17 Sanuſne, compos mentis? 18 Negabit, nempe, fidem ſe dediſſe ducendi Pamphilam. 19 Nuptui.

Quapropter, 1 *quoquo pacto* 2 *tacito eſt opus*. So. *ah*, *minime* 3 *gentium!*
Non 4 *faciam*. Ge. *quid agis?* So. *proferam*. Ge. *hem*, *mea Soſtrata*, *vide quam rem agas*.
So. *Pejore res loco non potis eſt eſſe*, *quam in hoc*, *quo nunc ſita eſt*. *(erat*,
Primum 5 *indotata eſt: tum praeterea*, 6 *quae ſecunda ei dos*
Periit: pro virgine dari nuptum non poteſt. hoc 7 *reliquom eſt*,
Si inficias ibit, *teſtis mecum eſt annulus*, *quem* 8 *amiſerat*.
Poſtremo, *quando ego conſcia mî ſum*, *a me culpam hanc procul eſſe*, *nec*
9 *Pretium*, *neque* 10 *rem ullam* 11 *interceſſe* 12 *illa aut me indignam*, 13 *experiar*, *Geta*.
Ge. 14 *Quid iſthic?* 15 *accedo*, 16 *ut melius dicas*. So. *tu*, *quantum poteſt*, *abi*,
Atque Hegioni cognato 17 *hujus rem omnem narrato ordine*.
Nam is 18 *noſtro Simulo fuit* 19 *ſummus*, *& nos coluit maxume*.
Ge. 20 *Nam hercle alius nemo* 21 *reſpicit nos*. So. *propera tu*, *mea Canthara;*
Curro, *obſtetricem arceſſe*, *ut*, *cum opus ſit*, *ne in mora nobis ſiet*.

SCENA III.

Demea rure in urbem veniens, & aliquid ſuſpicans mali de Cteſiphone, in Syrum incidit.

Demea.

Da. *DIſperii*, *Cteſiphonem audivi filium*
Vna adfuiſſe in raptione cum Aeſchino.

Id

1 Quocumque modo res cadat. 2 Celato, nempe, tacere, celare fidem datam Pamphilae ab Aeſchino. 3 Hic genitivus hoc loco ornatus tantum gratia ponitur, ut cum dicitur *nuſquam gentium*. 4 Non tacebo. 5 Sine dote, nempe, paupercula. 6 Pudor, quae ſecunda, vel potius prima, dos eſt. 7 Supereſt ad meam defenſionem. 8 Aeſchinus, & quem Pamphila clam ſuſtulerat. 9 Donum, pecuniam. 10 Internuncium, pactum. 11 Interveniſſe. Si enim virgo, aut ejus mater pretium, aut quid aliud accepiſſet, non cogebatur legibus Adoleſcens eam uxorem ducere. 12 Filia mea. 13 In judicio agam contra Aeſchinum. 14 Formula aegre conſentientis; quaſi dicat: quid reſiſtam? 15 Ad tuam ſententiam, ſcilicet, tibi conſentio. 16 Vtpote quae meliorem ſententiam proferas. 17 Pamphilae filiae meae 18 Meo marito, & patri Pamphilae. 19 Amiciſſimus. 20 Subaudi, benedicis, ut id narrem Hegioni, nam &c. 21 Curat, tuetur.

Id miſero reſtat mihi mali, 1 ſi 2 illum 3 poteſt,
Qui alicui rei 4 eſt, etiam eum ad nequitiem abducere.
Vbi ego 5 illum quaeram? credo 6 abductum in 7 ganeum
8 Aliquo. perſuaſit 9 ille impurus, ſat ſcio.
Sed eccum 10 ire Syrum video. 11 hinc 12 ſcibo jam, ubi 13 ſiet.
Atque hercle hic de 14 grege illo eſt: ſi me ſenſerit
15 Eum quaeritare, nunquam dicet 16 carnufex.
Non oſtendam id me velle. ——— ——— ———

SCENA IV.

Commendatur Cteſipho, vituperatur Micio, & Aeſchinus, quod callide utrumque Syrus facit. Demea ficta narratione virtutum Cteſiphonis plurimum gaudet, & rus abigitur.

Syrus, Demea.

Sy. ——— ——— *Omnem 17 rem modo 18 ſeni,*
Quo pacto 19 haberet, enarramus ordine.
20 Nil quidquam vidi 21 laetius. De. *pro Jupiter,*
22 Hominis ſtultitiam! Sy. *23 collaudavit filium:*
Mihi, qui id dediſſem conſilium, egit gratias.
De. *24 Diſrumpor.* Sy. *25 argentum adnumeravit illico:*
Dedit praeterea in ſumtum 26 dimidium minae:
Id 27 diſtributum ſane eſt ex 28 ſententia. De. *hem,*
29 Huic mandes, ſi quid recte curatum velis.

1 Ordo eſt; *ſi poteſt abducere ad nequitiem etiam illum eum, qui eſt alicui rei.* 2 Cteſiphonem. 3 Aeſchinus. 4 Subaudi, utilis.
5 Cteſiphonem. 6 Eſſe. 7 Tabernam, vilem domum, ubi voluptati indulgent homines, ſic dictum ἀπο τες γῆς *terra*, quod hujuſmodi loca ſubterranea eſſent. 8 In aliquem locum.
9 Aeſchinus. 10 Venire. 11 Ex hoc. 12 Antique pro ſciam.
13 Sit Cteſipho. 14 Genere ſervorum, qui ad corrumpendos filios operam praebent. 15 Cteſiphonem. 16 Pro ſervo nequam, & ſcelerato ponitur. 17 Factū Aeſchini. Syrus tanquam non videns Demeam haec loquitur, at Demea ea audiens tacite ſua intermiſcet. 18 Micioni. 19 Factum Aeſchini ſe habuerit.
20 Neminem. Neutra oratio pro maſculina. 21 Laetiorem Micione poſt narrationem facti.
22 Micionis, qui laetatur de improbitate filii adoptivi. 23 Syrus non videns Demeam proſequitur ſecum, quod inferius etiam facit. 24 Ira, atque dolore.
25 Quo erat opus ad ſatisfaciendum lenoni. 26 Quinque Philippeos. 27 Inter me, & alios ſervos Micionis. 28 Secundum votum noſtrum. 29 Syro. Ironice haec dicit.

San. *Credo* 1 *iſthuc melius eſſe*; 2 *verum ego nunquam adeo aſtutus fui*,
Quin, quidquid poſſem, mallem 3 *auferre potius* 4 *in praeſentia.*
Sy. *Age, novi tuum animum.* 5 *quaſi quidquam tibi ſint viginti minae*,
6 *Dum* 7 *huic obſequare: praeterea autem te ajunt proficiſci* 8 *Cyprum.* San. *hem!*
Sy. *Coemiſſe hinc, quae illuc veheres, multa; navem* 9 *conductam: hoc ſcio*, (10 *hoc ages.*
11 *Animus tibi pendet: ubi illinc, ſpero, redieris, tamen*
San. *Nuſquam* 12 *pedem. perii hercle; hac illi* 13 *ſpe hoc inceperunt.* Sy. *timet:*
14 *Injeci ſcrupulum homini.* San. *o ſcelera! illud vide*,
Ut in ipſo 15 *articulo* 16 *oppreſſit!* 17 *emtae mulieres*
Complures, & item hinc alia, quae porto Cyprum.
Ni 18 *eo ad mercatum venio, damnum maxumum eſt.*
Nunc ſi 19 *hoc omitto, ubi* 20 *illinc rediero,* 21 *actum agam.*
22 *Nihil eſt*, 23 *refrixerit res.* 24 *nunc* 25 *demum venis?*
26 *Cur paſſus?* 27 *ubi eras? ut ſit ſatius* 28 *perdere*,

Quam

1 Scilicet, ineſcare homines. 2 Ordo eſt; *verum ego nunquam fui adeo aſtutus, quin mallem in praeſentia potius auferre quidquid poſſem.* 3 Accipere pecuniam ab aliquo. 4 Praeſenti tempore, nempe, ſine dilatione, & ſpe futuri lucri. 5 Quaſi in aliquo pretio habeas, in aliqua aeſtimatione viginti minas. Dicit enim eum non magni facere viginti minas. 6 Dummodo. 7 Aeſchino. 8 Inſulam in Mediterraneo Veneri ſacram. 9 Subaudi, eſſe a te. Italice; *aver noleggiato*. 10 Dubius es, nempe, utrum hic maneas ob repetendam pecuniam ab Aeschino, an Cyprum proficiſcaris. 11 Pecuniam ab Aeſchino exiges. *Hoc agere* dicimus eum, qui inſtat negotio ſuo. 12 Efferam. 13 Aeſchinus, & ejus ſervus hac ſpe freti, quod ego eſſem profecturus Cyprum, hoc ſcelus tentarunt. Haec ſecum loquitur. 14 Injeci moleſtiam, ſolicitudinem Sannioni. *Scrupuli* ſunt minuti lapilli, qui inter ambulandum inſiliunt in calces hominis, & pedem torquent, inde *injicere ſcrupulum* dicitur, qui ſolicitudinem animo injicit cujuſpiam. Haec ſecum loquitur Syrus. 15 Temporis momento, quo iturus eram in Cyprum ad mercatum. 16 Aeſchinus me. 17 Sunt a me. 18 Cyprum. 19 Negotium cum Aeſchino, exigere, nempe, argentum ab illo. 20 E Cypro. 21 Nihil agam; ſumtum a foro, ubi non licet cauſſam iterum agere, de qua jam ſit pronunciatum. 22 Nulla ſpes eſt de argento. 23 Refrigeſcet. 24 Scilicet, dicetur mihi ab judicibus, & haec eſt Mimeſis forenſium. 25 Poſt tantum temporis ad agendum de Aeſchini debito? 25 Tandiu tibi deberi? Ideſt cur prius debitum non repoſcebas? 27 Cum, nempe, tempus erat agendi. 28 Hanc pecuniam Aeſchini.

Quam aut hic nunc manere tam diu, aut 1 *tum* 2 *per-ſequi.*
Sy. *Jamne* 3 *enumeraſti id quod* 4 *ad te rediturum putes?*
San. *Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Aeſchinum?*
5 *Per oppreſſionem ut hanc mî eripere* 6 *poſtulet?*
Sy. 7 *Labaſcit. unum hoc* 8 *habeo, vide ſi ſatis placet.*
Potius, quam venias in 9 *periculum, Sannio,*
Serveſne, an perdas totum, 10 *dividuum face.*
Minas decem 11 *corradet alicunde.* San. *hei mihi,*
Etiam de 12 *ſorte nunc venio in dubium miſer.*
13 *Pudet nihil: omnes dentes* 14 *labefecit mihi.*
Praeterea colaphis 15 *tuber eſt totum caput.*
Etiam inſuper 16 *defrudet?* 17 *nuſquam abeo.* Sy. *ut lu-bet.*
Nunquid 18 *vis,* 19 *quin abeam?* San. *imo hercle hoc quae-ſo, Syre,*
20 *Utut haec ſunt facta, potius quam lites ſequar,*
21 *Meum mihi reddat, ſaltem quanti emta eſt; Syre,*
Scio te non uſum antehac amicitia mea:
22 *Memorem me dices eſſe, & gratum.* Sy. *ſedulo*
23 *Faciam. ſed Cteſiphonem video. laetus eſt*
De amica. San. 24 *quid quod te oro?* Sy. *paulisper* 25 *mane.*

SCE-

1 Cum rediero e Cypro. 2 Meam litem. 3 Computaſti ne? 4 Quantum lucri pro femina erepta ſis facturus? 5 Per vim. 6 Velit. 7 Nutat, jam mihi aſſenſurus eſt. Metaphora ab arbore, quae ſuccisſa multis ictibus, tandem ruinam minitatur: hoc ſecum dicit. 8 Quod dicam. 9 Amittendi totam pecuniam. 10 Divide illas viginti minas, & decem cape. 11 Inveniet Aeſchinus ab aliquo. 12 De ſumma principali pecuniae, nempe, de viginti minis. *Sors* in re nummaria eſt ſumma pecuniae, cui extrinſecus acquiritur foenus. Italice: *il capitale, la ſorte.* 13 Aeſchinum. 14 Fregit. *Labefacio* eſt quaſi labare facio. 15 Plenum tuberibus ob colaphos, vel totum tumidum inſtar ingentis tuberis. 16 Defraudet, nempe, per fraudem eripiet mihi partem pecuniae, & pro viginti dabit decem minas. 17 Non proficiſcor in aliquem locum ad mercatum. 18 Praeterea aliquid mihi dicere. 19 Antequam abeam? 20 Utcunque. 21 Sortem, viginti minas. 22 Beneficii, ſi modo juveris. 23 Ut tuum tibi reddatur. 24 Syrus viſo Cteſiphone fit ei obviam, Sannio vero volens ſuũ negotium illi commendare ſubjungit *quid quod te oro?* Nempe quid, Syre, nonne efficies id, quod te oro? 25 Donec alloquar Cteſiphonem, poſt ad te redeo.

by Google

SCENA III.

Gratulatur ſibi, & fratrem laudat Cteſipho.

Cteſipho, Syrus.

Cte. 1 *ABſ quivis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas:*
Verum enim vero id demum juvat, ſi, quem aequom eſt 2 facere, is bene facit. (*ſcio,*
O frater, frater, 3 quid ego nunc te laudem! ſatis certo
Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id 4 virtus quin ſuperet tua:
Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror,
5 Fratrem homini nemini eſſe primarum 6 artium magis principem.
Sy. *7 O Cteſipho.* Cte. *o Syre, Aeſchinus ubi eſt?* Sy. *8 ellum, te expectat domi.* Cte. *hem.*
Sy. *9 Quid eſt?* Cte. *quid 10 ſit? 11 illius opera, Syre, nunc vivo.* Sy. *12 feſtivum caput!*
Cte. *Omnia ſibi qui 13 poſtputarit eſſe prae meo commodo,*
Maledicta, 14 famam, meum amorem, & 15 peccatum in ſe tranſtulit.
Nihil pote 16 ſupra. ſed quidnam 17 foris crepuit? Sy. *mane, mane, 18 ipſe exit foras.*

SCE-

1 Ordo eſt: *gaudeas accipere beneficium a quivis homine cum opus eſt, verum enim vero id juvat demum, ſi is benefacit, quem aequum eſt facere.* 2 Benefacere.
3 Cur? 4 In benefaciendo mihi. 5 Ordo eſt; *nemini homini fratrem eſſe magis principem primarum artium.* 6 Virtutum. Hoc loco virtutes ſunt, fores effringere, Sannionem peſſime afficere. Vide quanta ſit depravati judicii ſtoliditas in adoleſcentibus liberioris vitae. 7 Huc uſque ſecum locutus eſt Cteſipho, quem modo vocat Syrus. 8 Ecce illum. 9 Subaudi, propter quod gaudes?
10 Quaeris quid ſit? 11 Aeſchini. 12 O jucundum, lepidum hominem. 13 Putaverit eſſe ſibi poſtponenda, ſcilicet, contemnenda a ſe 14 Infamiam 15 Raptum faciendi 16 Nihil eſt, aut dici poteſt ſuper hoc fratris beneficium. 17 Singularis numeri nominativus. Fores in antiquis aedificiis aperiebantur non introrſum domus, ſed in publicum, quare exituri fores ab intus pulſabant manu, quo caverent iis, qui foris erant, ne a foribus repente in viam protruſis laederentur. 18 Aeſchinus.

SCENA IV.

Colloquuntur fratres, agitur de pecunia reddenda Sannioni, & de coena paranda.

Aeſchinus, Sannio, Cteſipho, Syrus.

Ae. *UBi ille eſt* 1 *ſacrilegus?* San. *men' quaerit? numquidnam* 2 *effert?* 3 *occidi:*
4 *Nil video.* Ae. *ehem,* 5 *opportune, te ipſum quaerito; quid fit Cteſipho?*
In tuto eſt omnis res. omitte vero triſtitiem tuam.
Cte. *Ego illam vero omitto, qui te* 6 *fratrem habeam quidem. o mi Aeſchine!*
O mi germane! ah vereor 7 *coram in os te laudare* 8 *amplius,*
Ne id 9 *aſſentandi magis, quam quo habeam* 10 *gratum, facere exiſtumes.*
Ae. *Age,* 11 *inepte, quaſi nunc non norimus nos inter nos, Cteſipho!*
Sed hoc mihi dolet, nos pene ſero 12 *ſciſſe, & pene in* 13 *eum locum* *(xiliarier.*
14 *Rediſſe, ut, ſi omnes* 15 *cuperent,* 16 *nihil tibi poſſent au-*
Cte. 17 *Pudebat.* Ae. *ah, ſtultitia eſt* 18 *iſthaec, non pudor, tam ob parvolam*
Rem pene 19 *e patria! turpe dictu. deos quaeſo, ut* 20 *iſthaec probibeant.*
Cte. 21 *Peccavi.* Ae. 22 *quid ait tandem nobis Sannio?* Sy. *jam* 23 *mitis eſt.*

Ae.

1 Sceleratus Sannio. 2 An aliquid pecuniae mihi affert? 3 Perii. 4 Pecuniae. 5 Veniſti. 6 Tam diligentem pro meis commodis. 7 *Coram in os* elegans formula, in conſpectu tuo, ante faciem tuam, te praeſente; *coram* ad eum, qui laudatur, & ad eos, qui audiunt, pertinet. *in os* ad eum tantum, qui laudatur. *Donatus*. 8 Ulterius, nam antea eum laudaverat. 9 Cauſſa. Graeca locutio. 10 Tuum in me beneficium. 11 Blanda correptio fratris majoris ad minorem, quaſi dicat; ridiculum eſt laudare beneficium a fratre acceptum, cui tam carus es. 12 Tuum deſiderium. 13 Statum, periculum. 14 Rem de raptu faciendo perveniſſe. 15 Auxiliari tibi. 16 Scilicet, ſi femina a Sannione aſportata fuiſſet in Cyprum. 17 Subaudi, fateri meum deſiderium. 18 Nempe, nolle id mihi fateri. 19 Subaudi, fugere, & ob illam feminam proficiſci Cyprum. 20 Tuam fugam. 21 Quod conſilium fugiendi ceperam. 22 Aeſchinus modo ſe ad Syrum convertit. 23 Ex irato placidus factus eſt.

Ae. *Ego ad forum ibo, ut hunc* 1 *abſolvam. tu intro in aedes, Cteſipho.*

San. *Syre* 2 *inſta.* Sy. 3 *eamus: namque* 4 *hic properat in Cyprum.* San. *ne* 5 *tam quidem.*
6 *Quamvis etiam maneo otioſus hic.* Sy. 7 *reddetur, ne time.*
San. *At ut* 8 *omne reddat.* San. *omne reddet, tace modo, ac ſequere hac.* San. *ſequor.*
Cte. *Heus, heus, Syre.* Sy. *hem, quid eſt?* Cte. *obſecro hercle,* 9 *hominem iſtum impuriſſimum*
Quamprimum 10 *abſolvitote, ne, ſi magis irritatus ſiet,*
11 *Aliqua ad patrem* 12 *hoc* 13 *permanet, atque ego tum perpetuo* 14 *perierim:* [*interim*
San. *Non ſiet: bono animo es. tu cum illa te intus oblecta*
Et 15 *lectulos jube ſterni nobis, & parari* 16 *cetera.*
Ego 17 *jam tranſacta re,* 18 *convortam me domum cum opſonio.*
Cte. 19 *Ita quaeſo: quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.*

ACTVS TERTIVS

SCENA I.

Canthara nutrix conſolatur Soſtratam matronam, quod doleat ob proximum partum Pamphilae filiae ſuae.

Soſtrata, Canthara.

So. *Obſecro, mea tu nutrix, quid nunc fiet?* Can. *quid fiet, rogas?*
Recte aedepol ſpero. So. *modo* 20 *dolores,* 21 *mea tu, occipiunt primulum:*

Can.

1 Dimittam, quaſi eum a me ſolvam, reddito Sannioni pretio, quod illi debeo. In foro erant foeneratores, unde filiifamilias pecuniam inſciis parentibus capiebant. 2 Ut Aeſchinus mihi ſatisfaciat. 3 Ad forum. 4 Sannio. 5 Cito propero. 6 Quantum vis. 7 Argentum. 8 Nempe, viginti minas 9 Sannionem. 10 Satisfacite illi. 11 Aliquando. 12 Malefactum noſtrum. 13 Deferatur. 14 Metuit exhaeredationis poenam, qua poena filii repugnantes paternae voluntati mulctabantur. 15 Quibus accumbamus ad menſam. 16 Neceſſaria ad convivium. 17 Perfecto negocio cum Sannione. 18 E foro conferam. 19 Facias. 20 Filiae meae parturientis. 21 Formula blandientis.

Can. *Jam nunc times, quaſi nunquam* 1 *adfueris, nunquam tute pepereris.* (*non adeſt;*
So. *Miſeram me, neminem habeo, ſolae ſumus: Geta autem hic*
Nec 2 *quem ad obſtetricem mittam, nec qui arceſſat Aeſchinum.*
Can. *Pol is quidem jam hic aderit. nam nunquam unum intermittit diem,* (*dium.*
Quin ſemper veniat. So. *ſolus mearum miſeriarum eſt reme-*
Can. 3 *E re nata melius fieri haud potuit, quam factũ eſt, hera:*
Oblatum quando vitium eſt, quod ad illum attinet potiſſimum,
Talem, tali genere, tali animo, natum ex tanta familia.
So. *Ita pol eſt, ut dicis. ſalvus nobis, deos quaeſo, ut ſiet.*

SCENA II.

Geta valde commotus Aeſchini factum narrat Soſtratae dominae ſuae, conſulunt inter ſe quid facto ſit opus, & Hegionem de re tota quamprimum monere ſtatuunt.

Geta, Soſtrata, Canthara.

Ge. N*Unc* 4 *illud eſt, quod, ſi omnes omnia ſua conſilia* 5 *conferant,*
Atque 6 *huic malo* 7 *ſalutem quaerant, auxilii nihil afferant.*
8 *Quod mihique, heraeque, filiaeque herili eſt. vae miſero mihi!*
Tot res repente 9 *circumvallant, unde emergi non poteſt.*
10 *Vis, egeſtas, injuſtitia,* 11 *ſolitudo, infamia.*
12 *Hoccine ſeclum! o ſcelera! o* 13 *genera ſacrilega! o* 14 *hominem impium!*
So. *Me miſeram! quidnam eſt, quod ſic video timidum & properantem Getam?*
Ge. 15 *Quem neque* 16 *fides, neque* 17 *jusjurandum, neque ulla miſericordia* *Re-*

1 Parturienti mulieri interfueris, vel opem tuleris. 2 Habeo. 3 *Res nata* dicitur, quae repente, nu per accidit 4 Tempus, negotium, ſeu periculum. 5 In unum congregent. 6 Quod Aeſchinus ob fidicinam ſpreverit eam, cui promiſerat; ita falſo credebat Geta. 7 Remedium. 8 Malum. 9 Circumdant, premunt. Metaphora a militari acie, quae vallo circumcludit hoſtes. 10 Hoc verſu continentur mala, quae premunt Soſtratam, & Pamphilam, quaeque Geta tamquam fidelis ſervus hic deplorat. 11 Deſertio a defenſoribus. 12 Tale ne, id eſt, tam nefandi ſunt homines hujus ſeculi! 13 Hominum. 14 Aeſchinum. 15 Geta enim Soſtratae exclamationem non audierat, ideoque pergit ſecum in ſuo ſermone. 16 Promiſſio data Pamphilae, qua promiſerat ſe illam ducturum. 17 Quo juravit ſe eam ducturum.

Repreſſit, *neque* 1 *reflexit*, *neque quod partus inſtabat prope*,
Cui miſerae indigne per vim vitium obtulerat. So. *non intellego*
Satis, *quae* 2 *loquatur*. Can. *propius*, *obſecro*, *accedamus*, *Soſtrata*. Ge. 3 *ab*,
Me miſerum, *vix ſum compos animi*, *ita ardeo iracundia*.
Nihil eſt, *quod malim*, *quam totam* 4 *familiam dari mihi obviam*,
Ut iram hanc in eos evomam omnem, *dum* 5 *aegritudo haec eſt recens*:
Satis mihi 6 *id habeam ſupplicii*, *dum illos ulciſcar modo*.
7 *Seni* 8 *animam primum* 9 *extinguerem ipſi*, *qui illud produxit* 10 *ſcelus*:
Tum autem Syrum 11 *impulſorem*, *vah*, *quibus illum lacerarem modis*!
12 *Sublimem* 13 *medium arriperem*, 14 *capite primum in terrā ſtatuerem*,
Ut cerebro 15 *diſpergat viam*:
16 *Adoleſcenti ipſi oculos eriperem*, *poſt haec praecipitem darem*;
17 *Ceteros* 18 *ruerem*, 19 *agerem*, *raperem*, *tunderem*, & *proſternerem*.
Sed ceſſo hoc malo heram 20 *impertiri propere*? So. 21 *revocemus*. *Geta*. Ge. *hem*,
22 *Quiſquis es*, *ſine me*. So. *ego ſum Soſtrata*. Ge. *ubi ea eſt*? *te ipſam quaerito*:
Te expecto. *oppido opportune te obtuliſti mi obviam*,
Hera. So. *quid eſt*? *quid trepidas*? Ge. *hei mihi*. So. *quid feſtinas*, *mi Geta*?

Ani-

1 Revocavit, repreſſit, ne eam desereret. 2 Geta. 3 Sequitur ſecum Geta. 4 Demeam, Micionem, Aeſchinum &c. 5 Iracundia, & mentis perturbatio. 6 Hoc ſatis mihi eſſet de illis ſupplicium. 7 Demeae. 8 Anhelitum, ſeu ſpiritum. 9 Intercluderem, nempe, ſuffocarem. Metaphora ab igne. Fortaſſe poeta reſpexit ad illorum opinionem, qui putabant animam ignem eſſe, qui poſſet extingui. 10 Aeſchinum tam ſceleſtum. 11 Suaſorem ſceleris. 12 In altum ſublatum, ut gravius caderet. 13 Per medium corporis. *Medium arripere* eſt aliquem ſic tenere, ut nulla ratione ſeſe extricare poſſit. 14 Capite ad pavimentum converſo, pedibuſque in caelum verſis immitterem. & praecipitem eum darem. 15 Spargeret. 16 Aeſchino. 17 De familia Aeſchini. 18 Proruerem. *Ruere* hic habet activam ſignificationem, ſignificatque toto corporis niſu uti ad impellendum. 19 Perſequerer. 20 Participem facere. 21 Eum; nam Geta domum verſus ibat. 22 Prae iracundia heram non agnoſcit.

1 *Animam recipe.* Ge. 2 *prorſu'.* So. 3 *quid iſthuc prorſus ergo eſt?* Ge. 4 *periimus.*
5 *Actum eſt.* So. *eloquere obſecro te, quid ſit.* Ge. *jam.* So. 6 *quid, jam, Geta?*
Ge. *Aeſchinus.* So. *quid ergo* 7 *is?* Ge. 8 *alienu' eſt ab noſtra familia.* So. *hem,*
Perii. quare? Ge. *amare occepit aliam.* So. *vae miſerae mihi!*
Ge. *Neque id occulte* 9 *fert. a lenone ipſus eripuit palam.*
So. *Satin' hoc certum?* Ge. *certum. hiſce oculis egomet vidi, Soſtrata.* So. *ah,*
Me Miſeram! quid credas jam? aut cui credas? 10 *noſtrumne Aeſchinum,*
Noſtram vitam 11 *omnium, in quo noſtrae ſpes opeſque omnes ſitae erant,*
Qui ſine 12 *hac jurabat ſe unum nunquam victurum diem,*
Qui in ſui gremio poſiturum puerum dicebat patris, 13 *ita*
14 *Obſecraturum, ut liceret hanc uxorem ducere!*
Ge. *Hera, lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc rem opu', porro proſpice.*
Patiamurne, an 15 *narremus cuipiam?* Can. 16 *au, au mi homo,* 17 *ſanun' es?*
An hoc proferendum tibi uſquam eſſe videtur? Ge. *mihi quidem non placet.*
Jam primum, illum alieno animo a nobis eſſe, res ipſa indicat.
Nunc ſi hoc palam proferimus, ille 18 *inficias ibit, ſat ſcio;*
Tua fama, & gnatae vita in dubium veniet. tum, ſi maxume
Fateatur, cum amet aliam, non eſt utile hanc illi 19 *dari.*
Qua-

1 Anhelitum. Italice; *prendi fiato*. Ira perturbatus Geta anhelabat more feſtinantis.
2 Nimio anhelitu, nimiaque iracundia ſermonem non finit, unde poſtea ſubjungit *periimus*. Idem facit inferius, quando per intervalla dicit *jam Aeſchinus*.
3 Quid vis ſignificare hac voce *prorſus*? 4 Verba deſperantis ſunt.
5 Hoc dicitur proprie de lite, ubi jam lata ſententia eſt, ſed transfertur ad res alias, ubi nulla ſpes ſupereſt. Italice; *ſiamo ſpediti* 6 Nempe, dicito. 7 Fecit 8 Alienatus. 9 Facit.
10 Deeſt, verumne eſt *noſtrum Aeſchinum* &c. talia feciſſe! Eſt enim ecliptica oratio dolentibus apta.
11 Noſtrorum. 12 Filia mea Pamphila. 13 Deinde. 14 Patrem ſuum. 15 Hoc factum Aeſchini? 16 Interjectio indignantis. 17 Sanuſne, compos mentis? 18 Negabit, nempe, fidem ſe dediſſe ducendi Pamphilam. 19 Nuptui.

Id miſero reſtat mihi mali, 1 ſi 2 illum 3 poteſt,
Qui alicui rei 4 eſt, etiam eum ad nequitiem abducere.
Vbi ego 5 illum quaeram? credo 6 abductum in 7 ganeum
8 Aliquo. perſuaſit 9 ille impurus, ſat ſcio.
Sed eccum 10 ire Syrum video. 11 hinc 12 ſcibo jam, ubi 13 ſiet.
Atque hercle hic de 14 grege illo eſt: ſi me ſenſerit
15 Eum quaeritare, nunquam dicet 16 carnufex.
Non oſtendam id me velle. ——————

SCENA IV.

Commendatur Cteſipho, vituperatur Micio, & Aeſchinus, quod callide utrumque Syrus facit. Demea ficta narratione virtutum Cteſiphonis plurimum gaudet, & rus abigitur.

Syrus, Demea.

Sy. —————— *Omnem 17 rem modo 18 ſeni,*
Quo pacto 19 haberet, enarramus ordine.
20 Nil quidquam vidi 21 laetius. De. *pro Jupiter,*
22 Hominis ſtultitiam! Sy. *23 collaudavit filium:*
Mihi, qui id dediſſem conſilium, egit gratias.
De. *24 Diſrumpor.* Sy. *25 argentum adnumeravit illico:*
Dedit praeterea in ſumtum 26 dimidium minae:
Id 27 diſtributum ſane eſt ex 28 ſententia. De. *hem,*
29 Huic mandes, ſi quid recte curatum velis.

Q Sy.

1 Ordo eſt; *ſi poteſt abducere ad nequitiem etiam illum eum, qui eſt alicui rei.* 2 Cteſiphonem. 3 Aeſchinus. 4 Subaudi, utilis. 5 Cteſiphonem. 6 Eſſe. 7 Tabernam, vilem domum, ubi voluptati indulgent homines, ſic dictum ἀπὸ τῆς γῆς *terra*, quod hujuſmodi loca ſubterranea eſſent. 8 In aliquem locum. 9 Aeſchinus. 10 Venire. 11 Ex hoc. 12 Antique pro ſciam. 13 Sit Cteſipho. 14 Genere ſervorum, qui ad corrumpendos filios operam praebent. 15 Cteſiphonem. 16 Pro ſervo nequam, & ſcelerato ponitur. 17 Factū Aeſchini. Syrus tanquam non videns Demeam haec loquitur, at Demea ea audiens tacite ſua intermiſcet. 18 Micioni. 19 Factum Aeſchini ſe habuerit. 20 Neminem. Neutra oratio pro maſculina. 21 Laetiorem Micione poſt narrationem facti. 22 Micionis, qui laetatur de improbitate filii adoptivi. 23 Syrus, non videns Demeam proſequitur ſecum, quod inferius etiam facit. 24 Ira, atque dolore. 25 Quo erat opus ad ſatisfaciendum lenoni. 26 Quinque Philippeos. 27 Inter me, & alios ſervos Micionis. 28 Secundum votum noſtrum. 29 Syro. Ironice haec dicit.

Sy. 1 *Hem, Demea, haud aſpexeram te: quid agitur?*
De. *Quid agatur? voſtram nequeo mirari ſatis*
2 *Rationem.* Sy. 3 *eſt hercle inepta,* 4 *ne dicam dolo, atque*
Abſurda. 5 *piſces ceteros* 6 *purga, Dromo:*
Congrum iſtum maximum in aqua ſinito 7 *ludere*
Tantiſper. ubi ego rediero, 8 *exoſſabitur;*
Prius 9 *nolo.* De. *haeccine* 10 *flagitia!* Sy. *mihi quidem non placent:*
Et clamo ſaepe: 11 *ſalſamenta haec,* 12 *Stephanio,*
Fac 13 *macerentur pulcre.* De. *dii voſtram* 14 *fidem?*
15 *Vtrum ſtudione* 16 *id ſibi habet, an laudi putat*
Fore, ſi 17 *perdiderit gnatum? vae miſero mihi,*
Videre videor jam diem illum, cum hinc egens
18 *Profugiet aliquo* 19 *militatum.* Sy. *o Demea,*
Iſthuc eſt ſapere, non quod 20 *ante pedes modo eſt,*
Videre, ſed etiam illa, quae futura ſunt,
Proſpicere. De. *quid, iſthaec jam penes vos* 21 *pſaltria eſt?*
Sy. 22 *Ellam intus.* De. *eho, an domi eſt* 23 *habiturus?* Sy. *credo, ut eſt*
24 *Dementia.* De. *haeccine* 25 *fieri!* Sy. 26 *inepta lenitas*
Patris, & facilitas prava! De. *fratris me quidem*

Pu-

1 Fingit Syrus uſque adeo non vidiſſe Demeam, modo ad eum ſe convertit, eumque illudit.
2 Modum vivendi.
3 Nempe, noſtra ratio vivendi eſt inepta, & abſurda; ſtulta, ſcilicet, & ſibi repugnans. Inepta ad Aeſchinum, abſurda ad Micionem refertur. Conceſſio ut facilius derideat Demeam. 4 Ut ſine dolo, ſed vere loquar.
5 In contemptum Demeae Syrus abrumpit ſermonem, & ſe convertit ad Dromonem, alioſque conſervos, qui in culina erant, & eis mandat de piſcibus exenterandis, & diſquamandis.
6 Eviſcera. 7 Natare; moveri: Italice: *guizzare*. 8 *Exoſſare* hic eſt oſſa, ſeu ſpinas a piſcibus auferre. 9 Exoſſari antequam venero. 10 Subaudi, fieri par eſt? De Aeſchino loquitur. 11 Cibi ſalſi, ſeu carnes, aut piſces. Iterum convertit ſermonem ad conſervos, ut magis exaſperet Demeam. 12 Nomen ſervi.
13 Mollificentur, ut ſalem amittant. 14 Imploro. 15 *Utrumne ſtudio id ſibi habet*, ideſt ſtudioſe, data opera facit? Tmeſis. 16 Perdere filium ſuum. 17 Corruperit male educando. 18 Aeſchinus. 19 Paupertas olim militiae cauſſa fuit, & mercenaria militia antiquitus erat infamis.
20 Quae ſunt praeſentia, obvia.
21 Cantatrix, fidicina, a ψάλλω, *canto*. 22 Ecce illam, non oſtendit praeſentem, ſed ſignificat in domo eſſe. 23 An Micio eam pſaltriam eſt retenturus domi.
24 Tanta eſt dementia Micionis.
25 Subaudi, flagitia pariat! 26 Stulta indulgentia Micionis ad permittendum, pernicioſa ejus bonitas ad ignoſcendum Aeſchino, eſt cauſſa talium flagitiorum.

Pudet, pigetque. Sy. *nimium inter 1 vos, Demea, (ac*
Non, quia ades praeſens dico hoc) pernimium intereſt.
Tu, 2 quantus quantus, nihil niſi 3 ſapientia es:
Ille 4 ſomnium. ſineres vero 5 illum tu tuum
Facere haec! De. *ſinerem illum? aut non ſex totis menſibus*
Prius 6 olfeciſſem, quam ille quidquam 7 coeperet?
Sy. *Vigilantiam tuam tu mihi 8 narras?* De. *ſic 9 ſiet*
Modo, ut nunc eſt. Sy. *10 ut quiſque ſuum volt eſſe, ita eſt.*
De. *Quid eum? vidiſtin' hodie?* Sy. *11 tuumne filium?*
12 (Abigam hunc rus) jamdudum aliquid ruri agere arbitror.
De. *Sati' ſcis ibi eſſe?* Sy. *oh, quem egomet 13 produxi.*
De. *optume eſt.*
Metui, ne 14 haereret hic. Sy. *atque 15 iratum admodum.*
De. *16 Quid autem?* Sy. *17 adortus jurgio fratrem apud forum*
De 18 pſaltria iſthac. De. *ain' vero?* Sy. *vah, nil 19 reticuit:*
Nam, ut numerabatur forte argentum, 20 intervenit
Homo de improviſo: coepit clamare, Aeſchine,
Haeccine flagitia 21 facere te? haec te admittere
Indigna genere noſtro? De. *oh, lacrumo gaudio.*
Sy. *Non tu hoc argentum perdis, ſed 22 vitam tuam.*
De. *23 Salvos ſit: ſpero, eſt ſimilis majorum ſuûm.* Sy. *24 hui!*
De. *Syre, praeceptorum plenus 25 iſtorum 26 ille.* Sy. *27 phi!*

Q 2 *Do-*

1 Inter te, & Micionem. Ironica commendatio per comparationem. 2 Quantuſcumque, nempe, totus. 3 Ex omni parte ſapiens. 4 Vanus, inutilis, quale eſt ſomnium. 5 Filium Cteſiphonem. 6 Senſiſſem, deprehendiſſem. Metaphora a canibus ſagacibus, qui, quod nondum videtur oculis, odoratu aſſequuntur. 7 Antique pro inciperet. 8 Veluti dicat; quam vigilantiam maxime in educandis filiis ſingularem eſſe ſcio, & novi. 9 Cteſipho talis ſit ſemper, qualis nunc eſt. 10 Pro ut quiſque ſuum filium educatione formaverit, talem habebit.
11 Subaudi, interrogas an viderim? 12 Expellam, mittam Cteſiphonem in agrum ad opus aliquod exercendum. Haec averſus a Demea, & ſecum dicit.
13 Quem porro duxi, comitatus ſum, cum iret. 14 Maneret apud fratrem. 15 Subaudi, eum comitatus ſum, vel vidi. 16 Ob quid iratus? 17 Aggreſſus eſt jurgatione, nempe, objurgavit. 18 Cauſſa hujus pſaltriae. 19 Cteſipho nihil reticuit, celavit fratrem, ſed palam eum objurgavit.
20 Cteſipho praeter ſpem ſubito advenit. *Intervenire* eſt medio in negotio, quaſi ex inſidiis, ſupervenire. Ficta narratio ad commendationem Cteſiphonis, & invidiam Aeſchini. 21 Decet.
22 Quia crapula, & mala conſuetudine peribis, aut ad inopiam redigeris. 23 Salvus, ſuperſtes ſit Cteſipho. 24 Interjectio admirantis, quaſi admiretur quae narrat Demea. 25 De vita recte inſtituenda. 26 Cteſipho eſt. 27 Interjectio admirantis.

Domi 1 *habuit, unde diſceret.* De. 2 *ſit ſedulo:*
Nil 3 *praetermitto:* 4 *conſuefacio: denique*
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. Sy. 5 *recte ſane.* De. *hoc fugito.* Sy. 6 *callide.*
De. *Hoc* 7 *laudi eſt.* Sy. 8 *iſthaec res eſt.* De. *hoc vitio datur.*
Sy. *Probiſſume.* De. 9 *porro autem.* Sy. *non hercle otium eſt*
Nunc mihi auſcultandi. piſces ex 10 *ſententia*
Nactus ſum: hi mihi ne corrumpantur 11 *cautio eſt.*
Nam 12 *id nobis tam flagitium eſt* 13 *quam illa, Demea,*
Non facere vobis, quae modo dixti: &, 14 *quod queo,*
Conſervis ad eundem iſthunc praecipio 15 *modum.*
16 *Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt* 17 *parum:*
Illud 18 *recte,* 19 *iterum ſic* 20 *memento. ſedulo*
Moneo, quae poſſum pro mea 21 *ſapientia.*
Poſtremo, tanquam 22 *in ſpeculum, in patinas, Demea*
23 *Inſpicere jubeo, & moneo quid* 24 *facto* 25 *uſu' ſit.*
Inepta haec eſſe, nos quae facimus, ſentio.
Verum quid facias? 26 *ut homo eſt, ita morem geras.*
Nunquid 27 *vis?* De. *mentem vobis meliorem* 28 *dari.*
Sy. *Tu rus hinc abis?* De. *recta.* Sy. *nam quid tu hic agas,*
Ubi, ſi quid bene praecipias, nemo obtemperet?
De. *Ego vero hinc abeo, quando* 29 *is,* 30 *quamobrem huc veneram,*

Rus

1 Aliquem, ſeu te tanquam praeceptorem, & exemplum. 2 Docetur a me ſedulo Cteſipho.
3 Quod ei utile eſſe poſſit.
4 Eum in bonis moribus.
5 Scilicet, mones. 6 Nempe, facis. 7 Laudabile eſt. 8 Iſta eſt vera ratio formandi filios.
9 Praeterea. Initium eſt ulterioris orationis, quae tamen interrumpitur a Syro, qui ridicula jocatione Demeae illudit.
10 Quales optabam. 11 Cavendum eſt. 12 Si piſces corrumpantur. Ordo eſt; *nam id nobis eſt tam flagitium, quam vobis non facere illa, quae modo dixti.*
13 Quemadmodum vobis eſt flagitium, ſi non ſequamini ea inſtituta vitae, quae dixiſti.
14 Quantum. 15 Quem ex te audivi. Arguta imitatio ad deridendum Demeam omnium, quae ſerio ille ſupra dixerat. 16 Obſonium. Mimeſis verborum Syri ad conſervos. 17 Male conditum. 18 Eſt paratum. 19 Alia vice, alio tempore. 20 Sic facere. Dicit monere ſuos conſervos, ut Demea filium. 21 Condiendi cibos 22 Ridicule verba Demeae, quae ad animum retulerat, ad culinarum ſapientiam Syrus transfert. 23 Conſervos. 24 Fieri. 25 Opus. 26 Ut indoles eſt hominis, ſic illi morem gerere oportet 27 Aliud mihi dicere.
28 Volo. 29 Filius Cteſipho.
30 Ob quem.

Rus abiit. illum curo unum. ille ad me attinet.
1 quando ita volt frater, de 2 iſthoc ipſe 3 viderit.
Sed quis illic eſt, quem video procul? eſtne hic Hegio
4 Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, hercle is eſt. vah,
Homo amicu' nobis jam inde a puero. dii boni,
5 Nae 6 illiuſmodi jam magna nobis civium
Penuria eſt. 7 antiqua homo virtute ac fide.
Haud 8 cito mali quid ortum ex hoc ſit publice.
Quam gaudeo, ubi etiam hujus 9 generis reliquias
Reſtare video. vah, vivere etiam nunc lubet.
Opperiar hominem hic, ut ſalutem, & conloquar.

SCENA V.

Hegio Demeam hortatur, ut fidem ducendae Pamphilae datam, Aeſchinus ſervet.

Hegio, Geta, Demea, Pamphila. *(poſt ſcenam.*

Heg. *PRo dii immortales, 10 facinus indignum! Geta,*
Quid narras! Ge. *ſic eſt 11 factum.* Heg. *ex illan' 12 familia*
Tam 13 illiberale facinus 14 eſſe ortum! o Aeſchine,
Pol haud 15 paternum iſthuc 16 dediſti. De. *17 videlicet*
De pſaltria hac audivit: id illi nunc dolet
18 Alieno: 19 pater 20 is nihili 21 pendit. hei mihi!
Vtinam hic prope 22 adeſſet alicubi, atque audiret haec.

Heg.

1 Quoniam. 2 Aeſchino. 3 Illi curae ſit Formula alieno arbitrio rem permittentis per diſſimulationem 4 De tribu noſtra. Populus Athenienſis diſtributus erat in tribus, quae primo quatuor, mox decem, poſtea duodecim, tandem tredecim fuerunt. 5 Certe. 6 Talium, qualis eſt Hegio. 7 Antiqui mores exiſtimabantur boni, & probati juxta illud Ciceronis: *antiquitas proxime ad deos accedit* 8 Haud facile ex hoc Hegione aliquid mali ortum eſt in Rempublicam. 9 Naturae, talium hominum. 10 Quod Aeſchinus pro pſaltria minime ducere vellet Pamphilam. Ita enim falſo putabant Hegio, & Geta. 11 Vt narravi. 12 Demeae. 13 Inhoneſtum, libero homine indignum. 14 Miror 15 Subaudi, facinus. 16 Feciſti, nempe haud perperaſti hoc facinus ad exemplum Demeae, non hoc ex illius moribus hauſiſti. 17 Demea in remotiori theatri parte, nondum ab Hegione, & Geta agnitus, audiens illos ingemiſcere putat eam cauſſam eſſe, quod audierint Aeſchini factum de pſaltria, & haec ſecum loquitur. 18 Non affini. 19 Micio. 20 Ipſe. 21 Facinus Aeſchini. 22 Micio.

Digitized by Google

Heg. *Ni* 1 *faciant quae illos* 2 *aequom eſt, haud ſic* 3 *auferent.*
Ge. *In te ſpes omnis, Hegio, nobis ſita eſt:*
Te ſolum habemus: tu es patronus, tu 4 *parens:*
Ille tibi moriens nos commendavit 5 *ſenex.*
Si deſeris tu, periimus. Heg. *cave* 6 *dixeris:*
Nec faciam, neque me ſatis pie 7 *poſſe arbitror.*
De. 8 *Adibo. ſalvere Hegionem plurimum*
Jubeo. Heg. *oh, te quaerebam ipſum. ſalve, Demea.*
De. 9 *Quid autem?* Heg. *major filius tuus Aeſchinus,*
Quem fratri adoptandum dediſti, neque boni,
Neque 10 *liberalis functus* 11 *officium viri eſt.*
De. *Quid* 12 *iſthuc?* Heg. *noſtrum amicum noras Simulum, atque*
13 *Aequalem?* De. 14 *quid ni?* Heg. *filiam ejus virginem*
15 *Decepit.* De. *hem!* Heg. *mane, nondum audiſti, Demea,*
Quod eſt graviſſimum. De. *an quid eſt etiam amplius?*
Heg. *Vero amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo modo eſt:*
Venit 16 *ipſus ultro, lacrumans, orans, obſecrans,*
Fidem dans, jurans ſe illam ducturum domum.
Ille 17 *bonus vir* 18 *nobis pſaltriam, ſi* 19 *diis placet,*
Paravit, 20 *quicum vivat,* 21 *illam deſerit.*
De. *Pro certon' tu iſthaec dicis?* Heg. *mater virginis*
22 *In medio eſt, ipſa virgo,* 23 *res ipſa: hic Geta*
Praeterea, ut 24 *captus eſt ſervorum,* 25 *non malus,*
26 *Neque iners,* 27 *alit illas, ſolus omnem familiam*
Suſtentat. hunc 28 *abduce,* 29 *vinci: quaere* 30 *rem.*
Ge. *Imo hercle* 31 *extorque, niſi ita factum eſt, Demea.*
Poſtremo non 32 *negabit, coram ipſum* 33 *cedo.* De.

1 Parentes Aeſchini, & Aeſchinus. 2 Oportet facere. 3 Ferent impune eorum crimen. 4 Tanquam parens. 5 Simulus pater Pamphilae, & maritus Soſtratae. 6 Scilicet, me vos eſse deſerturum. 7 Facere id, nempe, vos deſerere. 8 Ad Hegionem. Nondum enim Hegio viderat Demeam. 9 Ob quid autem me quaerebas? 10 Honeſti. 11 *Officio*. Archaiſmus. 12 Eſt, quod dicis? 13 Coaetaneum. 14 Cur non noverim eũ, cũ fuerit mihi amiciſſimus? 15 Aeſchinus. 16 Ipſe Aeſchinus. 17 Ironia. 18 In noſtrum dedecus. 19 Latina locutio, cum indignamur, & ironice loquimur, quia, quod neque bonum, neque aequum eſt, diis non placet. 20 Cum qua. 21 Pamphilam. 22 Latina locutio pro nota eſt, in media urbe verſatur, a quovis adiri poteſt. 23 In medio eſt, per ſe loquitur. 24 Quantum capacitas, conditio. 25 Fidelis. 26 Solers, induſtrius. 27 Quaerendo pro illis victum. 28 Duc tecum in domum, ſeu aliquem locum. 29 Liga eum. 30 Veritatem facti. 31 Veritatem tormentis. 32 Aeſchinus. 33 Dic, nempe, jube Aeſchinum venire, & dic illi, ſi commiſit tale facinus.

De. *Pudet: nec, quid agam, neque quid* 1 *huic reſpondeam.*
Scio. Par. *miſeram me,* 2 *differor doloribus.*
Iuno 3 *lucina fer opem, ſerva me, obſecro.* Heg. *hem!*
Numnam illa, quaeſo, parturit? Ge. *certe, Hegio.* Heg. *hem!*
4 *illaec* 5 *fidem nunc voſtram implorat, Demea.*
Quod vos 6 *jus cogit, id* 7 *voluntate impetret.*
8 *Haec primum ut fiant, deos quaeſo, ut* 9 *vobis decet:*
Sin aliter 10 *animus voſter eſt, ego, Demea,*
Summa vi defendam 11 *hanc atque* 12 *illum mortuum.*
13 *Cognatus mihi erat: una a pueris parvoli*
Sumus 14 *educti: una ſemper militiae, &* 15 *domi*
Fuimus: paupertatem una pertulimus gravem.
Quapropter nitar. faciam, 16 *experiar, denique*
17 *Animam relinquam potius quam illas deſeram.*
Quid mihi reſpondes? De. *fratrem conveniam, Hegio:*
Is quod mi de hac re dederit conſilium, id ſequar.
Heg. *Sed, Demea, hoc tu facito cum animo cogites.*
18 *Quam vos* 19 *facillime* 20 *agitis, quam eſtis maxume*
Potentes, 21 *dites, fortunati, nobiles,*
Tam maxume vos aequo animo aequa noſcere
Oportet, ſi vos voltis 22 *perhibere probos.*
De. 23 *Redito: fient, quae fieri aequom eſt, omnia.*
Heg. *Decet te facere. Geta, duc me intro ad Soſtratam.*
De. *Non me* 24 *indicente* 25 *haec fiunt: utinam hoc ſit modo*
26 *Defunctum. verum nimia illaec* 27 *licentia*
Profecto 28 *evadet in aliquod magnum malum.*
Ibo, requiram fratrem, ut in eum 29 *haec evomam.*

1 Hegioni. 2 Diſcrucior 3 Diana, quae nitis lucem praebes. Haec invocabatur a parturientibus, quibus praeſidebat. 4 Pamphila. 5 Auxilium. 6 Aequitas legum cogit vos facere. 7 Vobis volentibus. 8 Ordo eſt, *primum quaeſo*, nempe rogo. *deos. ut fiant haec, ut vobis decet* 9 Helleniſmus. 10 Veſtra ſententia; opinio, ſi aliter vultis, ut haec fiant. 11 Pamphilam. 12 Patrem ejus Simulum mortuum. 13 De cognatione mea. 14 Educati. 15 In urbe, tempore pacis. 16 Lite, nempe, cauſſam agam in judicio. 17 Vitam. 18 Quantum. 19 Commode, laute. 20 Scilicet, vitam. *Facile agere vitam* dicuntur divites, qui facile in rerum copia vivunt. 21 Divites. 22 Haberi. 23 Ad me. Hegio enim ſubiratus, quod Demea nihil aliud illi reſpondiſſet, niſi ſe fratrem inventurum, terga vertebat, itaque Demea eum revocat, & prolixius pollicetur. 24 Hortante, praecipiente. 25 Flagitia Aeſchini 26 Ultimum ſit, finitum ſit in hoc negotio. Verbum *defungi* hic impersonaliter uſurpatur. 27 Quae a Micione Aeſchino datur. 28 Erumpet. 29 Aeſchini facta

SCENA VI.

Soſtratam Hegio ſolatur.

Hegio.

Heg. BOno animo fac ſis, Soſtrata, & 1 iſtam, quam potes,
Fac conſolere. ego Micionem, ſi apud forum eſt,
Conveniam, atque, ut res geſta eſt, narrabo ordine.
Si 2 eſt ut 3 facturus officium ſiet ſuum,
Faciat: ſin aliter de 4 hac re ejus ſententia eſt,
Reſpondeat mî, ut, quid agam, quamprimum ſciam.

ACTVS QVARTVS

SCENA I.

Dum Syrus, Cteſiphonem ſollicitum quid patri reſponſurus ſit, pulcre docet, Demea ſupervenit.

Cteſipho, Syrus.

Cte. 5 A*In' 6 patrem hinc abiiſſe rus?* Sy. *jam 7 dudum.* Cte. *dic 8 ſodes.* Sy. *apud*
Villam eſt. nunc eum maxume 9 operis aliquid facere credo. Cte. 10 *utinam quidem.*
11 *Quod cum 12 ſalute eju' fiat, ita ſe defatigarit velim,*
Ut 13 triduo hoc perpetuo e lecto prorſus nequeat ſurgere.
Sy. *Ita fiat, & 14 iſthoc, ſi quid potis eſt, rectius.* Ct. 15 *ita: nam hunc diem*
16 *Miſere nimis 17 perpetuum, ut coepi, cupio in laetitia degere:*

Et

1 Pamphilam: 2 Talis Micio. 3 Vt velit facere, quod decet. 4 De Pamphila domum ducenda. 5 Ais, ne, certum ne eſt? 6 Demeam. 7 Abiit. 8 Si audes; ſi vis. Vox blandientis, & deprecantis ſimul. 9 Laboris ruſticani. 10 Scilicet, ſit ita. 11 Ordo eſt; *ita velim ſe defatigarit, ut nequeat prorſus hoc perpetuo triduo ſurgere e lecto, quod cum ſalute ejus fiat.* 12 Quod defatigari fiat ſalva valetudine vitae Demeae, nempe, ne moriatur ex illa defatigatione. 13 Per hos tres integros dies. 14 Fiat, etiam ſi quid melius iſta re illi poſſit evenire: iis verbis vel longiorem morbum, vel, ut alii putant, mortem Demeae precatur, quaſi utiliorem Cteſiphoni, quam laborem, & morbum. 15 Opto, vel fiat. 16 Vehementer. 17 Integrum.

Et illud 1 *rus nulla alia cauſſa tam* 2 *male odi, niſi quia* 3 *prope eſt.*

Quod ſi abeſſet longius,

Prius nox 4 *oppreſſiſſet illic, quam huc revorti poſſet iterum.*

Nunc, ubi me illic non videbit, jam 5 *huc recurret,* 6 *ſat ſcio:*

Rogitabit me, ubi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die.

Quid dicam? Sy. 7 *nihilne in mentem?* Cte. 8 *nunquam* 9 *quidquam.* Sy. *tanto* 10 *nequior.*

11 *Cliens, amicus,* 12 *hoſpes, nemo* 13 *eſt vobis?* Cte. 14 *ſunt. quid poſtea?*

15 *Hiſce opera ut data ſit.* Cte. 16 *quae non data ſit? non poteſt* 17 *fieri.* Sy. *poteſt.*

Cte. 18 *Interdiu: ſed ſi hic pernocto* 19 *cauſſae quid dicam, Sire?*

Sy. *Vah, quam vellem etiam noctu amicis* 20 *operam mos eſſet dari!*

Quin tu 21 *otioſus es: ego* 22 *illius* 23 *ſenſum pulcre calleo.*

Cum 24 *fervit maxume, tam placidum quam ovem reddo.* Cte. *quomodo?*

Sy. *Laudarier te audit libenter.* 25 *facio te, apud illum, Deum:*

Virtutes narro. Cte. *meas?* Sy. *tuas. homini illico lacrumae cadunt,*

Quaſi puero, 26 *gaudio.* 27 *hem tibi* 28 *autem.* Cte. *quidnam eſt?* Sy. 29 *lupus in fabula.*

Cte.

1 Villam ſuburbanam Demeae. 2 Valde. 3 Urbem. 4 Occupaſſet Demeam. 5 In Urbem me quaeſiturus. 6 Certo. 7 Subaudi, venit tibi dicendum Patri? 8 Non. 9 Venit mihi in mentem. 10 Tardior, ſtupidior quod nihil tibi veniat in mentem. Italice, *tanto da poco.* 11 Defendendus, patrocinandus: 12 Tibi excipiendus. Graeci opulentiores maxime ſibi laudi dabant hoſpites excipere, ut narrat Vitruvius. 13 In Urbe. 14 Clientes, amici &c. quid vis inferre? 15 Senſus eſt; dic patri roganti ubi fueris, illis operam dediſſe; aliquem laborem pro illis in urbe ſuſcepiſſe, aliquod beneficium illis praeſtitiſſe; vide nequitiam iniqui ſervi, ut adoleſcenti mentiendi viam demonſtret. 16 Opera 17 Dici datam eſſe. 18 Subaudi, poſſet hoc a me dici, nempe, per diem operam illis dediſſe. 19 Excuſationis. 20 Inſervire. 21 Tranquillus, ſine metu eſto. 22 Demeae. 23 Animum, indolem. 24 Iraſcitur. 25 Laudibus ſummis te ad caelum extollo inſtar Dei cujuſdam. 26 Prae gaudio. 27 Interjectio admonentis de inopinato adventu patris. 28 Subaudi, adeſt. 29 Adeſt is, de quo loquimur; hic fabul pro a

Cte. *Pater adeſt?* Sy. *ipſu' ſt.* Cte. *Syre, quid agimus?*
Sy. *fuge modo intro: ego 1 videro.*

Cte. *Si quid 2 rogabit, 3 nuſquam tu me: audiſtin'?* Sy. *4 potin' ut 5 deſinas?*

SCENA II.

Demea dum fratrem, & filium quaerit, a Syro callido commento eluditur, & procul in extremam urbem abigitur.

Demea, Cteſipho, Syrus.

De. *NAe ego homo ſum infelix, primum fratrem nuſquam invenio 6 gentium:*
Praeterea autem, dum illum quaero, 7 a villa mercenarium
Vidi: is filium negat eſſe rure; nec, 8 quid agam, ſcio.
Cte. *Syre.* Sy. *Quid ais?* Cte. *men' quaerit?* Sy. *9 verum.*
Cte. *perii.* Sy. *10 quin tu animo bono es.*
De. *11 Quid 12 hoc, 13 malum, infelicitatis! nequeo ſatis 14 decernere:*
Niſi me credo huic eſſe natum rei, 15 ferundis miſeriis.
Primus ſentio mala noſtra: primus 16 reſciſco omnia:
Primus porro 17 obnuntio, aegre ſolus, ſi quid fit, fero.
Sy. *Rideo hunc: 18 primum ait ſe ſcire: is ſolus 19 neſcit omnia.*
De.

pro ſermone ponitur, & eſt proverbium, & inditio ſilentii, quoties forte advenit is, de quo erat ſermo, & cogit abrumpere ſermonem, & obmuteſcere eos, qui de ipſo non ita commode loquebantur, quaſi ſi lupus illos prior vidiſſet; lupus enim ſi videat aliquem prior dicitur illi vocem eripere juxta illud Virgilii. *Vox quoque Moerin, Jam fugit ipſa: lupi Moerin videre priores.* 1 Videbo, conſulam quid facto ſit opus. 2 De me. 3 Vidiſſe dices. 4 Poteſne? 5 Loqui. 6 Pleonaſmus Genitivus hic elegantiae cauſſa additur. 7 Venientem de villa operarium mercede conductum. 8 An fratrem Micionem, an filium Cteſiphonem magis quaeram. 9 Utique. 10 Haec Cteſipho, & Syrus inter ſe ſubmiſſa voce loquuntur. 11 Demea ſolus, nondum viſo Syro, pergit ſecum. 12 Quae eſt haec infelicitas! 13 Poſitum eſt pro interjectione iraſcentis, & imprecantis. Italice: *in malora* 14 Dijudicare qualis ſim. 15 Nempe, ad tolerandas miſerias. 16 *Reſciſcere* eſt proprie factum aliquod occultum, inſperatumque cognoſcere. 17 Mala, quae evenerunt, aliis nuncio. Obnunciat, qui malam rem nunciat, abnunciat, qui bonam; & Augures proprie dicuntur obnunciare cum aliquid mali ominis viderint. 18 In accuſandi caſu eſt. 19 Nam Micio, Syrus, Cteſipho, & Aeſchinus ſciebant quomodo res ſe ſe haberet, minime vero Demea. Hoc Syrus dicit Cteſiphoni.

De. *Nunc* 1 *redeo : ſi forte frater redierit*, 2 *viſo* . Ct. *Syre*,
Obſecro, vide ne ille huc prorſus ſe 3 *irruat* . Sy. *etiam*
4 *taces?*
Ego 5 *cavebo* . Cte. *nunquam hercle hodie ego* 6 *iſthuc* 7 *committam tibi:*
Nam me jam in cellam aliquam concludam; id tutiſſimum eſt.
Sy. 8 *Age, tamen ego hunc amovebo*. De. *ſed eccum ſceleratum Syrum*.
Sy. 9 *Non hercle hic quidem* 10 *durare quiſquam*, 11 *ſi ſic fit, poteſt*.
Scire equidem volo, quot mihi ſint domini. quae haec eſt miſeria? De. *quid*
Ille 12 *gannit? quid volt? quid ais*, 13 *bone vir? hem, eſt frater domi?*
Sy. 14 *Quid*, 15 *malum, bone vir, mihi narras? equidem* 16 *perii*. De. *quid tibi eſt?*
Sy. *Rogitas? Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam*
17 *Uſque occidit*. De. *hem, quid narras?* Sy. *hem, vide ut* 18 *diſcidit labrum*.
De. *Quamobrem?* Sy. *me impulſore* 19 *hanc emtam eſſe ait*. De. *non tu eum rus hinc* 20 *modo*
21 *Produxe ajebas?* Sy. 22 *factum. verum poſt* 23 *venit inſaniens:*

1 *Nil*

1 Ad domum fratris Micionis. 2 Venio ad videndum. Haec ſecum Demea, quae tamen cum audiſſet Cteſipho, obſecrat Syrum. ne permittat, ut pater ingrediatur domum, ubi ipſe eſt. 3 Irrumpat: neutrum verbum quaſi activum poſuit.
4 Antique pro tace. 5 Ne pater tuus ingrediatur domum.
6 Scilicet, negotium, curam cavendi, ne huc intro pater ſe inferat. 7 Tuae curae, tuae aſtutiae; ſenſus eſt: non credo tuae pollicitationi de amovendo patre, adeoque me ſecurum non prius exiſtimabo, quam donec in cellam aliquam me concluſero. 8 Fac ut libet. 9 Fingit Syrus neque vidiſſe, neque audiviſſe Demeam, & ſtatim commentum invenit, ut eludat ſenem; fingit ſe eſſe verberatum a Cteſiphone. 10 Diu manere in domo Micionis. 11 Si res ita geritur, nempe, ſi ſervi tam male multantur. 12 Muſſitat, conqueritur. Metaphora a vulpibus querentibus, quarum proprium eſt *gannire*. 13 Nempe; improbiſſime. Ironia. 14 Quid contumeliae cauſſa nominas me virum bonum, quaſi non ſatis afflictus ſim verberibus acceptis a Cteſiphone? Vel ſimpliciter repetit eadem Demeae verba: tu *bone vir*. 15 Interjectio dolentis, & imprecantis ut ſupra. 16 Prae nimiis verberibus. 17 Pene interfecit, vel valde contudit.
18 Diſrupit, fregit. 19 Pſaltriam.
20 Paulo ante. 21 Produxiſſe te proſequutum eſſe eum rus euntem. 22 Factum eſt, nempe, duxi eum. 23 In urbem. Callida inventio iniqui ſervi.

Digitized by Google

1 *Nil pepercit*. 2 *non puduiſſe verberare hominem ſenem* ;
Quem ego 3 *modo puerum* 4 *tantillum in manibus geſtavi meis?*

De. 5 *Laudo*, *Cteſipho*, 6 *patriſſas* : 7 *abi*, *virum te judico*.

Sy. *Laudas?* *nae ille continebit poſthac*, *ſi ſapiet*, *manus*.

De. 8 *Fortiter*. Sy. 9 *per quam*, *qui miſeram mulierem & me ſervolum*,
Qui 10 *referire non audebam*, *vicit*. 11 *hui*, *perfortiter!*

De. *Non potuit* 12 *melius*. *idem quod ego ſenſit*, *te eſſe huic* 13 *rei* 14 *caput*.
Sed eſtne frater 15 *intus?* Sy. *non eſt*. De. *ubi illum quaeram cogito*.

Sy. *Scio ubi ſit*, *verum hodie nunquam monſtrabo*. De. *hem*, *quid ais?* Sy. 16 *ita*.

De. 17 *Diminuetur tibi quidem jam cerebrum*. Sy. *at nomen neſcio*
Illius 18 *hominis*, *ſed locum novi ubi ſit*. De. *dic ergo locum*.

Sy. 19 *Noſtin' porticum apud macellum hanc* 20 *deorſum?*
De. *quidni noverim?*

Sy. 21 *Praeterito hac recta platea ſurſum*. *ubi eo veneris*,
22 *Clivos* 23 *deorſum* 24 *vorſus eſt*, 25 *hac* 26 *praecipitato*. *poſtea*

Eſt

1 Nullatenus ſe abſtinuit à verberibus. 2 Non oportuit Cteſiphonem puduiſſe verberare me hominem &c? 3 Paulo ante. 4 Tam exiguum, puerulum; & dicendo *tantillum* oſtendit ei manu menſuram, qua erat cum a ſe geſtaretur 5 Te o Cteſipho. 6 Patrios mores refers, patrem imitaris 7 Euge. 8 Nempe, fecit te caedendo. 9 Scilicet, per quam fortiter, ſtrenue fecit. Ironia 10 Repercutere percutientem. 11 Interjectio deridentis 12 Fieri a Cteſiphone. 13 Raptioni pſaltriae. 14 Auctorem. 15 Domi. 16 Scilicet me non eſſe tibi moſtraturum fratrem tuum. 17 Baculo hoc in minutas partes confringetur, & hic baculum ſuſtuliſſe videtur Demea. 18 Puta, fabri, aut opificis, apud quem eſt Micio. 19 Noviſti ne? Perplexa loci deſcriptio, qua deludat ſenem. 20 Quae porticus eſt in via paulum declivi. 21 Ito praeter hanc porticum ſic, ut rectà aſcendas ſurſum per plateam, ideſt ut partem vici, & plateae ſuperiorem teneas, non alteram declivem. 22 Clivus, parvus collis, & facilis. 23 Ad inferiorem partem vergens. 24 Verſus; haec praepoſitio loco accuſativi conjungitur cum adverbio *deorſum*. 25 Per hunc clivum. 26 Deſcende praeceps, vel praecipitem te dato Haec vox *praecipitato* ambigua hic ponitur a ſervo irato in inviſum, & odioſum Demeam.

Eſt ad hanc 1 *manum ſacellum : ibi* 2 *angiportum* 3 *propter eſt.*
De. *Quonam?* Sy. *illic, ubi etiam* 4 *caprificu' magna eſt.*
De. *novi.* Sy 5 *hac pergito.*
De. *Id quidem angiportum non eſt* 6 *pervium.* Sy. *verum hercle.* 7 *vah,*
8 *Cenſen' hominem me eſſe?* 9 *erravi. in porticum rurſum redi:*
Sane hac multo 10 *propius ibis, & minor eſt erratio.*
11 *Scin' Cratini hujus* 12 *ditis aedes?* De. *ſcio.* Sy. *ubi eas praeterieris,*
Ad 13 *ſiniſtram hac recta platea: ubi ad* 14 *Dianae veneris,*
Ito ad dextram: priuſquam ad 15 *portam venias, apud ipſum* 16 *lacum*
Eſt 17 *piſtrilla, &* 18 *exadvorſum eſt* 19 *fabrica: ibi* 20 *eſt.*
De. *quid ibi facit?*
Sy. 21 *lectulos* 22 *in ſole* 23 *ilignis pedibus faciundos dedit.*
De. 24 *Ubi potetis vos?* 25 *bene ſane. ſed ceſſo ad eum pergere?*
Sy.

1 An laeva, vel dextra ſit, geſtu indicat. 2 Anguſta via ab angendo dicta, quod propter ejus anguſtiam nihil duci poſſit in portus, nempe in domos, domos enim antiqui portus appellabant. 3 Prope.
4 Ficus ſilveſtris nunquam maturos fructus habens, ſic dicta, quod loca in quibus naſcitur penetrando carpet. 5 Via
6 Ea anguſta via non eſt facilis ut tranſeatur, quia caret exitu. Italice; *non ha riuſcita*. 7 Interjectio irridentis ſe ipſum quod erraverit. 8 Cenſeſne? Senſus eſt. non cenſes me eſſe hominem, adeoque errori obnoxium eſſe more hominum? Quaſi dicat. humanum eſt errare. Donatus vero vult iſtud *cenſes ne* negantis eſſe, nempe putaſne me eſſe hominem? certe non ſum, niſi corpore, parum ingenioſus, & intelligens, ideo facile erravi. 9 De angiporto. Callide Syrus mendacium, ſimulando errorem, palliat, nam ſimulavit neſcire illud angiportum non eſſe pervium, cum tamen id ſciret, ſed ita dixit, ut ludos faceret ſeni, quem ut hominem ruſticum id neſcire putabat Syrus. 10 Multo brevius iter conficies quam ſuperius tibi monſtravi 11 Sciſne? 12 Divitis. 13 Perge. 14 Scilicet, templum. 15 Urbis. 16 Aquae receptaculum, lavatorium. Varro docet portis civitatis additum ſemper lacum ad uſum jumentorum introeuntium, & exeuntium, atque ut adverſus hoſtilem ignem portis de proximo ſubveniretur. 17 Exiguum piſtrinum, diminutivum a *piſtrina* pro piſtrino Veteres enim *piſtrina* pro piſtrinum dicebant; & eſt officina, in qua pinſitur, ideſt, teritur frumentum trutarili mola. 18 Ex oppoſito. 19 Officina fabri lignarii. 20 Micio. 21 Ordo eſt: *dedit lectulos faciundos pedibus ilignis in ſole*. 22 Quibus lectulis in menſa accumbatur in aprico. Veteres enim, vel in ſole, vel ſub dio, vel in umbra pro anni tempeſtate convivia agitabant. 23 Habentes pedes, ſeu fulcra ex ilice arbore facta. 24 In quibus. 25 Scilicet, facit Micio. Ironia.

Sy. *I ſane, ego te 1 exercebo hodie, ut dignus es, 2 ſili-
cernium.*

3 Aeſchinus 4 odioſe 5 ceſſat: prandium 6 corrumpitur:
Cteſipho autem in amore eſt totus. ego jam proſpiciam mihi.
*Nam jam 7 adibo, atque 8 unum quodque, quod quidem
erit 9 belliſſimum,*
*10 Carpam, & cyathos 11 ſorbillans, paulatim hunc 12 pro-
ducam diem.*

SCENA III.

Rogat Micionem Hegio, ut Soſtratam adeat, eamque conſoletur; annuit Micio.

Micio, Hegio.

Mi. *EGo in hac 13 re nihil reperio, quam ob rem lauder
tantopere, Hegio.*
*Meum 14 officium facio. quod peccatum a 15 nobis ortum
eſt, 16 corrigo.*
*17 Niſi ſi in illo me credidiſti eſſe hominum numero, qui
ita putant,*
*Sibi fieri injuriam, 18 ultro ſi, 19 quam fecere ipſi, 20 ex-
poſtulant,*
Et ultro accuſant. 21 id quia non eſt a me factum agi' gratias?

He.

1 Vexabo. 2 O ſenex decrepite. Hoc averſus, & tacitus dicit. *Silicernium* erat epulū funebre, quod in exequiis celebrabatur. Senex dicitur *Silicernium*, quod cum brevi moriturus ſit, ejus cauſa etiam brevi ſilicernium futurum ſit; vel, ut volunt nonnulli, quia brevi ſilentibus, hoc eſt mortuis, cernendus ſit, vel denique quia ſilicem, hoc eſt ſarcofagum, & tumulum cernit.
3 Haec ſolus dicit Syrus.
4 Cum moleſtia, incommode.
5 Cunctatur. 6 Propter moram Aeſchini. 7 Ibo ad locum, ubi paratum eſt prandium.
8 Ex opſoniis. 9 Optimum, delicatiſſimum. 10 Eligam.
11 Pocula alia ex aliis leniter ſorbens, hauriens. Etruſci dicunt: *bere a centellini.* 12 Finiam.
13 In conjugio, nempe, Aeſchini, & Pamphilae, quod etiam ego ratum & validum dico, & volo. 14 Quod patrem decet.
15 A noſtra familia, nempe, Aeſchino filio meo adoptivo. 16 Adprobando hoc conjugium.
17 Ordo eſt: *niſi ſi credidiſti eſſe me in illo numero hominum, qui putant ita, fieri ſibi injuriam, ſi quam fecere ipſi, & ultro expoſtulant, & ultro accuſant.* 18 Non laceſſiti, priores. 19 Aliquam injuriam. 20 Conqueruntur.
21 Quia tecum non conqueſtus ſum, neque te accuſavi more hominum iniquorum.

He. *Ah*, 1 *minime, nunquam te* 2 *aliter*, 3 *atque es, in animum induxi meum.*

Sed quaeſo, ut una mecum ad 4 *matrem* 5 *virginis eas, Mitio,*

Atque iſthaec eadem, quae mihi dixti, tute dicas 6 *mulieri:*

7 *Suſpicionem hanc propter fratrem ejus eſſe, & illam pſaltriam.*

Mi. *Si ita aequom cenſes, aut, ſi ita opus eſt* 8 *facto, eamus.* **He.** *bene facis:*

Nam & 9 *illi animum jam rellevabis, quae dolore, ac miſeria*

Tabeſcit: & tu officio fueris functus. ſed ſi aliter putas,

Egomet narrabo quae mihi dixti. **Mi.** *imo ego ibo.* **He.** *bene facis:*

Omnes, quibu' res ſunt 10 *minu' ſecundae,* 11 *magi' ſunt neſcio quo modo*

12 *Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:*

Propter ſuam 13 *impotentiam ſe ſemper credunt* 14 *neglegi.*

Quapropter te ipſum 15 *purgare* 16 *ipſi coram,* 17 *placabilius eſt.*

Mi. *Et recte & verum dicis.* **He.** *ſequere me ergo* 18 *hac intro.* **Mi.** 19 *maxume.*

SCENA IV.

Aeſchinus dolet vehementer in ſuſpicionem veniſſe apud Soſtratam, quaſi Pamphilam deſerere voluerit.

Aeſchinus.

Ae. Diſcrucior 20 *animi. hoccine de improviſo* 21 *mali mihi objici*

Tan-

1 Ob id te laudo, atque tibi ago gratias. 2 Alium te eſſe. 3 Quam. 4 Soſtratam. 5 Pamphilae. 6 Soſtratae. 7 Ordo eſt: *ſuſpicionem hanc*, quam habent Soſtrata, & Pamphila, quod Aeſchinus ducere velit fidicinam, *eſſe propter fratrem* Cteſiphonem, & *illam pſaltriam* eſſe propter eumdem fratrem. 8 Fieri. 9 Soſtratae, aut Pamphilae. 10 Minus proſpere, ſcilicet, qui ſunt inopes, & tenuiores fortunae. 11 Magis quam alii homines. 12 De malo aliquo illis futuro. 13 Inopiam aut infortunium. 14 Contemni a fortunatis 15 Excuſare. 16 Soſtratae. 17 Accomodatius ad eam placandam. 18 In domum Soſtratae. 19 Libentiſſime te ſequor. 20 Pro animo: graeca conſtructio, nempe, crucior doloribus, & curis in animo meo. 21 Malum de quo queritur eſt, quod ipſe in ſuſpicionem venerit apud Soſtratam, quaſi Pamphilam deſerere voluerit.

Tantum, ut neque quid de me faciam, neque quid agam, certum ſiet?
Membra 1 *metu* 2 *debilia ſunt: animus timore obſtupuit: pectore*
3 *Conſiſtere nihil conſilii quicquam poteſt. Vah, quo modo*
Me ex hac 4 *turba expediam? tanta nunc* 5 *ſuſpicio de me incidit;*
6 *Neque ea immerito. Soſtrata credit,* 7 *mihi me emiſſe hanc pſaltriam:*
8 *Anus* 9 *indicium id fecit mihi.*
Nam ut 10 *hinc forte* 11 *ea ad* 12 *obſtetricem miſſa erat, ubi eam vidi, illico*
Accedo, rogito, Pamphila quid agat, jam partus 13 *adſiet:*
14 *Eone obſtetricem arceſſat. illa exclamat, abi, abi jam, Aeſchine,*
Satis diu 15 *dediſti verba, ſat* 16 *adhuc tua nos fruſtrata eſt fides.*
Hem, quid 17 *iſthuc, obſecro, inquam, eſt?* 18 *valeas, habeas* 19 *illam quae placet.*
Senſi illico 20 *id illas ſuſpicari: ſed me repreſſi tamen,*
Ne quid de fratre 21 *garrulae illi dicerem, ac fieret palam.*
Nunc quid faciam? dicamne fratris eſſe hanc? quod minime eſt opus
Uſquam 22 *efferri. age,* 23 *mitto, fieri potis eſt, uti* 24 *ne qua* 25 *exeat.*

1 Ipſum

1 Patris. 2 Metus enim eſt cauſſa, cur ſanguis ad cor ſe recipiens exteriora membra ſuo vigore deſtituat. 3 Inveniri, reſidere, ſeu certum eſſe, ac deliberatum. 4 Turbatione. 5 Mala opinio apud Pamphilam, & Soſtratam. 6 Nempe, ſuſpicio incidit. 7 Pro me ſcilicet, ut eam ducam in uxorem 8 Cui nomen Canthara, vetula Soſtratae ancilla, cui Soſtrata dixerat ſuperius, *curre, obſtetricem arcerſe*. 9 Indicavit mihi Soſtraram hoc ſuſpicari. 10 E domo Soſtratae. 11 Anus. 12 Nempe, accerſendam. 13 Immineat, inſtet. 14 Ideo ne, quia, nempe, partus imminet. 15 Decepiſti nos verbis. *Dare verba* eſt fallere, promiſſis non ſtare. 16 Huc uſque. 17 Iſta tua reſponſio, ſcilicet, quo tendit, quid ſibi vult? 18 Abeas, Aeſchine, reſpondit anus. 19 Pſaltriam 20 Scilicet, me velle ducere pſaltriam. Soſtratam, & Pamphilam ſuſpicari. 21 Loquaci, verboſae, quae ſilentium ſervare nequit. 22 Divulgari, palam fieri. 23 Omitto conſilium indicandi fratrem. 24 Ne aliqua ratione, aliqua via. 25 Exeat in lucem, divulgetur.

1 Ipſum id metuo uti 2 credant : tot concurrunt 3 veriſimilia .
Egomet rapui : ipſe egomet ſolvi 4 argentum : ad me adducta eſt domum .
Haec 5 adeo mea culpa fateor fieri . non me 6 hanc rem Patri , 7 ut ut
Erat geſta , 8 indicaſſe ? 9 exoraſſem ut 10 eam ducerem domum .
11 Ceſſatum eſt uſque adhuc . nunc porro , 12 Aeſchine , 13 expergiſcere .
Nunc 14 hoc primum eſt . ad 15 illas ibo , ut 16 purgem me , accedam ad 17 fores .
Perii , horreſco ſemper, ubi fores 18 pultare haſce occipio miſer .
Heus , heus , Aeſchinus ego ſum ; aperite 19 aliquis 20 actutum oſtium .
21 Prodit neſcio quis . concedam huc . ———

SCENA V.

Miro commento Micio oſtendit Aeſchino nupturam Pamphilam alio viro . Angitur Aeſchinus , & aperit Micioni ſuam , quam hactenus eum celarat , datam fidem Pamphilae . Tandem amoto ludo Micio filii animum gaudio explet ejus nuptias adprobando .

Micio , Aeſchinus .

Mi. ——— *Ita uti 22 dixi , Soſtrata ,*
23 Facite: ego Aeſchinum conveniam , ut quo modo acta 24 haec ſunt , ſciat .

R *Sed*

1 Nempe , pſaltriam non eſſe fratris . 2 Soſtrata , & Pamphila . 3 Scilicet, argumenta , ut pſaltria credatur rapta pro me . 4 Lenoni pro pſaltria . 5 Certe . 6 Fidem , quam Pamphilae dedi eam ducendi . 7 Utcumque ea res eſſet facta , ſive bene , ſive male . 8 Nempe, oportuit, decebat ? 9 Patrem . 10 Pamphilam. Uxores ducebantur ad virorum domum cum facibus , & pompa . 11 Nempe , a me , hoc eſt , cunctatus ſum rem omnem aperire Micioni . 12 Apoſtrophe ad ſe ipſum . 13 Excita te ipſum , neque amplius otioſus eſto. *Expergiſci* per metaphoram ſignificat res ſuas diligenter curare . 14 A me faciendum primo loco . 15 Soſtratam , & Pamphilam . 16 Excuſem, nempe , liberem me hac ſuſpicione apud illas , ſecreto tamen . 17 Domus Soſtratae . 18 Pulſare, percutere . 19 *Aliquis* vim pluralem habet , quia non eſt aliquis , niſi de multis . *Donatus* . 20 Cito , confeſtim . 21 Exit veniens ad aperiendas fores . 22 Multa intus Micio dixerat Soſtratae , nunc egrediens de domo illius jubet , vel ut ea & Pamphila bono animo ſint, vel adornent nuptias . 23 Tu , & filia . 24 De quibus Micio , & Soſtrata ſimul convenerunt , nempe , de futuris nuptiis Aeſchini .

Sed quis oſtium hoc 1 *pultavit?* Ae. *pater hercle eſt. perii.*
Mi. *Aeſchine.*
Ac. *Quid huic hic negoti eſt?* Mi. *tune has* 2 *pepuliſti fores? tacet.*
Cur hunc aliquantiſper non 3 *ludo?* 4 *melius eſt:*
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſe voluit 5 *credere.*
Nil mihi reſpondes? Ae. *non equidem* 6 *iſtas, quod ſciam.*
Mi. 7 *Ita? nam mirabar quid hic negoti eſſet tibi.*
8 *Erubuit:* 9 *ſalva res eſt.* Ae. *dic ſodes, pater,*
Tibi vero quid 10 *iſthic eſt rei?* Mi. *nihil mihi quidem.*
Amicus quidam me a foro abduxit modo
Huc 11 *advocatum ſibi.* Ae. *quid?* Mi. *ego dicam tibi.*
12 *Habitant hic quaedam mulieres pauperculae:*
Opinor eas non noſſe te, & certe ſcio:
Neque enim diu 13 *huc commigrarunt.* Ae. *quid tum poſtea?*
Mi. *Virgo eſt cum matre.* Ae. *perge.* Mi. *haec virgo orba eſt patre:*
Hic meus amicus illi genere eſt proxumus:
Huic 14 *leges cogunt nubere hanc.* Ae. *perii!* Mi. 15 *quid eſt?*
Ae. 16 *Nil,* 17 *recte, perge.* Mi. 18 *is* 19 *venit, ut ſecum* 20 *avehat:*
Nam habitat 21 *Mileti.* Ae. *hem,* 22 *virginem ut ſecum avehat?*

Mi. *Sic*

1 Pulſavit. Vide quae dixi Act. 2. ſcen. 3. v. 11. 2 Pulſaſti. 3 Illudo aliquo faceto commento, inani timore percello. 4 Ut eum illudam, quam dimittam. 5 Mihi confidere, ſecreto aperire. Haec ſecum dicit Micio, & poſtea ſe ad Aeſchinum convertit. 6 Subaudi, percuſſi fores. 7 Eſt ne ita, nempe, te non pulſaſſe fores? 8 Aeſchinus. 9 Nam rubor in adoleſcentibus eſt indicium verecundiae, & virtutis, ac ſignum eos nondum depoſuiſſe pudorem. Haec ſecum dicit ſenex. 10 Apud Soſtratam. 11 Mediatorem, interceſſorem pro ſe. 12 Deluſurus filium Micio, ratiunculam de abducenda per cognatum Pamphila, comminiſcitur, in qua veriſimilia immiſcens ſummo metu percellit filium. 13 Athenas. 14 Lex erat Athenis a Solone lata, ut virginem orbam parentibus duceret is, qui eſſet illi proximus genere, aut ei dotem daret. 15 Quid tibi mali eſt, ut periiſſe te dicas. 16 Scilicet, mali eſt. 17 Bene eſt, ne dum male mihi ſit. Sic reſpondet patri, ne ex auditis dolere videatur. 18 Amicus. 19 Athenas. 20 Virginem. 21 Urbis Joniae, vel Cariae in ora maris Aegaei. 22 Scilicet, dicis eum veniſſe.

Mi. *Sic eſt*. Ae. *Miletum uſque*, 1 *obſecro?* Mi. *ita*. Ae. 2 *animo male eſt*.
Quid 3 *ipſae? quid ajunt?* Mi. *Quid illas* 4 *cenſes? nihil enim*.
5 *Commenta mater eſt, eſſe ex alio viro*
Neſcio quo puerum natum, neque eum nominat,
6 *Priorem eſſe illum, non oportere* 7 *huic dari*.
Ae. *Eho, nonne* 8 *haec juſta tibi videntur poſtea?*
Mi. *Non*. Ae. 9 *obſecro, non? an illam hinc* 10 *abducet, pater?*
Mi. *Quidni illam abducat?* Ae. 11 *factum a vobis duriter*,
Immiſericorditerque, atque etiam, ſi eſt, pater,
Dicendum magis aperte, 12 *inliberaliter*.
Mi. *Quam ob rem?* Ae. *rogas me? quid illi tandem creditis*
Fore animi miſero, 13 *qui illi conſuevit prius*,
(Qui infelix, haud ſcio, an illam miſere nunc amat,)
Cum hanc ſibi videbit 14 *praeſens praeſenti eripi*,
Abduci ab oculis? facinus indignum, pater!
Mi. *Qua ratione* 15 *iſthuc? quis* 16 *deſpondit? quis* 17 *dedit?*
18 *Cui, quando nupſit?* 19 *auctor his rebus quis eſt?*
Cur 20 *duxit* 21 *alienam?* Ae. *an* 22 *ſedere oportuit*
Domi virginem tam 23 *grandem*, 24 *dum* 25 *cognatus* 26 *hinc*
27 *Illinc veniret expectantem? haec, mi pater*,
Te dicere aequom fuit, & id defendere.

1 Mirantis, & interrogantis eſt. 2 Diſcrucior, linquor animo ob ſermonem patris. Hoc ſecum dicit, ne a patre audiatur. 3 Mulieres, Soſtrata, & Pamphila. 4 Nempe, dicere. 5 Excogitavit, finxit hanc fabulam. 6 Eſſe praeferendum ad nuptias Pamphilae. 7 Amico meo Mileſio, & illis genere proximo. 8 Quae dicit Soſtrata. 9 Quomodo non? 10 Amicus tuus. 11 Scilicet, eſt in hac cauſſa. 12 Injuſte, libero viro indigne. 13 Qui illam convenire, inviſere conſuevit. 14 Adjuvant ſignificationem haec ex abundanti addita. 15 Dicis? 16 Promiſit adoleſcenti, quem tu defendis, illam virginem. Hoc loco Micio perſtringit Aeſchinum, qui ſine patris conſenſu, ſe nuptiis illaqueaverat. 17 Eam huic adoleſcenti. 18 Quando data eſt nuptui huic? 19 Quis eſt auctor, qui praefuit his rebus, nempe nuptiis. 20 Is adoleſcens. 21 Eam, quae illi non erat deſponſata, cum is adoleſcens non eſſet genere proximus, ſive cognatus illius virginis, quae ideo debebatur matrimonio alterius. 22 Non nubere. *Sedere* proprie dicitur de virginibus, quae cum conditionem non reperiunt ut nubant, domi otioſe ſedere coguntur. 23 Tantae aetatis, nubilem. 24 Donec. 25 Aliquis de ejus cognatione. 26 Athenas. 27 Mileto.

Mi. *Ridicule, advorſumne* 1 *illum* 2 *cauſſam dicerem,*
Cui veneram advocatus? ſed quid, Aeſchine,
3 *Noſtra? aut* 4 *quid nobis cum illis? abeamus. quid eſt?*
Quid lacrumas? Ae. *pater, obſecro? auſculta.* Mi. *Aeſchine, audivi* 5 *omnia,*
Et ſcio: nam amo te: 6 *quo magis, quae agi', curae ſunt mihi.*
Ae. *Ita velim me* 7 *promerentem ames, dum vivas, mi pater,*
Ut me hoc 8 *delictum* 9 *admiſiſſe in me id mihi vehementer dolet,*
10 *Et me tui pudet.* Mi. *credo hercle: nam* 11 *ingenium novi tuum*
Liberale: ſed vereor ne 12 *indiligens nimium ſies.*
13 *In qua civitate tandem te arbitrare vivere?*
Numquid 14 *circumſpexti? aut numquid tute* 15 *proſpexti tibi,*
Quid 16 *ſieret,* 17 *qua fieret? ſi te ipſum mihi puduit dicere,*
18 *Qua reſciſcerem?* 19 *haec dum dubitas, menſes abierunt decem.*
20 ***Prodidiſti*** *& te, & illam miſeram, &* 21 *gnatum,* 22 *quod quidem in te fuit.*
Quid? credebas, 23 *dormienti* 24 *haec tibi* 25 *confecturos deos?*
Nolim ceterarum rerum te ſocordem 26 *eodem modo.*
Bono animo es, duces uxorem hanc. Ae. *hem!* Mi. *bono animo es, inquam.* Ae. *pater,*
Obſecro, num ludis tu nunc me? Mi. *ego te? quamobrem?* Ae. *neſcio:*

Ni-

1 Amicum. 2 Nove, & metaphorice dictum, cum ſit hoc proprie rei, & defenſoris.
3 Subaudi, hoc refert? 4 Negotii eſt. 5 Nempe, de tuis nuptiis. Victus pietate ſenex non patitur loqui filium, ne confeſſione ſui criminis torqueatur.
6 Quapropter, nempe, quia amo te. 7 Merentem amari, recte agentem. 8 Te inſcio velle ducere uxorem. 9 Committendo recepiſſe in me. 10 Subaudi, ita me ames, ut pudore afficior, quod ego meo delicto te offendi, & ſim tibi cauſſa pudoris.
11 Naturam, indolem tuam bonam, & honeſtam. 12 In tuae vitae ratione. 13 Quaſi dicat; neſciebas Athenis vivere, ubi legibus vivitur? 14 Circumſpexiſti, conſideraſti quid mali, periculi, remedii eſſet in ea re?
15 Proſpexiſti? 16 A te? 17 Qua ratione, quomodo? 18 Per quos, qua via, & ratione tuum peccatum ab alio quopiam acciperem, & cognoſcerem? 19 Scilicet, de his, hoc eſt, dum non audes haec mihi dicere, & dubitas quid agas.
20 Decepiſti, in periculum adduxiſti. 21 Natum ex ea infantem.
22 Quantum. 23 Tibi ceſſanti, & nullum capienti conſilium.
24 Tua mala. 25 Curaturos.
26 Ac fuiſti in hoc negotio.

Niſi quia tam 1 miſere 2 hoc eſſe cupio verum, 3 eo 4 ve-
reôr magis. (*abi.*
Mi. *Abi domum, ac deos comprecare, 5 ut uxorem arceſſas:*
Ae. *Quid? jamne 6 uxorem?* Mi. *jam.* Ae. *jam?* Mi. *jam*
7 quantum poteſt. Ae. *di me, pater,*
Omnes oderint, ni magis te quam 8 oculos nunc amo meos.
Mi. *9 Quid? 10 quam illam?* Ae. *11 aeque.* Mi. *12 perbeni-*
gne. Ae. *Quid? ille ubi eſt 13 Mileſius?*
Mi. *Abiit, 14 periit, 15 navem aſcendit. ſed cur 16 ceſſas?*
Ae. *abi, pater:*
Tu potius deos comprecare: nam tibi eos certe ſcio,
Quo vir melior multo es quam ego ſum, obtemperaturos magis.
Mi. *Ego eo intro, ut, quae opu' ſunt, parentur. fac tu,*
ut dixi, ſi ſapis.
Ae. *17 Quid hoc negoti? hoc eſt 18 patrem eſſe, aut hoc eſt*
19 filium eſſe?
Si frater aut ſodalis eſſet, 20 qui magi' morem gereret?
21 Hic non amandus? hiccine non 22 geſtandus in ſinu eſt? hem!
Itaque adeo magnam mi injecit ſua 23 commoditate curam,
Ne forte 24 imprudens faciam, quod 25 nolit, ſciens 26 cavebo.
Sed ceſſo ire 27 intro, ne morae meis nuptiis egomet ſim?

SCENA VI.

Demea fatigatus curſitando per urbem ut fratrem quaereret, queritur de Syro, quod non aperte ſatis monſtravit locum, ubi frater eſſet, unde domum Micionis redit, ut eum expectet.

1 Vehementer. 2 Has nuptias. 3 Ideo. 4 Ne me ludas. 5 Deorum ope ſis felix in hoc conjugio. 6 Ducam Pamphilam? 7 Citiſſime fieri poteſt. 8 Phraſis, quae de cariſſimis, quos unice fovere cupimus, dicitur, cum oculorum ſenſus nobis cariſſimus ſit. 9 Dicis. 10 Nempe, amas me magis quam Pamphilam? 11 Ac illam te amo. 12 Scilicet, loqueris. 13 Amicus tuus, qui a Milero venerat, ut Pamphilam duceret? 14 Evanuit, quid illo factum fuerit, ignoratur; atque ita rem a ſe fictam fuiſſe Aeſchino indicat. 15 Qua veheretur Miletum. 16 Ire ad cōprecandos deos. 17 Quid hoc ſibi vult, quod pater tanta in me utatur benignitate? 18 Uti auctoritate, & ſeveritate patris? 19 Uti filiali timore in parentem tam benignum? 20 Quomodo. 21 Talis pater. 22 Immodico favore amplectendus? Proverbium natum a φιλοστοργίᾳ matrum in liberos infantes. 23 Benignitate, & clementia. 24 Per imprudentiam. 25 Nempe, pater me facere. 26 Facere quod pater nolit. 27 In domum meam.

Demea.

De. DEfeſſus ſum 1 ambulando. 2 ut, Syre, te cum tua
3 Monſtratione magnus perdat Jupiter.
4 Perreptavi uſque omne oppidum, ad portam, ad 5 lacum,
6 Quo non? neque 7 fabrica ulla erat, neque fratrem homo
Vidiſſe ajebat quiſquam. nunc vero 8 domi
9 Certum 10 obſidere eſt, uſque donec 11 redierit.

SCENA VII.

Furit Demea ob Aeſchini flagitia; Micio fratrem mira prorſus lenitate conatur placare.

Micio, Demea.

Mi. 12 IBo, 13 illis dicam nullam eſſe in 14 nobis 15 moram.
De. Sed eccum ipſum. te jamdudum quaero, Micio.
Mi. 16 Quidnam? De. fero alia flagitia ad te ingentia
17 Boni illius 18 adoleſcentis. Mi. 19 ecce autem. De. 20 nova,
21 Capitalia. Mi. 22 ohe, 23 jam. De. ah, neſcis qui 24 vir
ſiet. Mi. ſcio.
De. O ſtulte, tu de pſaltria me ſomnias
Agere. hoc peccatum in virginem eſt civem. Mi. ſcio.
De. Ohe, ſcis, & patere? Mi. quidni patiar? De. dic mihi,
Non clamas? non 25 inſanis? Mi. non. 26 malim quidem.

De.

1 Ob quaerendum fratrem Micionem. Anhelans haec omnia ſecum dicit. 2 Utinam: imprecantis eſt. 3 Scilicet doloſa, & falſiſſima. Monſtraverat enim; ſive indicaverat Syrus Demeae ſuperius in ſcena 2. locum, ſed falſo tamen, ubi eſſet Micio. 4 Lento inceſſu ambulavi: Aptum quidem verbum ad tarditatem ſenilem in gradiendo exprimendam. 5 Quae loca monſtraverat illi Syrus. 6 Subaudi, perreptavi? 7 Officina fabri lignari ad quam ſupra Syrus amandarat Demeam. 8 In domo fratris. 9 Decrevi, conſtitutum eſt. 10 Perſtare, ſedere velut in obſidione, & excubiis. 11 Micio, quem domi eſſe ignorabat. 12 Haec dicit intus Micio de domo ſua egrediens. 13 Soſtratae, & filiae. 14 In me, & Aeſchino. 15 Quominus celebrentur nuptiae Aeſchini cum Pamphila. 16 Propter quid autem me quaerebas. 17 Peſſimi. Ironia. 18 Aeſchini. 19 Subaudi, de more incipit litigare, queri. 20 Apoſiopeſis: ſcilicet, fero flagitia. 21 Capitis poena punienda. 22 Interjectio exclamantis, quae ſatietatem uſque ad faſtidium deſignat, & jubet ſermoni fieri finem. 23 Subaudi, ſatis dixiſti, deſine. 24 Ironia, quam flagitioſus, nam vir ad laudem ſumi ſolet. 25 Prae indignatione. 26 Scilicet, hoc peccatum Aeſchini non factum eſſe, ſed quando quod factum eſt infectum eſſe non poteſt, illud fero eaquo animo.

De. *Puer natus eſt*. Mi. *dii bene* 1 *vortant*. De. 2 *virgo*
nihil 3 *habet*.
Mi. *Audivi*. De. *& ducenda indotata eſt?* Mi. 4 *ſcilicet*.
De. *Quid nunc futurum eſt?* Mi. *id* 5 *enim quod res ipſa*
6 *fert*:
7 *Illinc* 8 *huc transferetur virgo*. De. *o Jupiter!*
Iſthoccine pacto 9 *oportet?* Mi. *quid faciam amplius?*
De. *Quid facias? ſi non* 10 *ipſa re tibi dolet*,
11 *Simulare certe eſt hominis*. Mi. *quin iam virginem*
12 *Deſpondi: res compoſita eſt: fiunt nuptiae*.
13 *Dempſi metum omnem. haec magis ſunt hominis*. De. *ceterum*,
Placet tibi factum, Micio? Mi. *non, ſi queam*
14 *Mutare: nunc, cum non queo, aequo animo fero*.
Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas 15 *teſſeris*:
Si illud, quod maxume opus eſt 16 *jactu, non cadit*,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
De. 17 *Correctar! nempe tua* 18 *arte viginti minae*
Pro pſaltria 19 *periere: quae*, 20 *quantum poteſt*,
Aliquo 21 *abjicienda eſt*; 22 *ſi non pretio, gratiis*.

1 Vertant, nempe, bene feliciterque eveniat. 2 Pamphila. 3 Quod det pro dote. 4 Utique. Adverte lenitatem Micionis in reſpondendo fratri iraſcenti. 5 Certe. 6 Monet, poſtulat eſſe faciendum. 7 E domo matris Soſtratae. 8 In aedes meas. 9 Subaudi, fieri nuptias tali pacto, nempe, ſine dote? 10 Propter ipſius rei, nempe, criminis gravitatem. 11 Dolorem. 12 Filio meo Aeſchino. 13 Quia hae nuptiae fiunt mea voluntate. 14 Nempe, infectas reddere has nuptias. 15 Teſſera eſt luſorium inſtrumentum conſtans ſex lateribus ex omni parte aequalibus, in quibus deſcripti ſunt numeri, ita dictum quia ex omnibus partibus eſt quadrilaterum. Graeci *cubum* nominant: Italice *i dadi*. Differt teſſera a talo; nam talus ſex quidem latera habebat, ſed quatuor tantum in uſu ludentium erant, quia duo ita erant incurva, ut illis talus vix poſſet conſiſtere. 16 In ludo teſſerarum. Senſus eſt hujus pulcherrimae ſententiae ex Platone deſumtae: vita hominum eſt ut ludus teſſerarum; quemadmodū in jactu teſſerarum, ſi non cadit illud, quod maxime opus eſt, neceſſe eſt, ut corrigas arte id, quod forte cecidit; ſic in vita humana ſi non accidit id quod cupis, neceſſe eſt ut conſilio, & induſtria emendes id quod evenit. 17 Inſignis corrector, & emendator es tu! Hoc ironice ridendo dicit. 18 Tuo conſilio. 19 Quia fruſtra emta eſt, cum Aeſchinus aliam ducat; nondum ſciebat Demea pſaltriā pro Cteſiphone eſſe. 20 Quam celerrime fieri poteſt. 21 Ejicienda, amandanda. 22 Si haec pſaltria non vendita pretio, quo conſtitit, ſaltem gratuito, erit a te ejicienda.

Mi. *Neque* 1 *eſt; neque illam ſane ſtudeo vendere.*
De. *Quid igitur facies?* Mi. *domi erit.* De. *pro divûm fidem,*
Pſaltria, & 2 mater familias una in domo?
Mi. *Cur non?* De. 3 *ſanun' te credis eſſe?* Mi. *equidem arbitror.*
De. *Ita me dii ament, ut video ego tuam ineptiam,*
4 *Facturum credo, ut habeas quicum cantites.*
Mi. *Cur non?* De. *&* 5 *nova nupta eadem* 6 *haec diſcet?*
Mi. 7 *ſcilicet.*
De. *Tu inter* 8 *eas* 9 *reſtim ductans ſaltabis.* Mi. 10 *probe:*
11 *Et tu nobiſcum una, ſi opus ſit.* De. *hei mihi!*
Non te 12 *haec pudent?* Mi. *iam vero omitte, Demea,*
Tuam iſthanc iracundiam, atque ita, uti decet,
Hilarum, ac lubentem fac te gnati in nuptiis.
Ego 13 *hos conveniam, poſt huc redeo.* De. *o Jupiter!*
14 *Hanccine vitam! hoſcine mores! hanc dementiam!*
Uxor ſine dote veniet: 15 *intus pſaltria eſt:*
16 *Domu' ſumtuoſa:* 17 *adoleſcens luxu perditus:*
18 *Senex delirans: ipſa, ſi cupiat,* 19 *ſalus*
Servare prorſus non poteſt hanc familiam.

ACTVS

1 A me aliquo amandanda. 2 Pamplila mulier pudica, & honeſto juncta conjugio. 3 Sanae mentis? 4 Hoc, nempe, te illam pſaltriam domi ſervaturum. 5 Pamphila. 6 Quae canet pſaltria. 7 Certe. 8 Mulieres. 9 Tu princeps, & moderator in choreis funem ducens ſaltabis, & alii te praeeuntem, eodem fune apprehenſo, in girum ſequentur. *Reſtim ductare* dicitur, cum qui ſaltant, vel nexibus manibus, vel fune conſerti in orbem ſaltant; natum hoc ludi genus, vult Donatus, ab eo fune, quo equus ligneus a Graecis fabricatus in Trojana moenia introductus eſt. Hic animadverte, quod Demea cum, conviciis, ſupra expoſitis, non potuerit Micionem ad iracundiam concitare, ſalibus acerbioribus, & jocis modo adoritur, ſed Micio ſemper mitis apparet.
10 Nempe, dicis. 11 Saltabis.
12 Harum rerum te pudet? *Pudens* perſonale eſt a *pudeo*, haberque accuſativum. 13 Aeſchinum, Soſtratam, Pamphilam.
14 Talem ne vitam decet!
15 In domo Micionis. 16 Homines de familia omnia conſumunt, immoderate ſumtus faciunt.
17 Aeſchinus. 18 Micio. 19 Dea ſanitatis praeſes, cui templum dicatum Romae erat, quod a Fabio Pictore pictum fuit A.V. 450. exuſtumque eſt Claudii principatu.

ACTVS QVINTVS

SCENA I.

Syrus bene potus, ac pranſus e domo Aeſchini prodit. Hunc Demea ob temulentiam impetit, & objurgat.

Syrus, Demea

Sy. *A Edepol*, 1 *Syriſce*, *te* 2 *curaſti molliter*,
Lauteque munus adminiſtraſti 3 *tuum*.
4 *Abi*. *ſed poſtquam intus ſum omnium rerum* 5 *ſatur*,
6 *Prodeambulare* 7 *huc libitum eſt*. De. *illud* 8 *ſis vide*
9 *Exemplum diſciplinae*. Sy. *ecce autem hic adeſt*
Senex noſter. *quid ſit? quid tu es triſtis?* De. *oh ſcelus!*
Sy. *Ohe*, *jam tu* 10 *verba fundes hic* 11 *ſapientia?*
De. *Tun'?* *ſi* 12 *meus eſſes*. Sy. 13 *dis quidem eſſes*, *Demea*,
Ac tuam 14 *rem* 15 *conſtabiliſſes*. De. 16 *exemplum omnibus*
Curarem ut eſſes. Sy. *quamobrem? quid feci?* De. *rogas?*
In ipſa 17 *turba*, *atque in* 18 *peccato maxumo*,
Quod vix ſedatum ſatis eſt, *potaſtis*, *ſcelus:*
Quaſi re bene geſta. Sy. *ſane nollem huc* 19 *exitum*.

SCENA II.

Demea Cteſiphonem appellari audiens a Dromone, vi domum Micionis ingreditur, ac potantem Cteſiphonem offendit.

1 Se ipſum alloquitur diminutiva ſui nominis voce, more blandientium ſibi. 2 Tractaſti. 3 In edendo quidquid eſſet lautum, & cyatos ſorbillando; vel munus ſervile intelligit, & tunc erit ironia, nam pro eo bene potaverat. 4 Vox ſibi blandientis, quaſi dicat: bene eſt, gratulor. 5 Ciborum. Italice, *ſon pieno a crepa pelle*. 6 Longius expatiari, longe deambulare. 7 Ante fores. 8 Si vis, ſi placet. 9 Syrum, qui tanquam ſenex deberet eſſe exemplum diſciplinae, temperantiae, & modeſtiae ceteris conſervis. Ironia. Haec ſecum dicit Demea. 10 Sententias. 11 Ac ſi eſſes ipſa ſapientia. Nam Syrus ſuperius dixerat illi, *tu quantus quantus nihil niſi ſapientia*. 12 Servus. Sermonem non finit, quod poſtea facit, nam Syrus ebrius ſtatim illi reſpondet. 13 Dives. 14 Familiarem. 15 Florentem in perpetuum reddidiſſes. 16 Aliis ſervis, ne inebriarentur. Finit Demea ſermonẽ, quem inceperat. 17 Turbatione. 18 Raptione pſaltriae. 19 Exiviſſe ad deambulandum ante fores, nam a Demea non objurgatus fuiſſem: *exitum* eſt impersonale vocis paſſivae.

Digitized by Google

Dromo, Syrus, Demea.

Dr. *Heus, Syre, rogat te Cteſipho ut* 1 *redeat*. Sy. 2 *abi*.
De. *Quid Cteſiphonem hic* 3 *narrat*? Sy. 4 *nihil*.
De. *eho*, 5 *carnufex*,
Eſt Cteſipho 6 *intus*? Sy. *non eſt*. De. *cur* 7 *hic nominat*?
Sy. *Eſt alius* 8 *quidam* 9 *paraſitaſter parvolus*:
10 *Noſtin*? De. *jam* 11 *ſcibo*. Sy. *quid agis*? *quo abis*?
De. 12 *mitte me*.
Sy. 13 *Noli*, *inquam*. De. *non* 14 *manum abſtines*, 15 *maſtigia*?
An tibi jam mavis cerebrum 16 *diſpergam hic*? Sy 17 *abit*.
Aedepol 18 *comiſſatorem* 19 *haud ſane commodum*,
Praeſertim Cteſiphoni. *quid ego nunc agam*?
Niſi, *dum hae* 20 *ſileſcunt* 21 *turbae*, *interea in angulum*
Aliquo abeam, *atque* 22 *edormiſcam hoc* 23 *villi*. *ſic agam*.

SCENA III.

Micio rediens e domo Soſtratae deprehendit in foribus domus ſuae Demeam, qui cum intus comeſſantem Cteſiphonem vidiſſet, amens, & impos animi foras egrediebatur, unde Micionem jurgio adoritur, ut liberorum corruptelam; ſed ab iſto tandem placatur.

Mi.

1 In domum. 2 In malam crucem. Hoc ſecreto dicit, ne audiatur a Demea, indignatus; quod per imprudentiam nominaſſet Cteſiphonem coram patre. 3 Nominat. 4 Dromo dicit de Cteſiphone. 5 Tortor, qui improbitate tua me crucias, & decipis. Ita Syrum vocat per contemptum, & indignationem. 6 In domo Micionis. 7 Dromo ſervus. 8 Ejuſdem, nempe, nominis. 9 Imitator paraſitorum. Hi dicebantur, qui alienas menſas conſectabantur, & idcirco multa indigna faciebant, & ferebant. Hoc fingit Syrus, ut celaret Cteſiphonem Demeae. 10 Noſcis ne illum tali nomine? 11 Sciam ſi meus Cteſipho ſit intus, necne. Talia dum dicit conatur domum Micionis ingredi. 12 Nam Syrus eum impediebat, ne ingrederetur. 13 Nempe, ingredi. 14 Syrus ut teneret Demeam manus illi injecerat. 15 Serve nequam verberibus digne. *Maſtigia* dicitur ſervus, qui aut flagris caeditur, aut certe iiſdem caedi dignus eſt a μάστιξ, *flagellum*. 16 Frangam hoc baculo. 17 Mihi e manibus evaſit; ingreſſus eſt domum. 18 Convivam, compotorem, ſcilicet habebunt ii, qui in domo Micionis modo potant. 19 Ingratum, importunum. 20 Pacantur. 21 Turbationes, tumultus quos erit facturus Demea. 22 Dormiendo decoquam, digeram crapulam. 23 Paululum vini, quod bibi nimium. Diminutivum a *vinum*, & pro vulgari, & malo vino ponitur.

Micio, Demea.

Mi. 1 *Parata a nobis ſunt, ut dixi, Soſtrata,*
2 Vbi vis. quiſnam 3 a me pepulit tam graviter fores?
De. 4 *Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem! aut querar?*
O caelum, o terra, o maria Neptuni! Mi. 5 *hem tibi,*
Reſcivit omnem 6 rem: 7 id nunc clamat: ilicet,
8 Paratae lites: 9 ſuccurrendum eſt. De. *eccum 10 adeſt*
Communis corruptela 11 noſtrûm liberûm.
Mi. *Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.*
De. *Repreſſi, redii, mitto maledicta omnia:*
Rem ipſam 12 putemus. 13 dictum hoc inter nos fuit,
Ex te 14 adeo eſt 15 ortum, ne tu curares 16 meum,
Neve ego 17 tuum? reſponde. Mi. *factum eſt, non nego.*
De. *Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?*
Cur emis 18 uxorem, Micio? nam 19 qui minus
Mihi idem jus aequum eſt eſſe, quod mecum eſt tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
Mi. *Non aequom dicis, non: nam vetus 20 verbum hoc quidem eſt,*
21 Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.

De.

1 Scilicet, omnia pro nuptiis. 2 Quando voles fient nuptiae. Sermonem non finit, quia talia cum diceret audit magno ſtrepitu pulſari fores domus ſuae, videtque exeuntem foras Demeam cum furore. 3 Exiens a domo mea. Vide Act. 2. Sce. 3. verſ. 11. 4 Sic exclamat Demea, quod in domo Micionis Cteſiphonem filium deprehendiſſet. 5 Ecce Demeam tibi, o Micio. 6 De Cteſiphone. 7 Ob id. 8 Sunt a Demea in me. 9 Cteſiphoni. 10 Micio. 11 Noſtrorum liberorum, Aeſchini, & Cteſiphonis, qui nimia ejus indulgentia corrumpuntur. 12 Expendamus, exiſtimemus rei pactae inter nos rationes. 13 Nos ita convenimus. Vide Scen. 2. Act. 1. 14 Inſuper. 15 Hoc pactum. 16 Filium Cteſiphonem. 17 Filium adoptivum Aeſchinum. 18 Pſaltriam, quam des uxorem Cteſiphoni. 19 Ordo eſt *qui minus*, ideſt, cur minus *aequum eſt idem jus eſſe mihi tecum, quam eſt tibi mecum*. Senſus vero eſt, cur non licet mihi habere idem juris tecum, ac tu habes mecum? Si tu arrogaſti tibi auctoritatem in meum filium, cur non poſſum ego mihi arrogare etiam auctoritatem in tuum? 20 Proverbium. 21 Adeoque poſſumus utrique utrumque curare. Micio, quia ſe videt in malam cauſſam incidiſſe, & ſe juſto non poſſe tueri, facete agit, & ad proverbium confugit, ſed ſtatim a Demea convincitur.

De. 1 *Facete. nunc demum iſthaec nata* 2 *oratio eſt.*
Mi. *Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt, Demea.*
Principio, ſi id te 3 *mordet,* 4 *ſumtum filii*
Quem faciunt; quaeſo, facito hoc tecum cogites:
Tu 5 *illos duo olim* 6 *pro re* 7 *tolerabas tua,*
Quod ſatis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum uxorem credidiſti 8 *ſcilicet*
Ducturum. eamdem illam 9 *rationem antiquam* 10 *obtine:*
11 *Conſerva,* 12 *quaere,* 13 *parce, fac* 14 *quamplurimum*
15 *Illis relinquas.* 16 *gloriam tu iſtam obtine:*
17 *Mea, quae* 18 *praeter ſpem evenere, utantur ſine.*
19 *De ſumma nihil* 20 *decedet: quod* 21 *hinc* 22 *acceſſerit,*
Id 23 *de lucro putato eſſe. omnia ſi haec voles*
In animo vere cogitare, Demea,
Et mihi, & tibi, & illis demſeris moleſtiam.
De. 24 *Mitto rem:* 25 *conſuetudinem ipſorum.* Mi. 26 *mane.*
27 *Scio; iſthuc* 28 *ibam: multa in homine, Demea,*
29 *Signa inſunt, ex quibus* 30 *conjectura facile fit,*
Duo cum 31 *idem faciunt, ſaepe ut poſſis dicere,*
Hoc licet 32 *impune facere* 33 *huic,* 34 *illi non* 35 *licet:*
Non quod diſſimilis 36 *res ſit, ſed quod,* 37 *qui facit:*

1 *Quae*

1 Lepide dixiſti. 2 Iſtud proverbium nunc tibi in mentem venit, non tunc cum mecum de filiis conveniſtis. 3 Affligit, offendit. 4 Pro ſumtus, & ſubaudiendum eſt, ſcilicet. 5 Filios. 6 Pro tuis opibus, & fortunis. 7 Educabas, ſuſtentabas. 8 Certe. 9 Conſiderationem illam, quam prius habebas de me. 10 Serva. Italice; *fa il medeſimo conto, che facevi prima.* 11 Bona tua acquiſita. 12 Nova. 13 Omnibus modice utere. 14 Bonorum: 15 Vt tuis filiis poſt mortem tuam relinquas. 16 Multa linquendi filiis. 17 Meis bonis. More antiquorum accuſativum pro ablativo uſurpavit. 18 Nam ſi uxorem duxiſſem, ut tu putabas, mea bona non fuiſſent pro filiis tuis, ſed pro meis. 19 Patrimonii, ſcilicet, linquendi tuis liberis. 20 Detrahetur; minuetur. 21 Ex meis bonis. 22 Addetur, venerit tuis filiis. 23 Cum antea nihil ſperates bonorum meorum pro filiis tuis. 24 De re familiari, quam filii prodigunt, queri. 25 Vivendi rationem, & eorum malos mores, ſubaudi, expendamus. 26 Tace. Intercipit Micio Demeae ſermonem. 27 Quid velis dicere. 28 Eram dicturus, quod te velle dicere intelligo. 29 Indicia. 30 De futura probitate, aut improbitate hominum. 31 Eamdem rem, actionem. 32 Sine periculo, & reprehenſione. 33 Uni illorum, quia liberali ingenio praeditus eſt, nec facile corrumpi poteſt. 34 Alteri illorum. 35 Idem facere, quia indolis ſuae improbitate, obſequio abutitur. 36 Quae fit ab illis. 37 Unus illorum, qui facit eſt diſſimili indole ab alio.

1 Quae ego eſſe in illis video: ut conſidam 2 fore 3 ita
Vt volumus. 4 video ſapere, 5 intellegere, 6 in loco
7 Vereri, 8 inter ſe amare. 9 ſcire 10 eſt 11 liberum
Ingenium, atque 12 animum: quovis illos tu die
13 Reducas. 14 at enim metuas, ne 15 ab re ſint tamen
Omiſſiores paulo. 16 o noſter Demea,
Ad omnia alia 17 aetate ſapimus rectius:
Solum unum hoc 18 vitium adfert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus ad 19 rem omnes, quam ſat eſt:
20 Quod illos ſat aetas 21 acuet. De. *22 ne nimium modo*
Bonae tuae iſtae nos rationes, Micio,
Et tuus iſte animus aequus 23 ſubvortat. Mi. *tace,*
Non fiet. mitte jam iſthaec: 24 da te hodie mihi:
25 Exporge frontem. De. *ſcilicet, ita 26 tempus fert.*
Faciundum eſt: ceterum 27 rus cras cum filio
Cum primo 28 lucu. Mi. *imo de nocte 29 cenſeo:*
Hodie 30 modo hilarum te 31 face. De. *& iſtam pſaltriam*
Una 32 illuc mecum 33 hinc abſtraham. Mi. *34 pugnaveris.*
35 Eo prorſus pacto 36 illi 37 alligaris filium,

Mo-

1 Indicia homini inhaerentia, & ex quibus illius futuri mores deprehendunrur. 2 Tuos filios. 3 Tales, quales cupimus, nempe, optimis moribus praeditos. 4 Tuos liberos. 5 Conſiderare. 6 Quando res poſtulat, quando eſt opus. 7 Erubeſcere, timere. 8 Muruo ſe amare. 9 Intelligere. 10 Licet, darur. 11 Liberale. 12 Tuorum liberorum. Senſus eſt; ex iis ſignis, quae in tuis liberis inſunt pores cognoſcere eorum indolem eſſe liberalem, & honeſtam; ideoque illis licere facere, quod aliis non item liceret. 13 Nempe, ad rectam virtam, & ad viam virtutis, quia in malo pertinaces non ſunt. 14 Occupario, qua reſpondet argumento, quod illi objicere poterat Demea, nempe, rem familiarem ab illis negligi, & abſumi in conviviis. 15 Ne ſint paulo negligentiores rui filii in re familiari conſervanda. 16 Diluit objectionem, quam ſibi fecerat Micio, argumento ab aetatis beneficio deſumto. 17 Senectutis beneficio. 18 Avaririae. 19 Rem familiarem conſervandam, augendamque. 20 Ad quod, nempe, ad quam attentionem conſervandae rei familiaris. 21 Incitabit, docebit. Metaphora a cote. 22 Subaudi, cave, vide, vel timeo 23 Subvertat. 24 Mihi obſequere, accomoda te voluntati meae. 25 Serena, explica frontem corrugatam prae triſtitia, ideſt, hilaris eſto. 26 Nuptiarum Aeſchini. 27 Ibo. 28 Antique pro luce, nempe, ſummo mane. *Lucem* veteres maſculino genere dicebant. 29 Nempe, te poſſe ire rus. 30 Dummodo. 31 Oſtende. 32 Rus. 33 Abducam invitam. 34 Rem magnam feceris, viceris. Ficta adprobatio. 35 Tali modo; nempe, adducendo mecum pſaltriam. 36 Pro illic, nempe, ruri. 37 Veluti ligatum detinebis Cteſiphonem propter pſaltriam.

1 *Modo facito ut illam ſerves*. De. *ego iſthuc* 2 *videro*; 3 *atque*
4 *Illi favillae plena*, *fumi*, *ac* 5 *pollinis*.
6 *Coquendo* 7 *ſit* 8 *faxo*, *&* 9 *molendo*: *praeter haec*,
Meridie ipſo faciam, *ut* 10 *ſtipulam colligat*.
Tam 11 *excoctam reddam*, *atque atram*, *quam carbo eſt*. Mi. *placet*:
Nunc mihi videre ſapere. *atque equidem filium*
12 *Tum*, *etiam coges ut formam illius praedicet*
De. *Derides*? *fortunatus*, *qui iſto* 13 *animo ſies*.
14 *Ego ſentio*. Mi. *ah*, 15 *pergiſne*? De. *jam jam deſino*.
Mi. *I ergo intro*, *&* 16, *cui rei* 17 *eſt*, *ei rei hunc ſumamus diem*.

SCENA IV.

Demea cum videat non probari vulgo ejus ſeveritatem, facilitatem, & clementiam in poſterum amplecti deliberat.

Demea.

De. *Nunquam ita quiſquam bene* 18 *ſubducta ratione ad* 19 *vitam fuit*,
Quin 20 *res*, *aetas*, 21 *uſus ſemper aliquid apportet* 22 *novi*,
Aliquid moneat: *ut illa*, *quae te ſcire credas*, 23 *neſcias*,
Et, *quae tibi putaris* 24 *prima*, *in* 25 *experiundo ut repudies*.
Quod mî evenit nunc. *nam ego vitam duram*, *quam vixi uſque adhuc* *Pro-*

1 Tantummodo. 2 Curabo. 3 Ordo eſt; *atque faxo*, *ut illî plena ſit favillae*, *fumi*, *&* *pollinis coquendo*, *&* *molendo*. 4 Cteſiphoni. 5 Farinae tenujoris, qua ſunt aſperſi molitores, & piſtores. 6 Quia culinae officiis ſerviet. 7 Piſtria. 8 Faciam. 9 Frangendo fruges mola. 10 Spicas. 11 Solis calore deſiccatam, exuſtam. 12 Cum tam defotmem reddideris illam. 13 Qui miſeriarum ſenſu cares. 14 Nempe te eſſe miſerrimum. 15 Jurgari. 16 Nempe nuptiis. 17 Eſt opus, ſeu licet ſumere. 18 Conſiderata recte vivendi via. Metaphora a calculatoribus. 19 Inſtituendam, nempe ad vivendum. 20 Experientia. 21 Exercitatio in modo vivendi. 22 Quod diſcat. 23 Neſcire, & neſciviſſe cognoſcas. 24 Praecipua, optima, ante alia eligenda. 25 In ea probando. Senſus hujus ſententiae eſt, nemo ſic exacte, & prudenter ſuam vitam inſtituit, ut experientia, atque aetate aliquid non diſcat novi, & ea, quae tanquam praecipua ſectanda, & facienda eſſe credebat, in agendo vero non immutet, ac corrigat.

Prope jam decurſo 1 ſpatio mitto. 2 id quamobrem? 3 re ipſa repperi,
4 Facilitate nihil eſſe homini melius, neque clementia. id
Eſſe verum, 5 ex me, atque ex fratre cuivis facile eſt noſcere.
Vitam ille ſuam ſemper egit in otio, in conviviis:
Clemens, placidus, 6 nulli laedere os, 7 arridere omnibus:
8 Sibi vixit: ſibi ſumtum fecit. omnes bene 9 dicunt, amant.
Ego ille agreſtis, ſaevus, triſtis, parcus, truculentus, 10 tenax,
Duxi uxorem. quam 11 ibi miſeriam 12 vidi! nati filii,
13 Alia cura. eja autem, illis dum ſtudeo ut 14 quamplurimum
15 Facerem, contrivi in 16 quaerundo vitam, atque aetatem meam:
Nunc exacta aetate hoc 17 fructi pro labore ab iis fero,
Odium. 18 ille alter ſine labore patria potitur 19 commoda.
Illum 20 amant, me fugitant: illi credunt conſilia omnia:
Illum diligunt; apud illum ſunt ambo, ego deſertu' ſum:
21 Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem expectant ſcilicet.
Ita eos meo labore 22 eductos maxumo, hic fecit 23 ſuos
Pau-

1 Meae vitae, nempe, in extrema ſenecture. 2 Subaudi, ſi quis a me quaerat, quamobrem faciam id, nempe, cur immutem priſtinam vivendi rationem? Quia ſecum loquitur Demea, ideo multa reticet, ait Donatus. 3 Sibi reſpondet Demea, unde ſubintellige, dicam quia re ipſa, ſcilicet uſu, experientia &c. 4 Comitate, benignitate, indulgentia 5 Scilicet, comparando me cum fratre meo. 6 Neminem praeſentem offendere, ſubaudi, ſolitus. Quia cum aliquis praeſens offenditur, ſtatim ejus os, ſeu facies rubore perfunditur, hinc *laedere os* pro aliquem praeſentem laedere dicitur. 7 Riſu plauſum, favorem, benignitatem oſtendere. 8 Suo more, arbitratu. 9 De illo. 10 Earum rerum, quae mihi, & amicis largiri debebam. 11 In conjugio. 12 Senſi, expertus ſum. 13 Qui filii ſunt mihi alia, ideſt, ſecunda cura, & ſolicitudo poſt uxorem, cujus cura praecipua eſſe debet marito. 14 Bonorum, pecuniae. 15 Subaudi, lucri, nempe, compararem, accumularem opes, quae illis relinquerem. 16 Bona pro filiis. 17 Pro fructus. Antique. 18 Micio. 19 Fruitur commodis, quae patres poſſunt a filiis percipere. *Potior* cum accuſativo veteri more ponitur. 20 Mei filii; enumerat illa commoda, quae a filiis recipit Micio 21 Pro illi; vetuſta dicendi formula; *optant illi*, ideſt, Micioni precantur mei filii longiorem vitam. 22 Educatos. 23 Sibi amantes, & adictos, tanquam ſi eſſent naturales filii ipſius.

Mi. *Ridicule, advorſumne* 1 *illum* 2 *cauſſam dicerem,*
Cui veneram advocatus? ſed quid, Aeſchine,
3 *Noſtra? aut* 4 *quid nobis cum illis? abeamus. quid eſt?*
Quid lacrumas? Ae. *pater, obſecro? auſculta.* Mi. *Aeſchine, audivi* 5 *omnia,*
Et ſcio: nam amo te: 6 *quo magis, quae agis, curae ſunt mihi.*
Ae. *Ita velim me* 7 *promerentem ames, dum vivas, mi pater,*
Ut me hoc 8 *delictum* 9 *admiſiſſe in me id mihi vehementer dolet,*
10 *Et me tui pudet.* Mi. *credo hercle: nam* 11 *ingenium novi tuum*
Liberale: ſed vereor ne 12 *indiligens nimium ſies.*
13 *In qua civitate tandem te arbitrare vivere?*
Numquid 14 *circumſpexti? aut numquid tute* 15 *proſpexti tibi,*
Quid 16 *fieret,* 17 *qua fieret? ſi te ipſum mihi puduit dicere,*
18 *Qua reſciſcerem?* 19 *haec dum dubitas, menſes abierunt decem.*
20 *Prodidiſti & te, & illam miſeram, &* 21 *gnatum;* 22 *quod quidem in te fuit.*
Quid? credebas, 23 *dormienti* 24 *haec tibi* 25 *confecturos deos?*
Nolim ceterarum rerum te ſocordem 26 *eodem modo.*
Bono animo es, duces uxorem hanc. Ae. *hem!* Mi. *bono animo es, inquam.* Ae. *pater,*
Obſecro, num ludis tu nunc me? Mi. *ego te? quamobrem?* Ae. *neſcio:*

Ni-

1 Amicum. 2 Nove, & metaphorice dictum, cum ſit hoc proprie rei, & defenſoris. 3 Subaudi, hoc refert? 4 Negotii eſt. 5 Nempe, de tuis nuptiis. Victus pietate ſenex non patitur loqui filium, ne confeſſione ſui criminis torqueatur. 6 Quapropter, nempe, quia amo te. 7 Merentem amari, recte agentem. 8 Te inſcio velle ducere uxorem. 9 Committendo recepiſſe in me. 10 Subaudi, ita me ames, ut pudore afficior, quod ego meo delicto te offendi, & ſim tibi cauſſa pudoris. 11 Naturam, indolem tuam bonam, & honeſtam. 12 In tuae vitae ratione. 13 Quaſi dicat; neſciebas Athenis vivere, ubi legibus vivitur? 14 Circumſpexiſti, conſideraſti quid mali, periculi, remedii eſſet in ea re? 15 Proſpexiſti? 16 A te? 17 Qua ratione, quomodo? 18 Per quos, qua via, & ratione tuum peccatum ab alio quopiam acciperem, & cognoſcerem? 19 Scilicet, de his, hoc eſt, dum non audes haec mihi dicere, & dubitas quid agas. 20 Decepiſti, in periculum adduxiſti. 21 Natum ex ea infantem. 22 Quantum. 23 Tibi ceſſanti, & nullum capienti conſilium. 24 Tua mala. 25 Curaturos. 26 Ac fuiſti in hoc negotio.

Niſi quia tam 1 *miſere* 2 *hoc eſſe cupio verum* , 3 *eo* 4 *vereôr magis* . *(abi* .
Mi. *Abi domum* , *ae deos comprecare* , 5 *ut uxorem areeſſas*:
Ae. *Quid*? *jamne* 6 *uxorem*? Mi. *jam* . Ae. *jam*? Mi. *jam* 7 *quantum poteſt* . Ae. *di me* , *pater* ,
Omnes oderint , *ni magis te quam* 8 *oculos nunc amo meos*.
Mi. 9 *Quid*? 10 *quam illam*? Ae. 11 *aeque* . Mi. 12 *perbenigne*. Ae. *Quid*? *ille ubi eſt* 13 *Mileſius*?
Mi. *Abiit* , 14 *periit* , 15 *navem aſcendit* . *ſed cur* 16 *ceſſas*? Ae. *abi* , *pater* :
Tu potius deos comprecare: *nam tibi eos certe ſcio* ,
Quo vir melior multo es quam ego ſum , *obtemperaturos magis*.
Mi. *Ego eo intro* , *ut* , *quae opu' ſunt* , *parentur* . *fac tu* , *ut dixi* , *ſi ſapis* .
Ae. 17 *Quid hoc negoti*? *hoc eſt* 18 *patrem eſſe* , *aut hoc eſt* 19 *filium eſſe*?
Si frater aut ſodalis eſſet , 20 *qui magi' morem gereret*?
21 *Hic non amandus*? *hiccine non* 22 *geſtandus in ſinu eſt*? *hem*!
Itaque adeo magnam mi injecit ſua 23 *commoditate curam* ,
Ne forte 24 *imprudens faciam* , *quod* 25 *nolit* , *ſciens* 26 *cavebo*.
Sed ceſſo ire 27 *intro* , *ne morae meis nuptiis egomet ſim*?

SCENA VI.

Demea fatigatus curſitando per urbem ut fratrem quaereret, queritur de Syro, quod non aperte ſatis monſtravit locum, ubi frater eſſet, unde domum Micionis redit, ut eum expectet.

1 Vehementer. 2 Has nuptias. 3 Ideo. 4 Ne me ludas. 5 Deorum ope ſis felix in hoc conjugio. 6 Ducam Pamphilam? 7 Citiſſime fieri poteſt. 8 Phraſis, quae de cariſſimis, quos unice fovere cupimus, dicitur, cum oculorum ſenſus nobis cariſſimus ſit. 9 Dicis. 10 Nempe, amas me magis quam Pamphilam? 11 Ac illam te amo. 12 Scilicet, loqueris. 13 Amicus tuus, qui a Mileto venerat, ut Pamphilam duceret? 14 Evanuit, quid illo factum fuerit, ignoratur; atque ita rem a ſe fictam fuiſſe Aeſchino indicat. 15 Qua veheretur Miletum. 16 Ire ad cōprecandos deos. 17 Quid hoc ſibi vult, quod pater tanta in me utatur benignitate? 18 Uti auctoritate, & ſeveritate patris? 19 Uti filiali timore in parentem tam benignum? 20 Quomodo. 21 Talis pater. 22 Immodico favore amplectendus? Proverbium natum a φιλοςοργία mattum in liberos infantes. 23 Benignitate, & clementia. 24 Per imprudentiam. 25 Nempe, pater me facere. 26 Facere quod pater nolit. 27 In domum meam.

Demea.

De. *Deſeſſus ſum 1 ambulando. 2 ut, Syre, te cum tua*
3 Monſtratione magnus perdat Jupiter.
4 Perreptavi uſque omne oppidum, ad portam, ad 5 lacum,
6 Quo non? neque 7 fabrica ulla erat, neque fratrem homo
Vidiſſe ajebat quiſquam. nunc vero 8 domi
9 Certum 10 obſidere eſt, uſque donec 11 redierit.

SCENA VII.

Furit Demea ob Aeſchini flagitia; Micio fratrem mira prorſus lenitate conatur placare.

Micio; Demea.

Mi. 12 *Ibo, 13 illis dicam nullam eſſe in 14 nobis 15 moram.*
De. *Sed eccum ipſum. te jamdudum quaero, Micio.*
Mi. 16 *Quidnam?* De. *fero alia flagitia ad te ingentia*
17 *Boni illius 18 adoleſcentis.* Mi. 19 *ecce autem.* De. 20 *nova,*
21 *Capitalia.* Mi. 22 *obe, 23 jam.* De. *ab, neſcis qui 24 vir*
ſiet. Mi. *ſcio.*
De. *O ſtulte, tu de pſaltria me ſomnias*
Agere. hoc peccatum in virginem eſt civem. Mi. *ſcio.*
De. *Obe, ſcis, & patere?* Mi. *quidni patiar?* De. *dic mihi,*
Non clamas? non 25 inſanis? Mi. *non. 26 malim quidem.*

De.

1 Ob quaerendum fratrem Micionem. Anhelans haec omnia ſecum dicit. 2 Utinam: imprecantis eſt. 3 Scilicet doloſa, & falſiſſima. Monſtraverat enim; ſive indicaverat Syrus Demeae ſuperius in ſcena 2. locum, ſed falſo tamen, ubi eſſet Micio. 4 Lento inceſſu ambulavi: Aptum quidem verbum ad tarditatem ſenilem in gradiendo exprimendam. 5 Quae loca monſtraverat illi Syrus. 6 Subaudi; perreptavi? 7 Officina fabri lignari ad quam ſupra Syrus amandarat Demeam. 8 In domo fratris. 9 Decrevi, conſtitutum eſt. 10 Perſtare, ſedere velut in obſidione; & excubiis. 11 Micio, quem domi eſſe ignorabat. 12 Haec dicit intus Micio de domo ſua egrediens. 13 Soſtratae, & filiae. 14 In me, & Aeſchino. 15 Quominus celebrentur nuptiae Aeſchini cum Pamphila. 16 Propter quid autem me quaerebas. 17 Peſſimi. Ironia. 18 Aeſchini. 19 Subaudi, de more incipit litigare, queri. 20 Apoſiopeſis: ſcilicet, fero flagitia. 21 Capitis poena punienda. 22 Interjectio exclamantis, quae ſatietatem uſque ad faſtidium deſignat; & jubet ſermoni fieri finem. 23 Subaudi, ſatis dixiſti, deſine. 24 Ironia, quam flagitioſus, nam vir ad laudem ſumi ſolet. 25 Prae indignatione. 26 Scilicet hoc peccatum Aeſchini non factum eſſe, ſed quando quod factum eſt infectum eſſe non poteſt, illud fero eaquo animo.

De. *Puer natus eſt.* Mi. *dii bene* 1 *vortant.* De. 2 *virgo nihil* 3 *habet.*
Mi. *Audivi.* De. *& ducenda indotata eſt?* Mi. 4 *ſcilicet.*
De. *Quid nunc futurum eſt?* Mi. *id* 5 *enim quod res ipſa* 6 *fert:*
7 *Illinc* 8 *huc transferetur virgo.* De. *o Jupiter!*
Iſthoccine pacto 9 *oportet?* Mi. *quid faciam amplius?*
De. *Quid facias? ſi non* 10 *ipſa re tibi dolet,*
11 *Simulare certe eſt hominis.* Mi. *quin iam virginem*
12 *Deſpondi: res compoſita eſt: ſiunt nuptiae.*
13 *Dempſi metum omnem. haec magis ſunt hominis.* De. *ceterum,*
Placet tibi factum, Micio? Mi. *non, ſi queam*
14 *Mutare: nunc, cum non queo, aequo animo fero.*
Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas 15 *teſſeris;*
Si illud, quod maxume opus eſt 16 *jactu, non cadit;*
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
De. 17 *Corrector! nempe tua* 18 *arte viginti minae*
Pro pſaltria 19 *periere: quae,* 20 *quantum poteſt,*
Aliquo 21 *abjicienda eſt;* 22 *ſi non pretio, gratiis.*

1 Vertant, nempe, bene feliciterque eveniat. 2 Pamphila. 3 Quod det pro dote. 4 Utique. Adverte lenitatem Micionis in reſpondendo fratri iraſcenti. 5 Certe. 6 Monet, poſtulat eſſe faciendum. 7 E domo matris Soſtratae. 8 In aedes meas. 9 Subaudi, fieri nuptias tali pacto, nempe, ſine dote? 10 Propter ipſius rei, nempe, criminis gravitatem. 11 Dolorem. 12 Filio meo Aeſchino. 13 Quia hae nuptiae fiunt mea voluntate. 14 Nempe, infectas reddere has nuptias. 15 Teſſera eſt luſorium inſtrumentum conſtans ſex lateribus ex omni parte aequalibus, in quibus deſcripti ſunt numeri, ita dictum quia ex omnibus partibus eſt quadrilaterum. Graeci *cubum* nominant: Italice *i dadi.* Differt teſſera a talo: nam talus ſex quidem latera habebat, ſed quatuor tantum in uſu ludentium erant, quia duo ita erant incurva, ut illis talus vix poſſet conſiſtere. 16 In ludo teſſerarum. Senſus eſt hujus pulcherrimae ſententiae ex Platone deſumtae: vita hominum eſt ut ludus teſſerarum; quemadmodũ in jactu teſſerarum, ſi non cadit illud, quod maxime opus eſt, neceſſe eſt, ut corrigas arte id, quod forte cecidit; ſic in vita humana ſi non accidit id quod cupis, neceſſe eſt ut conſilio, & induſtria emendes id quod evenit. 17 Inſignis corrector, & emendator es tu! Hoc ironice ridendo dicit. 18 Tuo conſilio. 19 Quia fruſtra emta eſt, cum Aeſchinus aliam ducat; nondum ſciebat Demea pſaltriã pro Cteſiphone eſſe. 20 Quam celerrime fieri poteſt. 21 Ejicienda, amandanda. 22 Si haec pſaltria non vendita pretio, quo conſtitit, ſaltem gratuito, erit a te ejicienda.

Mi. Neque 1 *eſt, neque illam ſane ſtudeo vendere.*
De. *Quid igitur facies?* Mi. *domi erit.* De. *pro divûm fidem,*
Pſaltria, & 2 mater familias una in domo?
Mi. *Cur non?* De. 3 *ſanun' te credis eſſe?* Mi. *equidem ar-*
bitror.
De. *Ita me dii ament, ut video ego tuam ineptiam,*
4 *Facturum credo, ut habeas quicum cantites.*
Mi. *Cur non?* De. *&* 5 *nova nupta eadem* 6 *haec diſcet?*
Mi. 7 *ſcilicet.*
De. *Tu inter* 8 *eas* 9 *reſtim ductans ſaltabis.* Mi. 10 *probe:*
11 *Et tu nobiſcum una, ſi opus ſit.* De. *hei mihi!*
Non te 12 *haec pudent?* Mi. *iam vero omitte, Demea,*
Tuam iſthanc iracundiam, atque ita, uti decet,
Hilarum, ac lubentem fac te gnati in nuptiis.
Ego 13 *hos conveniam, poſt huc redeo.* De. *o Jupiter!*
14 *Hanccine vitam! hoſcine mores! hanc dementiam!*
Uxor ſine dote veniet: 15 *intus pſaltria eſt:*
16 *Domu' ſumtuoſa:* 17 *adoleſcens luxu perditus:*
18 *Senex delirans: ipſa, ſi cupiat,* 19 *ſalus*
Servare prorſus non poteſt hanc familiam.

1 A me aliquo amandanda. 2 Pamplila mulier pudica, & honeſto juncta conjugio. 3 Sanae mentis? 4 Hoc, nempe, te illam pſaltriam domi ſervaturum. 5 Pamphila. 6 Quae canet pſaltria. 7 Certe. 8 Mulieres. 9 Tu princeps, & moderator in choreis funem ducens ſaltabis, & alii te praeeuntem, eodem fune apprehenſo, in girum ſequentur. *Reſtim ductare* dicitur, cum qui ſaltant, vel nexibus manibus, vel fune conſerti in orbem ſaltant; natum hoc ludi genus, vult Donatus, ab eo fune, quo equus ligneus a Graecis fabricatus in Trojana moenia introductus eſt. Hic animadverte, quod Demea cum, conviciis, ſupra expoſitis, non potuerit Micionem ad iracundiam concitare, ſalibus acerbioribus, & jocis modo adoritur, ſed Micio ſemper mitis apparet.

10 Nempe, dicis. 11 Saltabis. 12 Harum rerum te pudet? *Pudent* perſonale eſt a *pudeo*, haberque accuſativum. 13 Aeſchinum, Soſtratam, Pamphilam. 14 Talem ne vitam decet! 15 In domo Micionis. 16 Homines de familia omnia conſumunt, immoderate ſumtus faciunt. 17 Aeſchinus. 18 Micio. 19 Dea ſanitatis praeſes, cui templum dicatum Romae erat, quod a Fabio Pictore pictum fuit A.V. 450. exuſtumque eſt Claudii principatu.

ACTVS

ACTVS QVINTVS

SCENA I.

Syrus bene potus, ac pranſus e domo Aeſchini prodit. Hunc Demea ob temulentiam impetit, & objurgat.

Syrus, Demea

Sy. *AEdepol*, 1 *Syriſce*, *te* 2 *curaſti molliter*,
Lauteque munus adminiſtraſti 3 *tuum*.
4 *Abi*. *ſed poſtquam intus ſum omnium rerum* 5 *ſatur*,
6 *Prodeambulare* 7 *huc libitum eſt*. De. *illud* 8 *ſis vide*
9 *Exemplum diſciplinae*. Sy. *ecce autem hic adeſt*
Senex noſter. *quid fit? quid tu es triſtis?* De. *oh ſcelus!*
Sy. *Ohe*, *jam tu* 10 *verba fundes hic* 11 *ſapientia?*
De. *Tun'?* *ſi* 12 *meus eſſes*. Sy. 13 *dis quidem eſſes*, *Demea*,
Ac tuam 14 *rem* 15 *conſtabiliſſes*. De. 16 *exemplum omnibus*
Curarem ut eſſes. Sy. *quamobrem? quid feci?* De. *rogas?*
In ipſa 17 *turba*, *atque in* 18 *peccato maxumo*,
Quod vix ſedatum ſatis eſt, *potaſtis*, *ſcelus:*
Quaſi re bene geſta. Sy. *ſane nollem huc* 19 *exitum*.

SCENA II.

Demea Cteſiphonem appellari audiens a Dromone, vi domum Micionis ingreditur, ac potantem Cteſiphonem offendit.

1 Se ipſum alloquitur diminutiva ſui nominis voce, more blandientium ſibi. 2 Tractaſti. 3 In edendo quidquid eſſet lautum, & cyatos ſorbillando; vel munus ſervile intelligit, & tunc erit ironia, nam pro eo bene potaverat. 4 Vox ſibi blandientis, quaſi dicat: bene eſt, gratulor. 5 Ciborum. Italice, *ſon pieno a crepa pelle*. 6 Longius expariari, longe deambulare. 7 Ante fores. 8 Si vis, ſi placet. 9 Syrum, qui tanquam ſenex deberet eſſe exemplum diſciplinae, temperantiae, & modeſtiae ceteris conſervis. Ironia. Haec ſecum dicit Demea. 10 Sententias. 11 Ac ſi eſſes ipſa ſapientia. Nam Syrus ſuperius dixerat illi, *tu quantus quantus nihil niſi ſapientia*. 12 Servus. Sermonem non finit, quod poſtea facit, nam Syrus ebrius ſtatim illi reſpondet. 13 Dives. 14 Familiarem. 15 Florentem in perpetuum reddidiſſes. 16 Aliis ſervis, ne inebriarentur. Finit Demea ſermonē, quem inceperat. 17 Turbatione. 18 Raptione pſaltriae. 19 Exiviſſe ad deambulandum ante fores, nam a Demea non objurgatus fuiſſem: *exitum* eſt impersonale vocis paſſivae.

Dromo, Syrus, Demea.

Dr. *Heus, Syre, rogat te Cteſipho ut* 1 *redeas*. Sy. 2 *abi*.
De. *Quid Cteſiphonem hic* 3 *narrat*? Sy. 4 *nihil*.
De. *eho*, 5 *carnufex*,
Eſt Cteſipho 6 *intus*? Sy. *non eſt*. De. *cur* 7 *hic nominat*?
Sy. *Eſt alius* 8 *quidam* 9 *paraſitaſter parvolus*:
10 *Noſtin'*? De. *Jam* 11 *ſcibo*. Sy. *quid agis*? *quo abis*?
De. 12 *mitte me*.
Sy. 13 *Noli*, *inquam*. De. *non* 14 *manum abſtines*, 15 *maſtigia*?
An tibi jam mavis cerebrum 16 *diſpergam hic*? Sy 17 *abit*.
Aedepol 18 *comiſſatorem* 19 *haud ſane commodum*,
Praeſertim Cteſiphoni. quid ego nunc agam?
Niſi, dum hae 20 *ſileſcunt* 21 *turbae*, *interea in angulum*
Aliquo abeam, *atque* 22 *edormiſcam hoc* 23 *villi*. *ſic agam*.

SCENA III.

Micio rediens e domo Soſtratae deprehendit in foribus domus ſuae Demeam, qui cum intus comeſſantem Cteſiphonem vidiſſet, amens, & impos animi foras egrediebatur; unde Micionem jurgio adoritur, ut liberorum corruptelam; ſed ab iſto tandem placatur.

Mi.

1 In domum. 2 In malam crucem. Hoc ſecreto dicit, ne audiatur a Demea, indignatus quod per imprudentiam nominaſſet Cteſiphonem coram patre. 3 Nominat. 4 Dromo dicit de Cteſiphone. 5 Tortor, qui improbitate tua me crucias, & decipis. Ita Syrum vocat per contemptum, & indignationem. 6 In domo Micionis. 7 Dromo ſervus. 8 Ejuſdem, nempe, nominis. 9 Imitator paraſitorum. Hi dicebantur, qui alienas menſas conſectabantur, & idcirco multa indigna faciebant, & ferebant. Hoc fingit Syrus, ut celaret Cteſiphonem Demeae. 10 Noſcis ne illum tali nomine? 11 Sciam ſi meus Cteſipho ſit intus, necne. Talia dum dicit conatur domum Micionis ingredi. 12 Nam Syrus eum impediebat, ne ingrederetur. 13 Nempe, ingredi. 14 Syrus ut teneret Demeam manus illi injecerat. 15 Serve nequam verberibus digne. *Maſtigia* dicitur ſervus, qui aut flagris caeditur, aut certe iiſdem caedi dignus eſt a *μάστιξ flagellum*, 16 Frangam hoc baculo. 17 Mihi e manibus evaſit; ingreſſus eſt domum. 18 Convivam, compotorem, ſcilicet habebunt ii, qui in domo Micionis modo potant. 19 Ingratum, importunum. 20 Pacantur. 21 Turbationes, tumultus, quos erit facturus Demea. 22 Dormiendo decoquam; digeram crapulam. 23 Paululum vini, quod bibi nimium. Diminutivum a *vinum*, & pro vulgari, & malo vino ponitur.

Micio, Demea.

Mi. 1 **P**Arata a nobis ſunt, ut dixi, Soſtrata,
2 *Vbi vis. quiſnam 3 a me pepulit tam graviter fores?*
De. 4 *Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem! aut querar?*
O caelum, o terra, o maria Neptuni! Mi. 5 *hem tibi,*
Reſcivit omnem 6 rem: 7 id nunc clamat: ilicet,
8 *Paratae lites:* 9 *ſuccurrendum eſt.* De. *eccum* 10 *adeſt*
Communis corruptela 11 *noſtrûm liberûm.*
Mi. *Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.*
De. *Repreſſi, redii, mitto maledicta omnia:*
Rem ipſam 12 *putemus.* 13 *dictum hoc inter nos fuit,*
Ex te 14 *adeo eſt* 15 *ortum, ne tu curares* 16 *meum,*
Neve ego 17 *tuum? reſponde.* Mi. *factum eſt, non nego.*
De. *Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?*
Cur emis 18 *uxorem, Micio? nam* 19 *quî minus*
Mihi idem jus aequum eſt eſſe, quod mecum eſt tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
Mi. *Non aequom dicis, non: nam vetus* 20 *verbum hoc quidem eſt,*
21 *Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.*

De.

1 Scilicet, omnia pro nuptiis. 2 Quando voles fient nuptiae. Sermonem non finit, quia talia cum diceret audit magno ſtrepitu pulſari fores domus ſuae, videtque exeuntem foras Demeam cum furore. 3 Exiens a domo mea. Vide Act.2. Sce.3. verſ. 11. 4 Sic exclamat Demea, quod in domo Micionis Cteſiphonem filium deprehendiſſet. 5 Ecce Demeam tibi, o Micio. 6 De Cteſiphone. 7 Ob id. 8 Sunt a Demea in me. 9 Cteſiphoni. 10 Micio. 11 Noſtrorum liberorum, Aeſchini, & Cteſiphonis, qui nimia ejus indulgentia corrumpuntur. 12 Expendamus, exiſtimemus rei pactae inter nos rationes. 13 Nos ita convenimus. Vide Scen. 2. Act. 1. 14 Inſuper. 15 Hoc pactum. 16 Filium Cteſiphonem. 17 Filium adoptivum Aeſchinum. 18 Pſaltriam, quam des uxorem Cteſiphoni. 19 Ordo eſt *qui minus*, ideſt, cur minus *aequum eſt idem jus eſſe mihi tecum, quam eſt tibi mecum*. Senſus vero eſt, cur non licet mihi habere idem juris tecum, ac tu habes mecum? Si tu arrogaſti tibi auctoritatem in meum filium, cur non poſſum ego mihi arrogare etiam auctoritatem in tuum? 20 Proverbium. 21 Adeoque poſſumus utrique utrumque curare, Micio; quia ſe videt in malam cauſſam incidiſſe, & ſe juſto non poſſe tueri, facete agit, & ad proverbium confugit, ſed ſtatim a Demea convincitur.

De. 1 *Facete. nunc demum iſthaec nata* 2 *oratio eſt.*
Mi. *Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt, Demea.*
Principio, ſi id te 3 *mordet,* 4 *ſumtum filii*
Quem faciunt; quaeſo, facito hoc tecum cogites:
Tu 5 *illos duo olim* 6 *pro re* 7 *tolerabas tua,*
Quod ſatis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum uxorem crediddiſti 8 *ſcilicet*
Ducturum. eamdem illam 9 *rationem antiquam* 10 *obtine:*
11 *Conſerva,* 12 *quaere,* 13 *parce, fac* 14 *quamplurimum*
15 *Illis relinquas.* 16 *gloriam tu iſtam obtine:*
17 *Mea, quae* 18 *praeter ſpem evenere, utantur ſine.*
19 *De ſumma nihil* 20 *decedet: quod* 21 *hinc* 22 *acceſſerit,*
Id 23 *de lucro putato eſſe. omnia ſi haec voles*
In animo vere cogitare, Demea,
Et mihi, & tibi, & illis demſeris moleſtiam.
De. 24 *Mitto rem:* 25 *conſuetudinem ipſorum.* Mi. 26 *mane.*
27 *Scio; iſthuc* 28 *ibam: multa in homine, Demea,*
29 *Signa inſunt, ex quibus* 30 *conjectura facile fit,*
Duo cum 31 *idem faciunt, ſaepe ut poſſis dicere,*
Hoc licet 32 *impune facere* 33 *huic,* 34 *illi non* 35 *licet:*
Non quod diſſimilis 36 *res ſit; ſed quod,* 37 *qui facit:*

1·*Quae*

1 Lepide dixiſti. 2 Iſtud proverbium nunc tibi in mentem venit, non tunc cum mecum de filiis conveniſtis. 3 Affligit, offendit. 4 Pro ſumtus, & ſubaudiendum eſt, ſcilicet. 5 Filios. 6 Pro tuis opibus, & fortunis. 7 Educabas, ſuſtentabas. 8 Certe. 9 Conſiderationem illam, quam prius habebas de me. 10 Serva. Italice; *fa il medeſimo conto, che facevi prima.* 11 Bona tua acquiſita. 12 Nova. 13 Omnibus modice utere. 14 Bonorum. 15 Vt tuis filiis poſt mortem tuam relinquas. 16 Multa linquendi filiis. 17 Meis bonis. More antiquorum accuſativum pro ablativo uſurpavit. 18 Nam ſi uxorem duxiſſem, ut tu putabas, mea bona non fuiſſent pro filiis tuis, ſed pro meis. 19 Patrimonii, ſcilicet, linquendi tuis liberis. 20 Detrahetur, minuetur. 21 Ex meis bonis. 22 Addetur, venerit tuis filiis. 23 Cum antea nihil ſperates bonorum meorum pro filiis tuis. 24 De re familiari, quam filii prodigunt, queri. 25 Vivendi rationem, & eorum malos mores, ſubaudi, expendamus. 26 Tace. Intercipit Micio Demeae ſermonem. 27 Quid velis dicere. 28 Eram dicturus, quod te velle dicere intelligo. 29 Indicia. 30 De futura probitate, aut improbitate hominum. 31 Eamdem rem, actionem. 32 Sine periculo, & reprehenſione. 33 Uni illorum, quia liberali ingenio praeditus eſt, nec facile corrumpi poteſt. 34 Alteri illorum. 35 Idem facere, quia indolis ſuae improbitate, obſequio abutitur. 36 Quae fit ab illis. 37 Unus illorum, qui facit eſt diſſimili indole ab alio.

1 *Quae ego eſſe in illis video: ut confidam* 2 *fore* 3 *ita*
Vt volumus. 4 *video ſapere*, 5 *intellegere*, 6 *in loco*
7 *Vereri*, 8 *inter ſe amare.* 9 *ſcire* 10 *eſt* 11 *liberum*
Ingenium, atque 12 *animum: quovis illos tu die*
13 *Reducas.* 14 *at enim metuas, ne* 15 *ab re ſint tamen*
Omiſſiores paulo. 16 *o noſter Demea,*
Ad omnia alia 17 *aetate ſapimus rectius:*
Solum unum hoc 18 *vitium adfert ſenectus hominibus,*
Attentiores ſumus ad 19 *rem omnei, quam ſat eſt:*
20 *Quod illos ſat aetas* 21 *acuet.* De. 22 *ne nimium modo*
Bonae tuae iſtae nos rationes, Micio,
Et tuus iſte animus aequus 23 *ſubvortat.* Mi. *tace,*
Non fiet. mitte jam iſthaec: 24 *da te hodie mihi:*
25 *Exporge frontem.* De. *ſcilicet, ita* 26 *tempus fert.*
Faciundum eſt: ceterum 27 *rus cras cum ſilio*
Cum primo 28 *luci.* Mi. *imo de nocte* 29 *cenſeo:*
Hodie 30 *modo hilarum te* 31 *face.* De. *& iſtam pſaltriam*
Una 32 *illuc mecum* 33 *hinc abſtraham.* Mi. 34 *pugnaveris.*
35 *Eo prorſus pacto* 36 *illi* 37 *alligaris ſilium,*

Mo-

1 Indicia homini inhaerentia, & ex quibus illius futuri mores deprehenduntur. 2 Tuos filios. 3 Tales, quales cupimus, nempe, optimis moribus praeditos. 4 Tuos liberos. 5 Conſiderare. 6 Quando res poſtulat, quando eſt opus. 7 Erubeſcere, timere. 8 Mutuo ſe amare. 9 Intelligere. 10 Licet, datur. 11 Liberale. 12 Tuorum liberorum. Senſus eſt; ex iis ſignis, quae in tuis liberis inſunt potes cognoſcere eorum indolem eſſe liberalem, & honeſtam; ideoque illis licere facere, quod aliis non item liceret. 13 Nempe, ad rectam vitam, & ad viam virtutis, quia in malo pertinaces non ſunt. 14 Occupatio, qua reſpondet argumento, quod illi objicere poterat Demea, nempe, rem familiarem ab illis negligi, & abſumi in conviviis. 15 Ne ſint paulo negligentiores tui filii in re familiari conſervanda. 16 Diluit objectionem, quam ſibi fecerat Micio, argumento ab aetatis beneficio deſumto. 17 Senectutis beneficio. 18 Avaritiae. 19 Rem familiarem conſervandam, augendamque. 20 Ad quod, nempe, ad quam attentionem conſervandae rei familiaris. 21 Incitabit, docebit. Metaphora a cote. 22 Subaudi, cave, vide, vel timeo 23 Subvertat. 24 Mihi obſequere, accomoda te voluntati meae. 25 Serena, explica frontem corrugatam prae triſtitia, ideſt, hilaris eſto. 25 Nuptiarum Aeſchini. 27 Ibo. 28 Antique pro luce, nempe, ſummo mane. *Lucem* veteres maſculino genere dicebant. 29 Nempe, te poſſe ire rus. 30 Dummodo. 31 Oſtende. 32 Rus. 33 Abducam invitam. 34 Rem magnam feceris, viceris. Ficta adprobatio. 35 Tali modo; nempe, adducendo mecum pſaltriam. 36 Pro illic, nempe, ruri. 37 Veluti ligatum detinebis Cteſiphonem propter pſaltriam.

Digitized by Google

1 *Modo facito ut illam ſerves.* De. *ego iſthuc 2 videro;*
3 *atque*
4 *Illi favillae plena, fumi, ac 5 pollinis.*
6 *Coquendo 7 ſit 8 faxo, & 9 molendo: praeter haec,*
Meridie ipſo faciam, ut 10 ſtipulam colligat.
Tam 11 excoctam reddam, atque atram, quam carbo eſt.
Mi. *placet:*
Nunc mihi videre ſapere. atque equidem filium
12 *Tum, etiam coges ut formam illius praedicet*
De. *Derides? fortunatus, qui iſto 13 animo ſies.*
14 *Ego ſentio.* Mi. *ab, 15 pergiſne?* De. *jam jam deſino.*
Mi. *I ergo intro, & 16, cui rei 17 eſt, ei rei hunc ſumamus*
diem.

SCENA IV.

Demea cum videat non probari vulgo ejus ſeveritatem, facilitatem, & clementiam in poſterum amplecti deliberat.

Demea.

De. *Nunquam ita quiſquam bene 18 ſubducta ratione ad*
19 vitam fuit,
Quin 20 res, aetas, 21 uſus ſemper aliquid apportet 22 novi,
Aliquid moneat: ut illa, quae te ſcire credas, 23 neſcias,
Et, quae tibi putaris 24 prima, in 25 experiundo ut repudies.
Quod mi evenit nunc. nam ego vitam duram, quam vixi uſque adhuc Pro-

1 Tantummodo. 2 Curabo. 3 Ordo eſt; *atque faxo, ut illi plena ſit favillae, fumi, & pollinis coquendo, & molendo.* 4 Cteſiphoni. 5 Farinae tenuioris, qua ſunt aſperſi molitores, & piſtores. 6 Quia culinae officiis ſerviet. 7 Piaſtria. 8 Faciam. 9 Frangendo fruges mola. 10 Spicas. 11 Solis calore deſiccatam, exuſtam. 12 Cum tam deformem reddideris illam. 13 Qui miſeriarum ſenſu cares. 14 Nempe te eſſe miſerrimum, 15 Jurgari. 16 Nempe nuptiis, 17 Eſt opus, ſeu licet ſumere. 18 Conſiderata recte vivendi via. Metaphora a calculatoribus. 19 Inſtituendam, nempe ad vivendum. 20 Experientia. 21 Exercitatio in modo vivendi. 22 Quod diſcat. 23 Neſcire, & neſciviſſe cognoſcas. 24 Praecipua, optima, ante alia eligenda. 25 In ea probando. Senſus hujus ſententiae eſt, nemo ſic exacte, & prudenter ſuam vitam inſtituit, ut experientia, atque aetate aliquid non diſcat novi, & ea, quae tanquam praecipua ſectanda, & facienda eſſe credebat, in agendo vero non immutet, ac corrigat.

Prope jam decurſo 1 *ſpatio mitto.* 2 *id quamobrem?* 3 *re ipſa repperi,*
4 *Facilitate nihil eſſe homini melius, neque clementia.* *id*
Eſſe verum, 5 *ex me, atque ex fratre cuivis facile eſt noſcere.*
Vitam ille ſuam ſemper egit in otio, in conviviis:
Clemens, placidus, 6 *nulli laedere os,* 7 *arridere omnibus:*
8 *Sibi vixit: ſibi ſumtum fecit. omnes bene* 9 *dicunt, amant.*
Ego ille agreſtis, ſaevus, triſtis, parcus, truculentus, 10 *tenax,*
Duxi uxorem. quam 11 *ibi miſeriam* 12 *vidi! nati filii,*
13 *Alia cura. eja autem, illis dum ſtudeo ut* 14 *quamplurimum*
15 *Facerem, contrivi in* 16 *quaerundo vitam, atque aetatem meam:*
Nunc exacta aetate hoc 17 *fructi pro labore ab iis fero,*
Odium. 18 *ille alter ſine labore patria potitur* 19 *commoda.*
Illum 20 *amant, me fugitant: illi credunt conſilia omnia:*
Illum diligunt: apud illum ſunt ambo, ego deſertu' ſum:
21 *Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem expectant ſcilicet.*
Ita eos meo labore 22 *eductos maxumo, hic fecit* 23 *ſuos*

Pau-

1 Meae vitae, nempe, in extrema ſenectute. 2 Subaudi, ſi quis a me quaerat, quamobrem faciam id, nempe, cur immutem priſtinam vivendi rationem? Quia ſecum loquitur Demea, ideo multa reticet, ait Donatus. 3 Sibi reſpondet Demea, unde ſubintellige, dicam quia re ipſa, ſcilicet uſu, experientia &c. 4 Comitate, benignitate, indulgentia 5 Scilicet, comparando me cum fratre meo.
6 Neminem praeſentem offendere, ſubaudi, ſolitus. Quia cum aliquis praeſens offenditur, ſtatim ejus os, ſeu facies rubore perfunditur, hinc *laedere os* pro aliquem praeſentem laedere dicitur. 7 Riſu plauſum, favorem, benignitatem oſtendere. 8 Suo more, arbitratu. 9 De illo. 10 Earum rerum, quae mihi, & amicis largiri debebam. 11 In conjugio. 12 Senſi, expertus ſum. 13 Qui filii ſunt mihi alia, ideſt, ſecunda cura, & ſolicitudo poſt uxorem, cujus cura praecipua eſſe debet marito. 14 Bonorum, pecuniae. 15 Subaudi, lucri, nempe, compararem, accumularem opes, quae illis relinquerem. 16 Bona pro filiis. 17 Pro fructus. Antique. 18 Micio.
19 Fruitur commodis, quae patres poſſunt a filiis percipere. *Potior* cum accuſativo veteri more ponitur. 20 Mei filii; enumerat illa commoda, quae a filiis recipit Micio 21 Pro illi; vetuſta dicendi formula; *optant illi*, ideſt, Micioni precantur mei filii longiorem vitam. 22 Educatos. 23 Sibi amantes, & addictos, tanquam ſi eſſent naturales filii ipſius.

Paulo ſumtu. miſeriam omnem ego capio, hic 1 *potitur gaudia.*
2 *Age age, jam experiamur porro* 3 *contra, ecquid ego poſſiem*
Blande dicere, aut benigne 4 *facere, quando* 5 *huc* 6 *provocat.*
Ego quoque a meis me amari, & magni pendi poſtulo.
Si id 7 *fit* 8 *dando atque* 9 *obſequendo, non* 10 *poſteriores feram.*
11 *Deerit? id mea minime refert, qui ſum natu* 12 *maxumus.*

SCENA V.

Demea Syro praeter naturam adulatur, & ridicule contra ingenium ſuum blandus eſſe conatur.

Syrus, Demea.

Sy. *Heus, Demea, rogat frater, ne abeas longius.*
De. 13 *Quis homo? o Syre noſter, ſalve, quid fit? quid agitur?*
Sy. *Recte.* De. *optume eſt.* 14 *jam nunc haec* 15 *tria primum addidi.*
Praeter naturam, 16 *o noſter; quid fit? quid agitur?*
17 *Servom haud inliberalem praebes te, & tibi*
Lubens bene 18 *faxim.* Sy. *gratiam* 19 *habeo.* De. *atqui, Syre,*
20 *Hoc* 21 *verum eſt, & ipſa re experiere* 22 *propediem.*

SCE-

1 Antique dictum, ut ſupra; fruitur gaudiis meorum filiorum, nempe amore, benevolentia illorum, aliiſque, quae ſupra retulit. 2 Demea adhortatur ſeipſum ad immutandos ſuos agreſtes mores. 3 Illam vitam aſperam, quam huc uſque duxi. 4 In liberos. 5 Ad hoc experiendum, nempe, ad amplectendam hanc lenitatem, & liberalitatem. 6 Me Micio. 7 Efficitur, comparatur. 8 Largiendo filiis. 9 Indulgendo. 10 Non agam poſteriores partes, hoc eſt, non ero ultimus in dando, & obſequendo, non ero inferior Micione, nec vincar ab illo, ſed primus ero in agendo. Metaphora a fabularum actoribus, quorum praecipui primas agere partes dicuntur, ſecundas, ac tertias, qui illis ſunt inferiores. 11 Subaudi, pecunia mihi, res familiaris, nimirum dando, & obſequendo. 12 Adeoque morti proximior, & qui paucioribus egeam. 13 Me vocat. 14 Haec ſubmiſſe, & apud ſe dicit. 15 Scilicet, verba. 16 Haec cum duobus ſequentibus ſunt tria verba, quae praeter ſuam conſuetudinem addidit, ut videretur comis, ac benignus, quamvis ſatis ridicule, & dure talia dicat, utpote qui contra ingenium ſuum conatur dicere. Itaque haec ſecum dicens, gratulatur de tam nova ſua urbanitate. 17 Servum haud malum, bonum, nempe, & honeſtum. 18 Faciam. 19 Pro tanta tua humanitate, qua me commendas, & auxilium tuum polliceris. 20 Quod dixi, nempe me benefacturum eſſe tibi. 21 Quaſi dicat; ne me jocari putes, ſed ſerio loquor. 22 Cito.

SCENA VI.

Ibant ad Micionem Geta cum Soſtrata, incidunt in Demeam, qui, ut Syro in priore ſcena, ita in hac, Getae inſulſe adulatur.

Geta, Demea.

Ge. 1 HEra, *ego huc* 2 *ad hos* 3 *proviſo*, 4 *quam mox virginem*
5 *Arceſſant. ſed eccum Demeam. ſalvos ſies.*
De. *Oh*, 6 *qui vocare?* Ge. *Geta.* De. *Geta, hominem* 7 *maxumi*
Pretii eſſe te hodie judicavi animo meo:
Nam is 8 *mihi eſt profecto ſervus ſpectatus ſatis,*
Cui dominus curae eſt, ita uti 9 *tibi ſenſi, Geta:*
Et tibi ob eam rem, ſi quid 10 *uſus venerit,*
Lubens bene 11 *faxim.* 12 *meditor eſſe affabilis,*
Et bene 13 *procedit.* Ge. *bonus es, cum* 14 *haec exiſtumas.*
De. *Paulatim* 15 *plebem primulum facio* 16 *meam.*

SCENA VII.

Demea blande Aeſchinum alloquitur, & ejus uxorem ipſis parietibus dirutis, ut via ſit commodior, adduci domum jubet.

Aeſchinns, Demea, Syrus, Geta.

Ac. OCcidunt *me equidem. dum nimi'* 17 *ſanctas nuptias*

S *Stu-*

1 Soſtratam alloquitur. 2 Ad ipſos, nempe Micionem & Aeſchinum. 3 Procedo, eo ad videndum. 4 Adverbium eſt, quam cito. 5 Sint accerſituri virginem, nempe Pamphilam, ut nuptiae celebrentur. 6 Quomodo? 7 *Hominem maximi pretii eſſe*, eſt hominem eſſe plurimi exiſtimandum. Ridicula & affectata affabilitas, ubi dominus ſervo blanditur 8 Juxta meam opinionem. 9 Nempe, tuum dominum eſſe curae. 10 Opus fuerit, ſi quid evenerit, in quo poſſim tibi prodeſſe. 11 Faciam tibi. 12 Conor, ſtudeo. 13 Iſta meditatio, ut quotidie efficiar magis amabilis. Haec dicit ſubmiſſa voce, & ſibi nova ſua humanitate gratulatur. 14 Quae de me dixiſti, credis. 15 Servos. 16 Mihi faventem, mei amantem; quaſi dicat a plebe initium ſumo conciliandi mihi homines, mox ad dominos aſcendam. 17 Solemnes, religioſa pompa apparatas. *Sanctae nuptiae* dicuntur, quae ſecundum ritus ac ceremonias inſtituuntur.

Student 1 *facere, in apparando conſumunt diem.*
De. *Quid agitur, Aeſchine?* Ae. *hem, pater mi, tu hic eras?*
De. *Tuus hercle vero &* 2 *animo, & natura pater,*
Qui 3 *te pluſquam oculos hoſce. ſed cur non domum*
Vxorem arceſſis? Ae. *cupio: verum hoc mihi morae eſt,*
4 *Tibicina, &* 5 *hymenaeum* 6 *qui cantent.* De. *eho,*
7 *Vin' tu* 8 *huic ſeni auſcultare?* Ae. 9 *Quid?* De 10 *miſſa haec face,*
Hymenaeum, 11 *turbas,* 12 *lampadas, tibicinas:*
Atque hanc in horto 13 *maceriam jube dirui*
14 *Quantum poteſt:* 15 *hac* 16 *transfer,* 17 *unam fac domum:*
Transduce & 18 *matrem & familiam omnem ad nos.* Ae. *placet,*
Pater lepidiſſime. De. *euge, jam lepidus* 19 *vocor.*
Fratri 20 *aedes fient* 21 *perviae:* 22 *turbam domum*
23 *Adducet, ſumtum* 24 *admittet:* 25 *muita: quid* 26 *mea?*
Ego 27 *lepidus* 28 *ineo gratiam. jube nunc jam*
Dinumeret 29 *illi* 30 *Babylo viginti minas.*

Sy-

1 Celebrare. 2 Amore paterno. 3 Nempe, amo. 4 Qui, ſcilicet, expectatur; erat tibicina mulier tibia canere ſolita in nuptiis. 5 Hymnum, carmen nuptiale epithalamicum ab Hymenaeo nuptiarum deo ſic dictum. 6 Homines in arte canendi periti. 7 Vis ne? 8 Mihi. 9 In quo vis me tibi auſcultare? 10 Omitte pompas, quas dicis. 11 Hominum nuptias comitantium & convivarum. 12 Faces nuptiales, quas quinque pueri patrimi, & matrimi ferebant, dum uxor in mariti domum ducebatur. 13 Parietem, murum, vel congeriem lapidum in unum compactorum ſine caemento, ut ferme ſunt muri illi, quibus vinae claudi ſolent. Apparet in horto Micionis hujuſmodi murum fuiſſe interſecantem domum Micionis, & proximam domum Soſtratae. 14 Quanta celeritate fieri poteſt. 15 Per hanc viam, per hanc maceriam dirutam. 16 Ad nos ſponſam. 17 Diruendo muros ſejungentes domus veſtras, effice ut ire poſſimus de domo in domum, ut ſi eſſet una domus. 18 Soſtratam. 19 Nempe, a filio. Haec ſecum dicit tibi blandiendo. 20 Soſtratae. 21 Patentes, diruta nempe maceria. 22 Feminarum. 23 Micio. 24 Adjunget, auget; ideſt facie ſumtus longe majores ſolito. 25 Alia faciet. 26 Subaudi, refert? Nam haec omnia fient ſumtu Micionis. 27 Qui modo ſuavis in converſando evaſi. 28 Amicos comparo, concilio: *inire gratiam* eſt amicitiam ſibi conciliare. 29 Aeſchino. 30 Micionem frater Babilonem ob nimiam liberalitatem agnominat, quaſi prodigum & profuſum. *Turnebus.* Alii *Babilo* nomen cujuſdam foeneratoris eſſe contendunt, a quo pecuniam peti velit. Veteres enim pecuniam non in arca repoſitam habebant, ſed ad argentarios deferebant, ut inde quotannis uſuram reciperent.

Syre, ceſſas ire, ac 1 *facere?* Sy. *quid* 2 *ergo?* De. 3 *dirue:*
4 *Tu,* 5 *illas; abi, &* 6 *transduce.* Ge. *dii tibi, Demea,*
Bene 7 *faxint, cum te video* 8 *noſtrae familiae*
Tam ex animo 9 *factum velle.* De 10 *dignos arbitror.*
11 *Tu quid* 12 *ais?* Ae. *ſic* 13 *opinor.* De. *multo* 14 *rectiu' eſt,*
Quam illam puerperam nunc duci huc per viam
15 *Aegrotam.* Ae. *nihil enim vidi* 16 *melius, mi pater.*
De. *Sic* 17 *ſoleo. ſed eccum, Micio egreditur foras.*

SCENA VIII.

Demea immodica liberalitate priſtinam parcitatis labem conatur eluere, & non ſine riſu praeter naturam comis, & liberalis eſſe ſtudet.

Micio, Demea, Aeſchinus.

Mi. 18 *Iubet frater? ubi is eſt?* 19 *tu jubes hoc, Demea?*
De. *Ego vero* 20 *jubeo, &* 21 *hac re, & aliis omnibus*
Quam 22 *maxume unam* 23 *facere nos hanc* 24 *familiam;*
25 *Colere, adjuvare* 26 *, adjungere.* Ae. 27 *ita quaeſo, pater.*
Mi. *Haud aliter* 28 *cenſeo.* De. *imo hercle ita* 29 *nobis* 30 *decet.*

1 Quod tibi imperavi. 2 Facerem. 3 Maceriam. 4 Geta. 5 Soſtratam filiam ejus, & familiam. 6 In hanc domum Micionis. 7 Faciant. 8 Soſtratae, cujus erat ſervus Geta. 9 *Factum velle* eſt favere, bene cupere, noſtris commodis ſtudere. 10 Scilicet, vos eſſe cum ceteris de familia, quibus talia fiant, nempe, ut maceria diruatur, & veſtra familia ad nos deducatur. 11 Aeſchine. 12 De meo conſilio diruendi maceriam. 13 Vt tu dicis. 14 Melius eſt, nempe maceriam dirui, & illac traduci uxorem. 15 Propter recentem partum. 16 Hoc tuo conſilio. 17 Nempe, bene conſulere, ſuadere. Formula plaudendi ſibi, non ſine ironia tamen, quaſi aedes ſuas in filiorum gratiam diruere ſit ſolitus Demea.

18 Demea juſſerat dirui in horto maceriam, quod nunc fieri videns Micio, rogat quamobrem id fiat, Syrus ita juſſiſſe Demeam reſpondet, unde Micio dicit Syro *jubet Frater?* nempe, dirui maceriam. Ii ſermones inter ſcenas fieri videntur. 19 Viſo Demea illum alloquitur Micio. 20 Volo, cupio id. 21 Diruptione maceriae 22 Quantum fieri poteſt. 23 Subaudi, volo, cupio. 24 Soſtratae familiam cum noſtra. 25 Volo nos amare hanc familiam. 26 Eam nobis per affinitatem. Hoc dicit Demea, ut ſibi ſenſim aperiat viam ad Micionem perſuadendum ut Soſtratam ducat. 27 Fiat ut dicis. 28 Quam tu judicas, nempe, idem tecum ſentio. 29 Pro nos, Graeciſmus. 30 Facere, ſcilicet, ut dixi.

1 *Primum hujus uxoris eſt mater* . Mi. *quid* 2 *poſtea?*
De. *Proba* & 3 *modeſta* . Mi. *ita ajunt* . De. 4 *natu grandior* .
Mi. *Scio* . De. *parere jam diu haec* 5 *per annos non poteſt:*
Nec, qui eam 6 *reſpiciat, quiſquam eſt: ſola eſt* . Mi. *quam* 7 *hic rem agit?*
De. *Hanc te aequom eſt ducere*, 8 & *te operam, ut* 9 *ſiat, dare* .
Mi. 10 *Me* 11 *ducere autem?* De. *te* . Mi. *me?* De. *te, inquam.* Mi. *ineptis* . De. 12 *ſi tu ſis homo,*
13 *Hic faciat* . Ae. 14 *mi pater* . Mi. *quid? tu autem* 15 *huic, aſine, auſcultas?* De. *nihil* 16 *agis*,
Fieri aliter non 17 *pote* . Mi. *deliras* . Ae. *ſine te exorem, mi pater* .
Mi. *Inſanis?* 18 *aufer* . De. *age*, 19 *da veniam filio* . Mi. 20 *ſati' ſanus es?*
Ego novus maritus anno demum quinto & ſexageſimo
Fiam, atque anum decrepitam ducam? 21 *id ne eſtis* 22 *auctores mihi?*
Ae. 23 *Fac*, 24 *promiſi ego* 25 *illis* . Mi. 26 *promiſti autem? de te* 27 *largitor, puer* .
De. *Age*, 28 *quid*, 29 *ſi quid te majus oret?* Mi. *quaſi non* 30 *hoc ſit maxumum* .
De. 31 *Da veniam* . Ae. *ne* 32 *gravere* . De. *fac*, 33 *promitte* . Mi. *non* 34 *omittis?*

Ae.

1 Decet nimirum Soſtratam apud nos eſſe, & ex duabus fieri unam familiam: primum quia eſt mater *uxoris*, nempe Pamphilae. *hujus*, nempe Aeſchini. 2 Vis ex hoc inferre? 3 Eſt Soſtrata. 4 Annoſa. 5 Propter ſenectutem. 6 Adjuvet, tueatur, quia eſt anus. 7 Demea. Quam rem hoc ſermone meditatur? 8 Aeſchine. 9 Hoc conjugium. 10 Scilicet, aequum eſt? 11 Soſtratam in uxorem. 12 O Aeſchine. 13 Effice perſuade, ut hic, nempe Micio, faciat id 14 Blanditur ei, quaſi dicat, ſecunda noſtra vota. 15 Demeae. 16 Proficis, fruſtra repugnas. 17 Quin Soſtratam in uxorem ducas. 18 Nempe te, id eſt, abi, apage, vel aufer manum, qua mihi blandiris. 19 Praeſta hoc beneficium filio, concede quod petit. 20 Satis ne es tui compos? 21 Ad id. 22 Suaſores. Elegans forma, *auctor eſſe alicui*, pro eum ſuadere. 23 Has nuptias. 24 Te id facturum. 25 Soſtratae, & filiae. 25 Promiſiſti de me? 27 Largire, promitte liberaliter tua, non aliena. 28 Scilicet, faceres. 29 Si Aeſchinus petat a te aliquid majus? 30 Ducere anum decrepitam. 31 Sine te exorari, concede quod petit filius. 32 Ne tibi ſit grave, ac moleſtum id facere, vel ne te difficilem, inexorabilem praebeas in hac re. 33 Te ducturum Soſtratam. 34 Nempe me, manu enim prehenſum tenebat Aeſchinus.

Ae. 1 *Niſi te exorem.* Mi. 2 *vis haec quidem eſt.* De. *age,*
3 prolixe Micio.
Mi. *Etſi 4 hoc pravom, ineptum, 5 abſurdum, atque alienum a 6 vita mea*
Videtur; ſi vos tantopere iſthuc voltis, fiat. Ae. *bene facis:*
Merito te amo. De. *7 verum quid? quid ego dicam? hoc 8 conſit quod volo.*
Quid nunc 9 quod reſtat? Hegio cognatus 10 his eſt proxumus,
11 Affinis nobis, pauper. bene nos aliquid 12 facere illi decet.
Mi. *Quid, facere?* De. *agelli eſt hic 13 ſub urbe 14 paulum, quod locitas 15 foras:*
Huic 16 demus, 17 qui 18 fruatur. Mi. *paulum 19 id autem?*
De. *20 ſi multum ſiet,*
Faciundum eſt: 21 pro patre 22 huic eſt, bonus eſt, 23 noſter eſt, recte datur.
24 Poſtremo 25 non meum illud verbum facio, quod tu, Micio,
Bene, & ſapienter dixti dudum: vitium commune omnium eſt,
Quod nimium ad 26 rem in ſenecta attenti ſumus. hanc maculam 27 nos decet

1 Non te omittam, niſi exorando impetrem, quod peto.
2 Haec poſtulatio eſt certe vis, & coacta impulſio. Phraſis quaſi proverbialis apud veteres, cum violenter tractarentur. 3 Benigne, liberaliter, nempe promitte. 4 Conjugium. Victus tandem Micio conſentit. 5 Non rectum, quia ſum ſenex. 6 Inconveniens, quod ſemper vixi caelebs 7 Scilicet, amplius faciendum proponam, quoniam quae volui, & propoſui facta ſunt? Verba ſunt Demeae ſecum loquentis, & plaudentis propter expugnatum Micionis animum, & meditantis novam comitatis laudem, unde mox de Hegione in mentem illi venit. 8 Conficitur quod volo, nempe, ut Soſtrata ſit uxor Micionis.
9 Proponendum, faciendum?
10 Soſtratae, & Pamphilae uxori filii tui. 11 Propter nuptias; nam uxoris cognati marito affines ſunt. 12 Benefacere nos decet Hegioni. 13 Prope urbem. 14 Nempe, exiguum praedium. 15 Alicui ignoto, & alieno locas Locum pro perſona poſuit. 16 Hunc agellum. 17 Vt.
18 Fructum ex eo capiat, non ut proprietatem habeat. 19 Id praedium eſt autem paulum, ut dicis? 20 Etiamſi multum agelli eſſet, illi tamen dandum.
21 Loco patris propter affectionem. 22 Pamphilae nurui.
23 Nobis affinitate, vel amicitia junctus. 24 Provocat Demea Micionem ad ſui ipſius teſtimonium, & ſententiam, ut eum magis urgeat, & convincat.
25 Senſus eſt; non facio meum, id eſt, non adhibeo, non ſequor tanquam ortum a me, ſed a te, illud verbum, nempe illam tuam ſententiam. 26 Familiatem augendam. 27 Avaritiae.

Effugere: 1 *dictum eſt vere, & re ipſa fieri oportet, Micio.*
Mi. *Quid iſthic?* 2 *dabitur, quandoquidem* 3 *hic volt.*
Ae. 4 *mi pater.*
De. *Nunc tu mihi germanus es pariter corpore & animo.* Mi. *gaudeo.*
De. *Suo* 5 *ſibi gladio hunc jugulo.* ———————

SCENA IX.

Servis libertas, filiis dantur uxores, cauſſam etiam cur tam repente mores mutaverit refert Demea, ubi ſaeculum corruptum, & conſuetudinem aſpernandam reprehendit.

Syrus, Demea, Micio, Aeſchinus.

Sy. ——— *Factum eſt, quod* 6 *juſſi, Demea.*
De. *Frugi homo es. ego aedepol hodie mea quidem ſententia,*
Iudico Syrum fieri aequom liberum. Mi. 7 *iſthunc liberum?*
Quodnam ob 8 *factum?* De. 9 *multa.* Sy. *o noſter Demea,*
aedepol vir bonu' es:
Ego 10 *iſtos* 11 *vobis uſque a pueris curavi ambos ſedulo,*
Docui, monui, bene praecepi ſemper quae potui omnia.
De. *Res* 12 *apparet. & quidem* 13 *porro,* 14 *opſonare, cum fide*
Scortum adducere, apparare 15 *de die convivium:*
Non mediocris hominis haec ſunt officia. Sy. 16 *o lepidum caput!*

De.

1 A te. 2 Agellus Hegioni. 3 Demea. 4 Blandientis eſt, & plaudentis. 5 Iſtud *ſibi* redundat per Pleonaſmum, & a veteribus elegantiae cujuſdam cauſſa addebatur, & dicitur *ſuo ſibi* pro ſuo ipſius. Senſus eſt: occido, neco fratrem gladio proprio ſibi, ideſt, ſuis ipſum verbis, & ſententiis convinco; nam ſuperius lenitate, & liberalitate veluti armis uſus fuerat Micio in Demeam, & modo iiſdem virtutibus utitur Demea in Micionem, ut ſe liberalem praebeat. Dicitur *ſuo gladio jugulari*, qui ſuis dictis, & proprio quaſi teſtimonio convincatur; deſumta Metaphora a militibus, qui ſuis ipſorum telis aliquando in pugna confodiuntur. 6 Juſſiſti, nempe diruta eſt maceria. 7 Nempe, judicas aequum fieri? 8 Benefactum. 9 Ob multa benefacta. 10 Aeſchinum, & Cteſiphonem. Enumerat benefacta. 11 In veſtrum commodum. 12 Patet. Irridet Demea Syrum, ſic tamen, ut ſerio agere videatur. 13 Haec ſunt, quae eos docuiſti. 14 Cibos exquiſitos emere. 15 Medio die, interdiu. Turpe veteribus erat medio die convivium apparare, & dumtaxat veſperi cibum ſumebant. 16 O homo feſtive, & jucunde! Praecipuam partem pro homine poſuit.

De. *Poſtremo hodie in pſaltria iſta emunda hic adjutor fuit,*
Hic curavit: prodeſſe aequom eſt: 1 *alii meliores erunt:*
Denique 2 *hic volt* 3 *fieri.* Mi. *vin'* 4 *tu hoc fieri?* Ae. *cupio.* Mi. *ſi quidem*
Tu vis, Syre, eho 5 *accede huc ad me,* 6 *liber eſto.* Sy. *bene facis:*
Omnibu' gratiam habeo, & 7 *ſeorſum tibi praeterea, Demea.*
De. *Gaudeo.* Ae. *& ego.* Sy. *credo. utinam hoc perpetuum fiat gaudium, ut*
8 *Phrygiam uxorem meam una mecum videam liberam.* De. *optumam*
9 *Mulierem quidem.* Sy. *& quidem nepoti tuo* 10 *hujus filio*
Hodie 11 *primam mammam dedit haec.* De. *hercle vero* 12 *ſerio,*
Siquidem 13 *primam dedit, haud dubium quin* 14 *emitti aequom ſiet.*
Mi. 15 *Ob eam rem?* De. *ob eam: poſtremo a me argentum,* 16 *quanti eſt, ſumito.*
Sy. *Dii tibi, Demea, omnes ſemper omnia optata adferant.*
Mi. *Syre,* 17 *proceſſiſti hodie pulcre.* De. *ſiquidem porro, Micio,*
Tu 18 *tuum officium facies, atque* 19 *huic* 20 *aliquid paulum* 21 *prae manu*
Dederis, 22 *unde utatur.* 23 *reddet tibi cito.* Mi. 24 *iſthoc vilius.*

1 Servi ob iſtud beneficium, quo Syrus donabitur, erunt diligentiores ad munus ſuum obeundum. Jocoſa laus & irriſoria. 2 Aeſchinus. 3 Vt Syrus libertate donetur. 4 Aeſchine? 5 Vt te circumagam, qui ritus in manumiſſione uſitatiſſimus erat. 6 In manumiſſione dominus caput, aut aliud membrum ſervi tenens dicebat, *hunc hominem liberum eſſe volo.* 7 Praecipue, nominatim. 8 Nomen gentile uxoris Syri ſecundum veteres, qui ſervis nomina pro nationibus imponebant. 9 Cognovi eam eſſe. 10 Aeſchini. 11 Prima dedit mammam. 12 Tria ſunt adverbia idem affirmantia, non ſine ironia ob ridiculum meritum, ſiquidem oportuerit primam eſſe quamcunque.
13 Mammam. 14 Extra ſervitutem, liberam fieri. 15 Quaſi dicat ob tam exiguam rem debet fieri libera? 16 Quanto pretio Phrygia emta eſt, vel aeſtimabitur. 17 Res tibi bene cecidit, rem bene geſſiſti, nam liber cum uxore factus es. Italice; *oggi ti è andata bene.* 18 Nempe, officium patroni, ut libertum non deſeras, ſed ut alas manumiſſum. 19 Syro. 20 Pecuniae. 21 In manu, in promptu. 22 Qua pecunia utatur ad aliquid lucrifaciendum. 23 Sortem pecuniae, quam dederis illi. 24 Non dabo illi quidquam vilius iſthoc, & haec dum dicit, vel ſummum digitum, vel floccum, aut aliud quidpiam oſtendit. Alii ita interpretantur; Syrus eſt vilior iſto flocco &c. adeoque non reddet.

Ae. *Frugi* 1 *homo eſt*. Sy. 2 *reddam hercle. da modo.*
Ae. *age, pater*. Mi. *poſt* 3 *conſulam.*
De. 4 *Faciet*. Sy. 5 *o vir optime*. Ae. *o pater mi feſtiviſſime.*
Mi. *Quid* 6 *iſthuc? quae res tam repente* 7 *mores mutavit tuos?*
Quod 8 *prolubium? quae iſthaec ſubita eſt largitas?* De.
9 *dicam tibi.*
Vt 10 *id oſtenderem, quod te* 11 *iſti facilem, & feſtivum putant,*
Id non fieri ex 12 *vera vita, neque adeo, ex* 13 *aequo & bono,*
Sed ex 14 *aſſentando, indulgendo, & largiendo, Micio.*
Nunc adeo, ſi 15 *ob eam rem vobis mea vita inviſa eſt, Aeſchine,*
16 *Quia non juſta injuſta prorſus omnia omnino obſequor:*
Miſſa 17 *facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet.*
18 *Sed, ſi id voltis potius, quae vos propter adoleſcentiam*
Minu' videtis, magis impenſe cupitis, conſulitis parum,
Haec reprehendere, & corrigere me, obſecundare in loco;
19 *Ecce me, qui id faciam vobis*. Ae. *tibi, pater,* 20 *permittimus;*
21 *Plus ſcis, quid facto opus eſt. ſed de fratre quid fiet?*
De. 22 *ſino,*
Habeat. finem in iſthac faciat. Ae. *iſthuc recte. plaudite.*

1 Syrus. 2 Pecuniam. 3 Videro, deliberabo de hac re. 4 Micio faciet quod petis, dabit nempe pecuniam. 5 Scilicet, Demea. 6 Rei eſt? 7 Qui antea erant rigidi, agreſtes, nunc lenes, & liberales ſunt. 8 Promptus, ac lubens animus ad largiendum? Ab imperſonali lubet, prolubet. 9 Quare mutaverim mores. 10 Per id, & ordo eſt: ut oſtenderē per id, nempe per hanc mutationem morum. 11 Filii mei. 12 Ex vera vivendi ratione, vera, & laudabili facilitate naturae ſuae. 13 Ex vera aequitate. 14 Senſus eſt; ego mutavi mores, ut oſtenderem tibi, quod ſi filii mei te benignum exiſtimant, non id exiſtimant ob veram virtutem, & bonitatem, quae in te reperiatur, ſed ut illis indulgeas, & largiaris quod cupiunt. 15 Quia nolo aſſentari, indulgere, largiri. 16 Quia obſequendo vobis non concedo prorſus iſta omnia, ſive juſta, ſive injuſta ſint, ut concedit frater. 17 Nempe, omnia ad veſtrum arbitrium. 18 Ordo eſt. Sed ſi *vultis potius id*, nempe me *reprehendere*, & *corrigere*, & *obſecundare in loco*, nempe, ubi decet, *haec quae minus videtis*, ſcilicet non intelligitis, non animadvertis *propter adoleſcentiam*, id eſt, propter inſcitiam, & affectus, quibus ea aetas eſt obnoxia, *& quae magis impenſe cupitis, & parum conſulitis*. 19 Habetis me paratum ad haec facienda. 20 Scilicet, omnia tuae poteſtati. 21 Quam nos, quia es homo ſenex. 22 Permitto, ut habeat, ducat pſaltriam uxorem.

FINIS ADELPHORVM.

L. ANNAEI SENECAE

TROADES

CVM ANIMADVERSIONIBVS ET INTERPRETATIONIBVS

EVERARDI AVDRICHII

DE CL. REG. SCHOLARVM PIARVM.

Non auſim Graecam *Euripidis tragoediam, cui nomen* Τρωά-δες ullo modo, ſive diſpoſitionem ſpectes, ſive πάθος, ſive gravitatem & auguſtum pondus ſententiarum, cum iſta conferre. Etiam in Choris noſter *Seneca* vincit, quos ex paucis Graecis verbis, quae ſparſim leguntur, fecit alios & plane divinos.

Heinſius in Sen. Tro.

Ex omnibus Senecae tragoediis plurimum mihi ſemper placuerunt Troades.

Muretus Var. lect. lib. 16. cap. 15.

IVLIO . DE . RICCIO
PATRICIO . FLORENTINO
ECCLESIAE . METROPOLITANAE . CANONICO
ET . FLORENTINI . ARCHIEPISCOPI
VICARIO . GENERALI
QVOD
QVIDQVID . RELIGIONIS . IN . ECCLESIASTICO . VIRO
INTEGRITATIS . IN . SVMMO . IVDICE
DOCTRINAE . IN . HOMINE . LITTERATISSIMO
ESSE . POTEST
IPSE . IN . SE . VNO . MIRIFICE . CONSOCIAVIT
SVMMAM . PIETATEM . SVMMAM . AEQVITATEM
ATQVE . PRVDENTIAM
SACRARVM . ET . PROFANARVM . LITTERARVM
GRAECAM . LATINAM . QVE . ERVDITIONEM
GRAVISSIMARVM . ET . AMOENIORVM . FACVLTATVM
EXIMIAM . COGNITIONEM
QVOD . OPTIMIS . CONSILIIS
ET . SAPIENTISSIMIS . RESPONSIS
PVBLICE . IVRE . ADMINISTRANDO
ECCLESIAE . MAIESTATEM . DIGNITATEM . QVE
PATRIAE . FELICITATEM . PLVRIMVM . IVVIT
TOTA . ETRVRIA . ATQVE . ETIAM . ALIBI
CELEBRATISSIMO
EVERARDVS . AUDRICHIVS
SVAS . IN . SENECAE . TROADAS
ANIMADVERSIONES . ET . INTERPRETATIONES
L. M. Q. C.

Digitized by Google

L. ANNAEI SENECAE TROADES.

ARGVMENTVM.

TRoja bello decennali everſa, inde cum Graeci vellent ad ſua remeare, vento contrario claſſis eorum detinetur. Noctu apparet Achilles Talthybio, arguens Graecos, quod redire vellent, inferiis ſibi debitis nondum celebratis, praecepitque ut Polyxena Priami & Hecubae filia occideretur ad ſuum tumulum. Quam cum Pyrrhus Achillis filius ab Agamemnone peteret, rex ſe difficilem exhibuit, negavitque, ſe, ut regia virgo in inferias mactaretur, permiſſurum. Qua de re orto cum Pyrrho jurgio, intervenit vates Calchas ſuper detentione Grajae claſſis conſultus, qui Polyxenam omnino Achilli immolandam pronunciat, unaque Aſtyanacten parvum Hectoris & Andromachae filium occidendum, quem a matre abſconditum reddi compulit Vlyſſes, & eum de altiſſima turri praecipitavit. Pyrrhus vero Polyxenam de gremio matris ereptam, & ritu cultuque ſponſae ad patris tumulum deductam occidit.

DRAMATIS PERSONAE.

HECVBA.	PYRRHVS.
CHORVS TROADVM.	ANDROMACHA.
TALTHYBIVS.	SENEX.
AGAMEMNON.	VLYSSES.
CALCHAS.	ASTYANAX.
HELENA.	NVNCIVS.

Perſonae mutae.

POLYXENA.

ACT.

ACTVS PRIMVS.

Hecuba patria, regno, viro, liberis viduata ſuam calamitatem luget, monetque ſuo exemplo ne quis fortunae magnae nimium confidat.

Hecuba.

Quicumque regno fidit, & magna potens
Dominatur aula, nec 1 *leves metuit deos,*
Animumque rebus credulum laetis dedit;
Me videat, & te, Troja. non unquam tulit
Documenta Fors majora, quam fragili loco
Starent 2 *ſuperbi. columen everſum* 3 *occidit*
Pollentis Aſiae, 4 *caelitum egregius labor.*
Ad cujus 5 *arma venit, &* 6 *qui frigidum*
Septena 7 *Tanain ora pandentem bibit;*
Et qui renatum 8 *primus excipiens diem*
9 *Tepidum* 10 *rubenti* 11 *Tigrin immiſcet freto;*

Et

1 *Dii leves* ponuntur pro fortuna inconſtanti, quae cito dat, & data citius aufert. Scaliger Epicureum Senecam facit, quod *deos leves* dicat. At hoc nomen *levis* neque ex ſententia Epicuri poteſt tribui Deo. Si enim juxta Epicurum Deus eſt tranquillus, quietus, ſepoſitus, ſe contentus, nulli negotio miſcetur, cur dicatur *levis*? *Gronovius*. 2 Principes Trojani, qui ſuperbi dicuntur, quod nobiles, & potentes erant, cum hujuſmodi hominum commune vitium ſit ſuperbia. 3 Ruit. 4 Deorum, nempe, Neptuni, & Apollinis, qui conducti a Laomedonte, ſeu potius Ilo, moenibus cinxere Ilium. Notandum tamen non omni ex parte illa moenia a diis exeructa; nam cum fata ſtatuiſſent Trojam dirui, & crederent inexpugnabilem futuram, ſi muros integros dii aedificarent, Aeaco partem laboris demandarunt.

5 Armorum ſubſidia. 6 Rheſus Thraciae rex, qui ad auxilium Trojae cum exercitu ſuo venit. 7 Fluvius eſt Sarmatiae Europaeae in Moſcovia, italice *la Tana*, antiquus limes inter Aſiam, & Europam, qui in paludem Maeotidem ſe exonerat. Hecuba tribuit huic fluvio ſeptem oſtia, quod proprium eſt Iſtri, ſed hoc tribuendum mulieris imperitiae. Poetae inducunt tales ſaepe ſermones, quales ſunt loquentes. 8 In Oriente poſitus. Alii *pronus* legunt, & Memnonem Tithoni, & Aurorae filium intelligunt, qui ex Aethiopia Trojam venit, dux Perſarum, qui ſolem orientem proni adorabant. 9 Quia ad regionem tepidam fluentem. 10 Aurorae, ſeu ſolis orientis rubore perfuſo. Tigris enim in mare Perſicum, non in mare rubrum influit, niſi hic error, ut ſupra, imperitiae mulieris tribuendus ſit. 11 Fluvium in Armenia majori,

qui

Et 1 quae 2 vagos 3 vicina proſpiciens 4 Scythas
5 Ripam catervis Ponticam 6 viduis 7 ferit.
Exciſa ferro eſt 8 Pergamum. 9 incubuit ſibi.
En 10 alta muri decora 11 congeſti jacent
Tectis aduſtis. regiam flammae ambiunt;
Omniſque late fumat Aſſaraci 12 domus.
Non prohibet avidas flamma victoris manus;
Diripitur ardens 13 Troja. nec caelum patet
14 Vndante fumo. nube ceu denſa obſitus,
Ater favilla ſquallet 15 Iliaca dies.
Stat 16 avidus irae victor, & 17 lentum Ilium
Metitur oculis, ac decem tandem ferus
18 Ignoſcit annis. horret afflictam quoque;
Victamque quamvis videat, haud credit ſibi
Potuiſſe vinci. ſpolia populator rapit
Dardania. praedam 19 mille non capiunt rates.
Teſtor deorum numen adverſum mihi;
Patriaeque cineres; 20 teque rectorem Phrygum,

Quem

qui magnam Aſiae partem perfluens in ſinum Perſicum ſe exonerat. Eſt rapidiſſimus, unde & nomen habet: ſagittam enim Perſae Tigrin appellant; & hinc ferae nomen factum. 1 Penthesilea Amazonum regina indicatur, quae in auxilium Trojanorum venit. 2 Errantes: Scythiae enim incolae, Nomades a paſcendis gregibus dicti, plauſtris pro domibus utuntur, & nova quaerentes paſcua murant aſſidue loca. 3 Amazonum regio ad Scythas vergebat, hinc Penthesilea illis vicina, eoſque proſpicere dicitur. 4 Populi regionis vaſtiſſimae ad Septentrionem. 5 *Ripam Ponticam*, litus maris Pontici. 6 More viduarum ſine maritis degentibus: Amazones enim aſpernabantur connubia. 7 Percutit, aut pedibus, aut armis, nam dum armati ſubſiſtunt, haſtis ſuis terram feriunt. 8 Ab altitudine dicta, Troadis civitas, ipſum ſcilicet Ilium. Alia Pergamus, Attalicis regibus nobilitata, & inventione Pergameni, teſte Plinio: aliud etiam Pergamum Idae promontorium. Servius auctor eſt ipſas arces Trojae, atque adeo alta loca omnia, Pergama olim vocata. 9 Corruit in ſe, in cinerem reſoluta eſt. 10 Turres, pinnae &c. 11 Opera deorum. 12 Ilium, ubi regnavit Aſſaracus, qui Trois filius fuit, quique genuit Capin, ex quo natus Anchiſes pater Aeneae. 13 Trojanae divitiae rapiuntur ex Troja, licet ardente. 14 Vndatim ad caelum aſcendente. 15 Vapore & flamma ex Ilio incenſo erumpente.
16 Ideſt, iracundus. Sicut *irae properus* apud Tacitum. 17 Troja lenta fuit Graecis, nam per decem annos eam oppugnarunt. 18 Non aegre fert, ſi niſi poſt decennalem obſidionem capere potuerit, cum videat magnitudinem & fortitudinem urbis. 19 Numerus claſſis, quae dicitur veniſſe ad bellum Trojanum. 20 O Priame.

Quem Troja 1 toto conditum regno tegit,
2 Tuoſque manes, 3 quo ſtetit ſtante Ilion;
Et vos meorum liberûm magni 4 greges,
Vmbrae 5 minores. quidquid adverſi accidit,
Quaecumque 6 Phoebas ore 7 lÿmphato furens,
Credi Deo vetante, praedixit mala,
8 Prior Hecuba vidi gravida, 9 nec tacui metus,
Et 10 vana vates ante 11 Caſſandram fui.
Non cautus ignes 12 Ithacus, aut Ithaci 13 comes
Nocturnus in vos ſparſit, aut 14 fallax Sinon.
15 Meus ignis iſte eſt. facibus ardetis meis.
16 Sed quid ruinas urbis everſae gemis
Vivax ſenectus? reſpice infelix ad hos
Luctus recentes. Troja jam vetus eſt malum.
Vidi execrandum 17 regiae caedis nefas,
Ipſaſque ad 18 aras majus admiſſum ſcelus
19 Ajacis armis: cum ferox 20 ſaeva manu Co-

1 Quia cum eo totum regnum interiit. 2 O Hector. 3 Eo vivo, & pugnante Ilion reſtitit Grajis. 4 Quia dicitur habuiſſe quinquaginta filios. *Quinquaginta illi thalami ſpes tanta nepotum* Virg: Sed teſte Cicerone Tuſ. lib. 1. ex legitima uxore ſeptendecim. 5 Gloria in primis & dignitate, quamvis & aetate. 6 Phoebi ſacerdos, nempe Caſſandra filia Priami. Haec cum a Phoebo diligeretur vaticinandi peritiam ab illo accepit, ſed cum ei conſentire nollet, fecit Deus, ut vaticiniis ſuis nemo crederet, quare cum praedixiſſet excidium Trojae, fidem non invenit. 7 Furore percito. *Limphatus* dicitur, qui aquam timet, eoque vitio correptus huc illuc diſcurrit, hinc pro furioſo ponitur: vel a lympha, quod a Νύμφη, quia credebant veteres, Nimphas, ſi conſpicerentur in aquis, furorem immittere. 8 Cum utero Paridem geſtarem; nam eo tempore Hecuba ſomniaverat ſe accenſam facem parere, quae totam patriam inflammaret. 9 Quia ſomnium indicaverat marito. 10 Non credita aeque ac Caſſandra. 11 Quod nondum natam. 12 Vlyſſes Ithacae dux. 13 Diomedes, cui Vlyſſes comes fuit nocte illa, qua explorata, & capta ſunt tentoria Rheſi cum equis, ipſo interfecto. 14 Cujus dolis equus receptus fuit in Trojam. 15 Significat ignem, quem in utero geſtare ſomniaverat, de quo nuper. 16 Sed quid ego *vivax ſenectus*, ideſt, anus diu vivens gemo &c.? 17 Priami a Pyrrho caeſi. 18 Jovis Hercei, qui intra conſpectum domus cujuſque colebatur, ab ἕρκος *ſeptum*.

19 *Ajacis armis* ſcribendum juxta Gronovium contra vulgares editiones, quae habent *Aeacidae*, quod verſus reſpuit, ut etiam admonuit Gruterus. Senſus itaque juxta Gronovium erit. Ajax vim intulit Caſſandrae in fano Minervae; unde illud Virgilii: *Pallaſne exurere claſſem „ Argivûm, atque ipſos potuit demergere ponto „ Vnius ob noxam & furias Ajacis Oilei*. Grande nefas; ſed majus ſcelus, quam ad Minervae aram Aja-

Coma reflectens regium torta caput,
Alto nefandum vulneri ferrum abdidit;
Quod penitus actum cum recepiſſet libens,
Enſis ſenili 1 *ſiccus e jugulo rediit.*
Placare 2 *quem non potuit a caede effera*
Mortalis aevi 3 *cardinem extremum premens?*
Superique 4 *teſtes ſceleris? & quondam* 5 *ſacrum*
Regni jacentis? ille tot 6 *regum parens*
7 *Caret ſepulcro Priamus, &* 8 *flamma indiget*
Ardente Troja. 9 *non tamen ſuperis ſat eſt.*
Dominum, ecce, Priami nuribus & natis legens
10 *Sortitur urna. praeda quem* 11 *vilis ſequar?*
12 *Hic Hectoris* 13 *conjugia deſpondet ſibi;*
Hic optat Heleni 14 *conjugem; hic* 15 *Antenoris;*

T *Nec*

Ajax atmatus edidit, ego meis oculis parratum vidi ad aras Jovis Hercei; ſcelus, inquam, majus *Ajacis armis*, ideſt, majus ſcelere, quod inrer arma ad aras parravit Ajax. 20 Alii *ſcaeva*.
1 Ira habet optimus Florenrinus codex, ut obſervavit Gronovius. Alii *vix tinctus*, nonnulli *tinctus*. Exaggerat itaque Poeta facinus, quod ſenem occiderit Pyrrhus, & eum quidem, cui vix tantum ſanguinis, ut enſem tingeret cruore, nedum qui ſanguineam undam evomeret, quare ſenſus erit: Priamus, cum Pyrrhi gladium animoſe recepiſſet, tamen emiſit illum ſanguine vix, ac ne vix quidem, tinctum, quod jam ſenex & frigidus eſſet. Ne quid ambigas ecce de eodem Priamo idem Poeta in Agam: *Vidi, vidi ſenis in jugulo,, Telum Pyrrhi vix exiguo ſanguine tingi*. Itaque *ſiccus* incruentus. 2 Referunt alii ad enſem, aut ad Pyrrhum. Gronovius vero ita contendit: *quem* tandem omnium hominum? nam animandum interrogatione: *quem* alium, ut a caede temperaret, non repreſſiſſet & mitigaſſet ultima & jam per ſe diſsolvens hominem ſenectus? &c. 3 Priamus *premens extremum cardinem*, ideſt, extremum finem, ſenectutem vitae ſuae. 4 Quia ante aras commiſſum fuit ſcelus. 5 Sacrarium, ara ad quam inaugurandi reges auſpicabantur. *Scaliger*. 6 Regiorum filiorum. 7 Proprium ſepulcrum Priamus non habuit, ſed truncus ejus, cum aliquandiu in litore abjectus jacuiſſet, tandem Hectoris ſepulcro illatus. 8 Qua cadaver ejus in rogo comburatur. 9 Quaſi dicat; nondum exſatiati ſunt dii poenis noſtris; adhuc aliquid calamitatis minantur. 10 Sortibus in urnam miſſis, nurus & filiae Priami ſortitae fuere dominum Graecum. Sortes Graecorum erant calculi, vel ex humo ficti globuli, mittentium nomina inſcripti, qui in urnam mittebantur, & verſabantur doli vitandi gratia, ut, cujus primum ſors exiret, commodi, vel periculi primas ferret. *Delrius*. 11 Quia vetula. 12 Aliquis Graecorum, nempe Pyrrhus. 13 Conjugem, id eſt Andromachen, quae forte contigit Pyrrho. 14 Priorem conjugem, nam Andromache fuit Heleni conjux poſt morrem Pyrrhi. 15 Fuit Theano Ciſſei filia,

Nec deeſt tuos, Caſſandra, qui thalamos petat.
Mea ſors timetur. ſola ſum Danais metus.
Lamenta ceſſant? turba, captivae, mea,
Ferite palmis pectora, & planctus date,
Et juſta Trojae facite. jamdudum ſonet
Fatalis 1 *Idae judicis* 2 *diri domus.*

Chorus Iliadum una cum Hecuba patrium excidium deplorat.

Chorus Troadum, Hecuba.

3 Cho. *NOn rude vulgus, lacrimiſque novum*
Lugere jubes. hoc continuis
Egimus annis, ex quo tetigit
Phrygius Grajas 4 *hoſpes* 5 *Amyclas,*
Secuitque 6 *fretum* 7 *pinus matri*
Sacra Cybellae.
Decies nivibus canuit Ide,
Ide noſtris 8 *nudata rogis;*
Et 9 *Sigeis* 10 *trepidus campis*
Decie ſecuit meſſor ariſtas;
Vt nulla dies maerore caret,
Sed nova fletus cauſſa miniſtrat.
Ito ad planctus,
Miſeramque 11 *leva, regina, manum.*
Vulgus dominam vile ſequemur.

Non

filia, pudica matrona, quam Trojani ſacerdotio Minervae praefecerunt. 1 Montis Phrygiae, ſeu Troadis in Aſia minore, in quo Paris electus judex inter deas de pulchritudine certantes, Veneri aureum malum adjudicavit, cujus ſententiae ob mercedem, favente Venere, rapuit Helenam, propter quam excidium Trojanum ſequutum eſt.

2 Proprie, quaſi deorum ira ad ſententiam illam ferendam electi. 3 Chorus Troadum incitatus ab Hecuba ad planctum reſpondet illi; tu *jubes nos vulgus non rude*, ideſt, peritum ad lugendum, & *non novum*, ideſt, aſſuetum lacrimis *lugere* fata Trojae. 4 Paris 5 Vrbem Laconiae, ex qua Helenam evexit: *Grajas* dixit ad diſtinctionem Amyclarum, quae in Campania. 6 Oebalium. 7 Navis ſtructa de pinu orta in Ida ſilva conſecrata Cybelae deorum matri.

8 Spoliata arboribus pro conſtruendis rogis ad comburenda cadavera interfectorum e noſtris.

9 Trojanis a Sigeo Troadis promontorio in ora maris Aegaei.

10 Propter hoſtes vicinos.

11 Eleva, erige, tanquam praefica, dextram ad dandum ſignum aliis ad lugendum. nos vulgus &c.

Non indociles lugere ſumus.
He. *Fidae caſus noſtri comites,*
Solvite crinem. per colla fluant
Maeſta capilli 1 tepido Trojae
Pulvere turpes. paret 2 exertos
Turba lacertos. 3 veſte remiſſa
Subſtringe ſinus, uteroque tenus
Pateant artus. 4 cui conjugio
Pectora velas captive pudor?
Cingat 5 tunicas 6 palla ſolutas.
Vacet ad crebri verbera planctus
Furibunda manus. placet hic 7 habitus,
Placet. agnoſco Troada turbam.
Iterum luctus redeunt veteres.
Solitum flendi vincite morem.
Hectora flemus.
Cho. *Solvimus omnes*
Lacerum multo funere crinem.
Coma demiſſa eſt libera nodo;
Sparſitque cinis 8 fervidus ora.
He. *Complete 9 manus. hoc 10 ex Troja*
Sumpſiſſe licet. cadat ex humeris
Veſtis apertis: imumque tegat
11 Suffulta latus. jam nuda 12 vocant
Pectora dextras. nunc nunc vires
Exprome dolor tuas.
13 Rhoetea ſonent litora planctu.
Habitanſque cavis montibus Echo
Non, ut ſolita eſt, extrema brevis

1 Cinere adhuc calido propter recens incendium Trojae.
2 Nudatos, ut ſint magis expediti ad percutiendum.
3 Faſcia interiore ſtringe, o turba; veſtes remiſſas. 4 Occurrit Hecuba Choro, ne dicat id dedecere propter honeſtatem, dicens, cui conjugi velanda ſunt nobis pectora, cui ſervandus pudor cum ſimus captivae? 5 Veſtes interiores. 6 Exterior mulierum veſtis, ut toga Romanorum virorum, & pallium Graecorum. 7 Habitus hic maerentium talis erat. Primum crinem nodo ſolvebant, & cinere aſpergebant: tum pectus nudabant & humeros; & veſtem non manu, ſed chorda, vel faſcia ſupra uterum nectebant, ne decideret: ſic utero tenus nudae ejulabant, & unguibus, palmis, pugnis in ſe ipſas ſaeviebant. 8 Vide v. 85. 9 Cinere. 10 Quia nihil aliud reſtat ex omni Troja, opibuſque Trojanis, niſi cinis. 11 Palla, ſeu faſcia fibulata. 12 Ut verberentur. 13 Trojana a Rhoeto Troadis promontorio.

Verba remittat: totos reddat
Trojae gemitus. audiat omnis
Pontus, & aether. ſaevite manus,
Pulſu vaſto tundite pectus.
Non ſum ſolito contenta ſono.
Hectora flemus.
Cho. 1 *Tibi noſtra ferit dextra lacertos,*
Humeroſque ferit tibi ſanguineos.
Tibi noſtra caput dextera pulſat.
Tibi maternis ubera palmis
Laniata jacent. fluit, & multo
Sanguine manat, quamcunque tuo
Funere feci, 2 rupta cicatrix,
Columen patriae, 3 mora fatorum,
Tu praeſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras; humeriſque tuis
Stetit illa decem fulta per annos:
Tecum cecidit. ſummuſque dies
Hectoris idem patriaeque fuit.
He. *Vertite planctus. Priamo veſtros*
Fundite fletus. ſatis Hector habet.
Cho. *Accipe rector Phrygiae planctus:*
Accipe fletus, 4 bis capte ſenex.
Nil Troja ſemel te rege tulit.
5 Bis pulſata Dardana Graio
Moenia ferro; biſque pharetras
Paſſa 6 Herculeas. poſt 7 elatos

He-

1 O Hector, *tibi*, ideſt, in tui honorem atque levamen; humano enim ſanguine defunctorum animas placari credebant; hinc apud Romanos Gladiatorum ludi ad funera inventi.
2 Novis plagis iterum aperta eſt cicatrix, quae in funere Hectoris prioribus annis facta fuerat. 3 Quia diſtulit everſionem Trojae in decimum annum.
4 Priamus bis captus fuit, ſemel ab Hercule Trojam obſidente, ſed ab Heſione ſorore, dato Herculi, in lytrum, aureo flammeo redemtus fuit, hinc Priamus a πρίαμαι *redimo*, nam antea vocabatur Podoarces: ſecundo a Graecis ſub Agamemnone.
5 Ab Hercule primum cum Laomedontis perfidiam ultus eſt, quod illi rex tradere recuſabat 30. equos, quos promiſerat propter ſervatam a marino monſtro filiam Heſionem, & iterum ſub auſpiciis Atridarum. 6 Erat in fatis ſecundo Trojam non poſſe capi ſine ſagittis Herculis, quare Philoctetes armiger ejus, ſoluſque Herculis ſagittis uti ſciens, ad bellum Trojanum ductus eſt.
7 Ad rogum, & ſepulturam.

Hecubae partus, 1 *regumque gregem*,
Poſtrema pater funera cludis;
2 *Magnoque Jovi victima caeſus*
3 *Sigea premis litora truncus*.
He. *Alio lacrimas flectite veſtras*:
Non eſt Priami miſeranda mei
Mors, *Iliades*; 4 *felix Priamus*
Dicite cunctae. *liber manes*
Vadit ad imos: *nec feret unquam*
Victa Graium cervice jugum.
Non ille duos vidit 5 *Atridas*,
Nec fallacem cernit Vlyſſem.
Non Argolici praeda triumphi,
Subjecta feret colla 6 *tropaeis*.
Non aſſuetas ad ſceptra manus
Poſt terga dabit; *curruſque ſequens*
Agamemnonios, *aurea dextra*
7 *Vincula geſtans*, *laetis fiet*
Pompa 8 *Mycenis*. Cho. *felix Priamus*
Dicimus omnes. *ſecum excedens*
Sua regna tulit. *nunc Elyſii*
Nemoris tutis errat in umbris;
Interque pias felix animas
Hectora quaerit. *felix Priamus*!
Felix, *quiſquis bello moriens*
Omnia ſecum conſumta 9 *videt*!

1 Vide ſupra v 33. 2 Vide ſupra verſ. 45. 3 Vide ſupra verſ. 75. 4 Prae nobis, quae ſumus captivae. 5 Agamemnonem, & Menelaum filium Atrei. 6 Nonnulli triumphis interpretantur; quia tropaea ſunt proprie ſpolia eo in loco erecta, quo hoſtes terga verterunt, ſed ut egregie obſervavit Gronovius, imo vere & ſimpliciter *tropaeis*, nempe, inſignibus illis victoriae partae, quae a victis portabantur in eorum contumeliam uſque ad locum, in quo figebantur; ſed loquitur Seneca quaſi in perſona vivorum, qui triumphabantur, fieret, quod fiebat in illorum imaginibus tropaeo ſuppoſitis. Itaque ſenſus erit. Priamus non videbit ſtatui de ſe tropaeum, vel inter triumphi fercula ſe portari inſtar tropaei; cum ſua imagine ſedentis, ſupplicis, & nudi, & alligati. In nummis antiquis habentur hujuſmodi imagines. 7 Captivi ante, vel poſt currum victoris, ducebantur in triumpho vincti catenis pro conditione perſonarum: ſic reges aureis catenis. 8 Vrbi Peloponneſi in Argia regione, ubi regnavit Agamemnon. 9 Lipſius legit, ut paulo ante, *tulit*, nempe, qui poſt ſe nihil reliquit.

ACTVS SECVNDVS

Talthybius nunciat Choro miranda prodigia, quae vidit, & umbram Achillis ſibi apparuiſſe narrat increpantem ingratum Graecorum animum, ab eoque monitum ſe dicit, ut Polyxena ad ſepulcrum ejus mactaretur; alias Graecos non habituros ventum ad reditum.

Talthybius, Chorus Troadum.

Tal. *QUam longa Danais ſemper in portu mora,*
1 Seu petere bellum, 2 petere ſeu patriam volunt.
Cho. *Quae cauſſa ratibus faciat & Danais moram,*
Effare; reduces quis deus cludat vias.
Tal. *Pavet animus. artus horridus quaſſat tremor.*
Majora veris monſtra vix capiunt fidem.
Vidi ipſe, vidi. ſumma jam Titan juga
3 Stringebat. 4 ortus vicerat noctem dies.
Cum ſubito 5 caeco terra mugitu fremens
Concuſſa, 6 totos traxit ex imo ſinus.
Movere ſilvae capita, & excelſum nemus
Fragore vaſto tonuit, & lucus 7 ſacer.
Idaea ruptis ſaxa ceciderunt jugis.
Nec ſola tellus tremuit: & pontus 8 ſuum
Adeſſe Achillen ſenſit, ac ſtravit vada.
Tum ſciſſa 9 vallis aperit immenſos ſpecus;
Et hiatus Erebi pervium ad ſuperos iter
Tellure fracta praebet, ac tumulum 10 levat.

Emi-

1 Proficiſci in bellum. Illud accidit Graecis venientibus ad bellum Trojanum, cum eorum claſſi ex Aulide portu Beotiae ſoluturae, Diana, ob cervam ſuam ab Agamemnone caeſam, irata negavit ventum, quem oraculi monitu redemit Agamemnon filia ſua Iphigenia immolata: licet miſeratione deae pro ea oblata ſit cerva. 2 Vt modo. 3 Leviter ſuis radiis percutiebat. 4 Sub matutino. Ne ſomnium videatur a crapula, vel alia cauſſa ortum, addit ſub ipſum ſolem hoc genus phantaſmatis ſibi obvolaſſe, quo tempore ſomnia vera eſſe creduntur. 5 Cujus cauſſa ignoratur. 6 Aperuit, inque lucem expoſuit intimos ſuos receſſus. 7 Cybelae.
8 Quia natus eſt de Thetide dea maris. 9 Significat primum deſediſſe paululum terram, & quaſi vallem feciſſe, dein eo ipſo loco diruptam: 10 Sublevat terram tumuli Achillis.

Emicuit ingens umbra 1 *Theſſalici ducis ,*
2 *Threicia qualis arma* 3 *proludens tuis*
Jam , Troja , fatis ſtravit ; aut 4 *Neptunium*
5 *Cana nitentem perculit juvenem coma :*
Aut cum inter acies Marte violento furens ,
6 *Corporibus amnes cluſit ; & quaerens iter*
7 *Tardus cruento Xanthus erravit vado :*
Aut cum ſuperbo victor in curru ſtetit ,
Egitque habenas , Hectorem & 8 *Trojam trahens ;*
Implevit omne 9 *litus irati ſonus :*
Ite , ite inertes . debitos 10 *manibus meis*
Auferte honores . ſolvite ingratas rates
Per 11 *noſtra ituri maria .* 12 *non parvo luit*
Iras Achillis Graecia . at magno luet .
Deſponſa noſtris cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur , & tumulum riget .
Haec fatus alta voce , 13 *dimiſit diem ,*
Repetenſque Ditem , merſus ingentem 14 *ſpecum*

1 Quod a Chitone in Theſſalia educatus fuit. 2 Thracum auxiliares copias, quae Trojanis favebant propter Ciſſeum patrem Hecubae Thracum regem. 3 Quaſi faciens experimenta , & primarudimenta illius belli, quod tibi, o Troja , imminebat. 4 Cycnum filium Neptuni 5 Quod in plumas oloris verſa fuit, cum Cycnus in hujuſmodi avem mutatus fuit. 6 Caeſorum corporibus impedivit a curſu Troadis fluvios, ſcilicet Xantum, & Simoenta. 7 Ob acervos cadaverum. 8 Auctor eſt Hyginus, Achillem, cum Hectorem raptaret, exclamaſſe: expugnavi Trojam 9 Sigeum, in quo erat ſepulcrum Achillis. 10 Ne videatur peccatum in legem verſus Gruterus contendit *manibus* non ad *manes* , ſed ad *manus* , ideſt, res geſtas, victorias manu partas, referri Verum quidquid dicat, *manibus* aliter non poteſt hic accipi quam infra : *Nullum ne, Achillis praemium manes ferent?* Gronovius cum videat in Florentino codice tranſponi voces, ſuſpicatur magnum vitium objectum huic loco, & ſcripſiſſe Senecam : *Manibus juſtos meis* , Ut in Medea . *Socius , ſocerque juſta jam functis habet ., A me ſepulti .* Cujus interpretatio *debitos* expulſo germano in contextum migravit. 11 Vide ſupra verſ. 76. 12 Senſus eſt: experti eſtis iras Achillis, quum rapta per Agamemnonem Briſeide Hectorem impune vexare, & caedere ſineret; at vero majores experiemini, niſi ſponſam, & pactam mihi vivo Polyxenam, Pyrrhi manu mactatam, tumulo mecum jungetis. 13 Lucis aſpectum . Gruterus legit *diviſit* , & recte interpretatur , exortas tenebras, & quaſi interpoſitas jam ante ortae luci, & paulo poſt redeunti, diem quaſi dividere, & diffindere viſum. 14 Hiatum terrae , qui egrediendo patuit, repetendo inferos Achilles iterum junxit.

Coeunte terra junxit. immoti jacent
Tranquilla pelagi. ventus abjecit minas,
Placidumque fluctu murmurat leni mare.
1 *Tritonum ab alto cecinit hymenaeum chorus.*

Acerba contentio ſuper Polyxena immolanda inter Pyrrhum, & Agamemnonem. Res ad judicium deſertur Calchantis vatis.

Pyrrhus, Agamemnon, Calchas.

Pyr. C*Um* 2 *laeta pelago vela* 3 *rediturus dares,*
4 *Excidit Achilles: cujus* 5 *unius manu*
Impulſa Troja; 6 *corruit tandem ſolo*

Bre-

1 Significat Tritones deos marinos, quia Achilles Thetidis filius erat, praecinuiſſe nuptiis ejus & Polyxenae. 2 Ob relatam victoriam. Hoc jurgium magna ex parte deſumtum eſt ex jurgio Teucri, & Atridarum in Sophoclis Ajace. 3 In patriam. 4 Tibi ex animo o Agamemnon; quaſi dicat oblitus es beneficiorum patris mei. 5 Eo quod Hectora Trojae columen ſuſtulit. 6 Vulgaris explicatio hujus loci fere apud omnes ita ſe habet. *Cujus unius* Achillis *manu Troja impulſa tandem corruit ſolo*, & ita brevi tempore Troja cadens compenſavit quidquid tarditatis adjecit everſioni ejus Scyros inſula, in qua Achilles latuit muliebri habitu, & Lesbos inſula ſecans Aegaeum mare, quam relicta Scyro inhabitavit devaſtavitque Achilles, priuſquam ſe Graecorum claſſi adjungeret, *illo* vero, nempe Achille, *remoto, Leſbos* ſtetiſſet *dubia quo caderet*, hoc eſt, cui parti faveret, vel Troja ſtetiſſet dubia a quo dejiceretur, aut cui caderet, vel denique ex oraculi reſponſo Troja in dubio erat, an poſſet capi. Sed quam miſera, dura, inepta ſit hujuſmodi interpretatio, audiendus Gronovius. Itaque ille primum monet, quod in optimo Florentino codice ita habetur. *Impulſa Troja quidquid adjecit morae „ Illo remoto dubia quo caderet ſtetit.* Media omnia deſunt. Et verſum *Scyros, fretumque Lesbos Aegaeum ſecans*, hic otioſum & alienum, eaedem membranae reddunt infra viginti ab hinc verſibus ante verſum *Et ſacra Phoebo Cilla &c.* ubi adhuc aenigma nemini intellectum obhaeſerat. Itaque *Quidquid adjecit morae*, ipſa haud dubie Troja eſt, ait Gronovius, quod quia non capiebant, Scyron & Lesbon interjecerunt, moram Achillis in itinere ad Trojam ſomniantes. Sed *adjicere moram* nihil aliud eſt quam facere moram, interponere moram. Sequentem verſum *Scyros &c.* miſere interpretantur. Nihil hic de Lesbo, quam viginti verſibus hinc diſtare voluit Seneca, & ex oraculi reſponſo certum, & citra dubium erat, Trojam ſine Achille capi non poſſe. Quare quo magis conſidero, eo planius fit mihi, laciniam iſtam, *corruit tandem ſolo „ Brevi repenſans*, eſſe inepti & audacis fartoris: Senecam autem ſcripſiſſe, ut habetur Florentiae: *cujus unius manu „ Impulſa Troja*

quid-

Brevi repenſans quidquid adjecit morae
Scyros, fretumque Lesbos Aegaeum ſecans
Illo remoto, dubia quo caderet, ſtetit.
Velis licet, 1 quod petitur, ac properes dare;
2 Sero es daturus. jam ſuum cuncti duces
Tulere pretium. quae minor merces poteſt
Tantae dari virtuti? an is meruit parum,
Qui, fugere bellum 3 juſſus, & longa ſedens
Aevum ſenecta degere, ac 4 Pylii ſenis
Tranſcendere 5 annos, exuens matris dolos,
Falſaſque veſtes, 6 faſſus eſt armis virum?
7 Inhoſpitali 8 Telephus regno 9 impotens
Dum Myſiae ferocis 10 introitus negat,
11 Rudem eruore regio dextram imbuit,
12 Fortemque eandem ſenſit & 13 mitem manum.
Cecidere 14 Thebae. vidit 15 Eetion capi
Sua regna victus. clade ſubverſa eſt pari

Im-

quidquid adjecit morae, Illo remoto, dubia, quo caderet, ſtetit. Senſum en rotundum expeditumque: cujus manu in occiſo Hectore labefactata Troja, quidquid ſuperfuit poſt mortem ejuſdem Achillis, (hoc enim eſt, *illo remoto*) non ſtetit firma & nixa veſtigiis ſuis, ſed extraxit breve momentum titubando, dubitando, & quaſi deliberando, quam in partem procumberet. Solet hoc evenire labantibus, ut paullum temporis ſumant ſeque ſuſtineant minando in diverſas partes lapſum. Haec Gronovius. 1 Nempe, Polyxena, quae tanquam bellici laboris praemium erat Achilli mactanda. 2 Nam pater meus primus eſſe debebat, & erit ultimus. 3 A matre. Jupiter enim hanc conditionem obtulit Thetidi, utrum vellet filium Achillem vivere inglorium ultra Neſtorios annos, an brevi interiturum ſumma gloria, eligens mater longam vitam, eum muliebri indutum veſte in aula Lycomedis inter ceteras regis virgines occultavit. 4 Neſtoris a Pylo oppido ejus patria. 5 Trecentos, ſed fabuloſum; nam ſolos octoginta annos vixiſſe credunt. 6 Prodidit ſe ipſum viſa galea & ſcuto viriliter ea tractans arma, quae Vlyſſes, ſumto mercatoris habitu externi, Achillem exploraturus inter ceteras femineas merces attulit ad Lycomedis filias. 7 Quod hoſpitium Graecis dare negavit. 8 Herculis filius, poſtea rex Myſiae, ſeu Lyciae. 9 Superbus, ſibi imperare neſcius. 10 Telephus cum Graecos Trojam petentes, ne per Myſiam tranſirent, prohiberet, ab Achille vulneratus ſanari non potuit ex oraculi reſponſo, niſi peteret auxilium, unde vulnus tulit; quare rubigine ferri, quo vulneratus fuerat, reſtrinctum vulnus & ſanatum. 11 Adhuc belli imperitam; nam juvenis erat Achilles. 12 In vulnerando. 13 In medendo. 14 Vrbs in Cilicia ab Achille devicta. 15 Rex Thebarum, pater Andromaches.

Impoſita celſo parva 1 *Lyrneſſos jugo ;*
Captaque tellus nobilis 2 *Briſeide ,*
Et , cauſſa litis regibus , 3 *Chryſe jacet ;*
Et nota fama 4 *Tenedos ; & quae paſcuo*
Foecunda pingui Thracios nutrit greges
5 *Syros , fretumque* 6 *Lesbos Aegaeum ſecans ,*
Et ſacra Phoebo 7 *Cilla .* 8 *quid ? quas alluit*
Vernis 9 *Caycus gurgitem attollens aquis ?*
Haec tanta clades gentium ac tantus pavor ,
Sparſae 10 *tot urbes , turbinis vaſti modo ,*
Alterius eſſet gloria ac ſummum decus ;

1 *Iter*

1 Oppidum Troadis, quod Mineres regebat, everſum ab Achille Trojam petente. 2 Briſei filia, vero nomine Hippodamia, quae capta Lyrneſſo Achilli victori ſorte obtigit.
3 Ciliciae oppidum. Fuit cauſſa litis regibus, ideſt, inter Agamemnonem, & Achillem, quod eo capto Agamemnon Aſtynomem Chryſae Apollinis ſacerdotis filiam abſtulit, quam cum pater nec prece nec pretio poſſet redimere, Apollo indignatus ob id peſtem immiſit. Achilles ad placandam deorum iram Aſtynomem patri reddendam eſſe ait, unde Agamemnon ad patriam eam remittit, ſed Achilli auctori reddendae puellae eripit Briſeida, qua ablata pugnare pro Graecis renuit Achilles, donec Patrocli mortem ulciſci arderet. 4 Inſula parva in mari Aegaeo contra Sigeum Troadis promontorium.
5 Hoc loco reponi debet hic verſus, quem alii ſuperius viginti ab hinc verſibus inepte collocant, ut ſuo loco monuimus, & ſane ſine hoc verſu hic locus explicari minime poterat. Nam quae illa *Thracios, vel nutriens, vel mittens greges?* Non Cilla profecto, nec Tenedos. Sed omnium primum animadvertendum eſt cum Gronovio, & Petito non *Scyros*, ſed *Syros* eſſe legendum, quae & ipſa Aegaei maris inſula, Pherecydis patria, & ab Achille capta; ſed diverſa quidem ab ea, in qua matris aſtu latuerat, Ovidio etiam teſte: in armorum judicio: *me credite Lesbon,, Me Tenedon, Chryſenque, & Cillan Apollinis urbes ,, Me Syron cepiſſe.* Cur autem *Syros Thracios greges nutrire* dicatur, ſic explicat Gronovius: greges, ſeu oves, quarum foecundus in Thracia proventus, oves, inquam, e Thracia in Syria paſcua tranſmiſſas, latiores amplioresque redditas ſignificat poeta. Ut in vicinia noſtra Cimbrica armenta pingui paſcuo nutriuntur, quae cum macra huc compellantur, brevi tempore ibidem ſaginantur ad lanii cultrum. Interpretationem ſuam confirmat Gronovius ex Homeri loco, quem a Seneca verſum expreſſumque fuiſſe demonſtrat.
6 Relicta Syro Achilles in Leſbum, priuſquam reliquae claſſi Ilium petenti ſe adjungeret, contendit, eamque inſulam vaſtavit. 7 Troadis urbs. 8 Quid, ſubaudi, dicam urbes? 9 Phrygiae fluvius veniens ex Myſia. 10 Duodecim maritimae, undecim mediterraneae, ut gloriatur ipſe Achilles Iliad. 9.

1 *Iter eſt Achillis. ſic meus* 2 *venit pater,*
Et tanta geſſit bella, dum bellum parat.
Vt alia ſileam merita, non unus ſatis
3 *Hector fuiſſet? Ilium vicit pater,*
Vos diruiſtis. inclitas laudes juvat,
Et clara magni facta genitoris ſequi.
Jacuit peremptus Hector ante oculos patris,
4 *Patruique Memnon, cujus ob luctum* 5 *parens*
Pallente maeſtum protulit vultu diem,
Suique victor 6 *operis exemplum* 7 *horruit;*
Didicitque Achilles & dea natos mori.
Tum ſaeva 8 *Amazon ultimus cecidit* 9 *timor.*
Debes 10 *Achilli, merita ſi digne aeſtimas,*
11 *Et ſi Mycenis virginem atque Argis petat.*
Dubitatur etiam? 12 *placita nunc ſubito improbas?*
Priamique natam Pelei nato ferum
Mactare credis? at tuam natam 13 *parens*
Helenae immolaſti. ſolita jam & facta expeto.
Aga. *Juvenile vitium eſt, regere non poſſe* 14 *impetum.*
15 *Aetatis alios fervor hic primae rapit,*
Pyrrhum paternus. ſpiritus 16 *quondam truces,*
Minaſque tumidi lentus 17 *Aeacidae tuli.*
Quo plura poſſis, plura patienter feras.

Quid

1 Quae aliis ſumma gloria & belli finis fuiſſent, Achilli tanquam gradus fuere ad bellum; tanta celeritate illa omnia confecit. 2 Ad Trojae everſionem.
3 Satis fecit Hectorem vincendo, ſi aliud non feciſſet, nam eo occidendo vicit Ilium.
4 Priami, cujus frater Tithonus pater erat Memnonis.
5 Aurora mater ejus, 6 Caedis.
7 Achilles cum interfeciſſet filium deae Memnona, horruit, nam cum eſſet ipſe quoque filius deae Thetidis, deorum filios poſſe occidi, ſeque mortalem eſſe intellexit. 8 Pentheſilea ab Achille interfecta.
9 Graecis. 10 Virginem immolare. 11 Etiamſi peteret unam ex tuis Mycenaeis, aut Argivis, quanto magis virginem hoſtilem.
12 Sic in Florentino codice legitur, quod longe decentius videtur, quam *placita nec ſubito probas?* ut habent alii codices, nam & dandum aliquid ferociae Pyrrhi, tamen, ut tam impudenter obloquatur regum regi, tanquam ei neceſſe eſſet placita Achillis filio ſine mora probare, non eſt ferendum. *Gronovius.* 13 At tu pater immolaſti Iphigeniam Helenae recuperandae cauſſa, ut ſecundos ventos haberes ad Trojam iturus. Vid. ſupra v. 165.
14 Irarum. 15 *Hic fervor aetatis rapit alios*, ideſt, aliis juvenibus fervor eſt ab aetate, at tu praeter hunc aetatis fervorem habes etiam paternum tanquam haereditarium. 16 In jurgio ſuper Aſtynome remittenda.
17 Achillis Aeaci nepotis.

Quid 1 *caede dira nobilem clari ducis*
Aſpergis umbram? noſcere hoc primum decet,
Quid facere victor debeat, victus pati.
Violenta nemo imperia continuit diu:
Moderata durant. quoque fortuna altius
Evexit ac levavit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet,
Varioſque caſus tremere, metuentem deos
Nimium faventes. magna momento obrui
2 *Vincendo didici. Troja nos tumidos facit*
Nimium ac feroces? ſtamus hoc 3 *Danai loco,*
Vnde illa cecidit. fateor, aliquando 4 *impotens*
Regno ac ſuperbus, altius memet tuli:
5 *Sed fregit illos ſpiritus haec, quae dare*
Potuiſſet alii, cauſſa, fortunae favor.
6 *Tu me ſuperbum, Priame, tu timidum facis.*
Ego eſſe quicquam ſceptra, niſi vano putem
Fulgore tectum nomen, & falſo comam
7 *Vinclo decentem? caſus haec rapiet brevis;*
8 *Nec mille forſan ratibus, aut annis decem.*
Non omnibus Fortuna tam lenta imminet.
Equidem fatebor (pace dixiſſe hoc tua,
Argiva tellus, liceat) affligi Phrygas
Vincique volui. ruere, & aequari ſolo,
Etiam 9 *arcuiſſem. ſed regi frenis nequit*
Et ira, & ardens hoſtis, & victoria
Commiſſa 10 *nocti. quidquid indignum aut ferum*

Cui-

1 Polyxenae: 2 Trojam. 3 Nos Danai non ſumus in ſtatu firmiori, quam Trojani, quare ſicut illi ciciderunt, ita & nos cadere poſſumus. 4 Inſolens, me ipſum non moderans. 5 Sed haec cauſſa, nempe, favor fortunae, quae alii addere potuiſſet ſuperbos ſpiritus, in me fregit eoſdem. 6 Noſtra de te; Priame, victoria non tantum efferre, ſed & deprimere animum meum valet, dum enim te, tuamque fortunam intueor, exemplum mihi praebes inconſtantiae rerum humanarum, ut, ſi quando gloria efferat, ſtatim me cohibeam, metuamque adverſos caſus.
7 Diademate ornatum, & quidem *falſo*, nam felicitatem praeſefert, intus vero plurimum fellis habet, & cum laetitiam polliceatur, curas parit. 8 Vt evenit Trojae, quae non niſi mille navibus, & poſt decennale bellum capta fuit. 9 Noluiſſem. Cupiebam ſuperare Trojanos, minime vero tali modo Trojam deſtruere. 10 Quae ob tenebras pudore & miſeratione vacat, majoremque ſibi uſurpat licentiam.

Cuiquam videri potuit, hoc fecit 1 *dolor,*
Tenebraeque, per quas ipſe ſe irritat furor,
Gladiuſque 2 *felix, cujus* 3 *infecti ſemel*
4 *Vecors libido eſt. quidquid everſae poteſt*
Supereſſe Trojae, maneat. exactum ſatis
Poenarum, & ultra eſt. regia ut virgo occidat,
Tumuloque donum detur, & cineres riget,
5 *Et facinus atrox caedis ut thalamos vocem,*
Non patiar. 6 *in me culpa cunctorum redit.*
Qui non vetat peccare, cum poſſit, jubet.
Pyr. *Nullumne Achillis praemium manes ferent?*
Aga. *Ferent; & illum laudibus cuncti canent;*
Magnumque terrae nomen ignotae audient.
Quod ſi 7 *levatur ſanguine infuſo cinis,*
Opima Phrygii colla caedantur gregis,
Fluatque nulli flebilis matri cruor.
Quis iſte mos eſt, quando in 8 *inferias homo eſt*
Impenſus homini? detrahe invidiam tuo
Odiumque patri, quem coli 9 *poena jubes.*
Pyr. *O tumide, rerum dum ſecundarum ſtatus*
Extollit animos; 10 *timide, cum increpuit metus;*
11 *Regum tyranne, jamne flammatum geris*
Amore 12 *ſubito pectus, ac Veneris novae?*
Soluſne toties ſpolia de 13 *nobis feres?*
Hac dexra Achilli victimam reddam ſuam:
Quam ſi negas retineſque, 14 *majorem dabo,*
Dignamque quam det Pyrrhus. & nimium diu

A cae-

1 Injuriae ob Helenam raptam.
2 Victor. 3 Sanguine aſperſi.
4 Inſana, frenari neſcia.
5 Non patiar, ut atrox facinus, nempe caedem Polyxenae, falſo nuptiarum nomine tegam, aut licitum velim.
6 Ni tale facinus prohibeam.
7 Recreatur, delectatur. Placari manes hoſtili immolatione falſo antiquis perſuaſum erat; quaſi adhuc ſervarent iram etiam poſt mortem ipſi defuncti; hinc ab Achille Patroclo duodecim homines in inferias impeduntur apud Homerum, & Pallanti ab Aenea apud Virgilium. 8 Inferiae erant ſacrificia, quae inferebantur diis manibus, unde & nomen inditum; conſtabant victimis, & liquoribus; ut aqua, vino, lacte, ſanguine, oleo, & melle. 9 Caede innocentis virginis. 10 O timide in adverſa fortuna. 11 Ducum Dux, imperator, nam ſub Agamemnone erant alii reges in exercitu.
12 Vt olim Aſtynomes, & Briſeidos, de quibus ſupra, ſic modo Polyxenae. 13 De noſtra familia; vivo enim Achilli eripuerat Briſeida, modo defuncto Polyxenam eripere nititur. 14 Te ipſum, videlicet.

A caede noſtra regia ceſſat manus,
1 *Paremque poſcit Priamus.* Aga. *haud equidem nego*
Hoc eſſe Pyrrhi 2 *maximum in bello decus,*
Saevo peremptus enſe quod Priamus jacet,
3 *Supplex paternus.* Pyr. 4 *ſupplices noſtri patris,*
Hoſteſque eoſdem novimus. 5 *Priamus tamen*
Praeſens rogavit 6 *tu gravi pavidus metu*
Nec ad rogandum fortis, Ajaci preces
Ithacoque mandas, 7 *clauſus, atque hoſtem tremens.*
Aga. 8 *At non timebat tunc tuus, fateor, parens,*
Interque caedes Graeciae, atque uſtas rates,
Segnis jacebat, belli & armorum immemor,
Levi canoram verberans plectro chelym.
Pyr. 9 *Tunc magnus Hector, arma contemnens tua,*
Cantus Achillis timuit: & tanto in metu
Navalibus pax alta Theſſalicis fuit.
Aga. 10 *Nempe iiſdem in iſtis Theſſalis navalibus,*
Pax alta rurſus Hectoris patri fuit.
Pyr. *Eſt regis* 11 *alti,* 12 *ſpiritum regi dare.*
Aga. *Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua?*

Pyr. 1

1 Sui ſimilem, qui a me occidatur, quique illi ſit ſocius in morte. 2 Ironia: 3 Cui Priamo ſupplici pro Hectoris cadavere redimendo pepercit pater tuus. 4 Quaſi dicat; Priamus fuit ſupplex, & hoſtis: illi pater pepercit, quia ſupplex eum adivit; eumdem ego interfeci, quia mihi hoſtis fuit. Aliter vero Gronovius: recte meminiſti hoſtis ſupplicis: ſic enim potes recordari id patri meo forte datum, ut qui hoſtes illi forent, tandem ſupplices fierent, quorum in numero & tu fuiſti. 5 Priamus tamen animoſior te, venit ipſe ante conſpectum patris mei rogaturus pro redemptione corporis Hectoris. 6 Tu vero timidus, nec ferens conſpectum Achillis, & recuſans cum ipſo bellare ob raptam Briſeida, mandaſti Ajaci & Vlyſſi preces deferendas tuo nomine Achilli, ut ab eo pacem impetrares. 7 Latens in tentoriis. 8 Dictum cum irriſione: ſcio patrem tuum non timuiſſe, quando Hector combuſſit naves Graecorum eoſque trucidavit, nam tunc otioſus pulſabat citharam ſub tentorio ſuo. 9 Rejicit convicium in Agamemnonem. Tamen idem Hector, qui tua arma contemnens devaſtabat exercitum Graecorum, timuit cantus Achillis, nam tentorium, ubi otioſus ille canebat, Theſſalorumque naves, quorum ipſe dux erat, non eſt auſus aggredi. 10 Idipſum vertit in vituperium Achillis. Non erat ſane cur timeretur, nam Achilles excipiebat hoſtes, & dimittebat, quam ſortem expertus eſt Priamus, cum ab eo Hectoris cadaver petivit. 11 Magnanimi. 12 Vitam dare, parcere, ut Priamo Achilles.

Pyr. 1 *Mortem miſericors ſaepe pro vita dabit.*
Aga. *At nunc* 2 *miſericors virgines* 3 *buſto petis.*
Pyr. 4 *Jamne immolari virgines credis nefas?*
Aga. 5 *Praeferre patriam liberis regem decet.*
Pyr. 6 *Lex nulla capto parcit, aut poenam impedit.*
Aga. *Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.*
Pyr. *Quodcumque libuit facere victori, licet.*
Aga. *Minimum decet libere, cui multum licet.*
Pyr. 7 *His iſta jactas, quos decem annorum gravi*
Regno ſubactos Pyrrhus exſolvit jugo?
Aga. 8 *Hos Scyrus animos?* Pyr. *ſcelere quae* 9 *fratrum caret.*
Aga. 10 *Incluſa fluctu.* Pyr. 11 *nempe cognati maris.*
Atrei & Thyeſtae 12 *nobilem novi domum.*
Aga. *Ex virginis concepte fortivo ſtupro,*
Et ex Achille nate, ſed nondum viro.
Pyr. *Illo ex Achille, genere* 13 *qui mundum ſuo*
Sparſus per omnem caelitum regnum tenet,
14 *Thetide aequor, umbras Aeaco, caelum Jove.*
Aga. *Illo ex Achille, qui manu* 15 *Paridis jacet.*

Pyr.

1 Nam, ut inquit Cicero, melius eſt honeſte mori, quam turpiter, ideſt in ſervitute, vivere, quod eveniſſet Priamo, ſi a Pyrrho peremtus non fuiſſet. 2 Ironia. 3 Ad ſepulcrum patris. 4 Si tu olim filiam tuam Iphigeniam Dianae immolaſti? 5 Quaſi dicat niſi filiam immolaſſem, nunquam raptum Helenae ulti eſſemus Vide ſupra verſ 2. hujus actus. 6 Tu dicis habuiſſe juſtam cauſſam immolandi Iphigeniam; ipſe quoque habeo, quia cum ſim victor virginem captam jure belli occidere poſſum. Clementia quidem victoris, non lege, captivi ſervabantur a morte ut ſervirent, hinc ſervorum nomen ortum, quod cum occidi potuerint, ſervati ſint. 7 Praeclaram Agamemnonis ſententiā regerit Pyrrhus: an non te pudet haec jactare apud Graecos, quos decem annorum gravi jugo, longe remotus ab illo, qui nunc tam graves ſententias loquitur, intemperantiſſime preſſiſti? quosque adhuc premeres, niſi Pyrrhus everſa Troja imperio tuo finem attuliſſet. 8 Scyrus tam ignobilis patria tua ſuppeditat tibi tam ſuperbos animos? Pyrrus natus erat ex Deidamia filia Lycomedis regis Scyti, ubi Achilles latuit ſub veſte muliebri. 9 Quae patria, licet ignobilis, caret tamen ſcelere fratrum, quo non carent Mycenae, ubi regnas, quae reges Atreum, & Thyeſtem ſceleſtes fratres habuerunt. 10 Scyrus quaſi minima inſula inter aquas. 11 Quaſi dicat: verum quidem, quod mea patria eſt inſula in mari minima, ſed major inde gloria mihi eſt, cum illic ſit Thetis patris mei mater. 12 Ironia. 13 Totius mundi diis affinitate conjunctus. 14 Achilles tenet maria ob Thetidem matrem, Infetos ob Aeacum judicem avum, caelum ob Jovem proavum. 15 Quaſi dicat; mollis & effeminati hominis manu interfectus fuit.

Pyr. 1 *Quem nec deorum cominus quiſquam petiit.*
Aga. *Compeſcere equidem verba, & audacem* 2 *malo*
Poteram domare: ſed meus captis quoque
Scit parcere enſis. potius interpres deûm
Calchas vocetur. fata ſi poſcunt, 3 *dabo.*
4 *Tu qui Pelaſgae vincla ſolviſti rati,*
Moraſque bellis; 5 *arte qui reſeras* 6 *polum,*
Cui 7 *viſcerum ſecreta, cui* 8 *mundi fragor,*
Et 9 *ſtella longa ſemitam* 10 *flamma trahens*
Dant ſigna fati: cujus 11 *ingenti mihi*
Mercede conſtant 12 *ora: quid jubeat Deus*
Effare, Calcha, noſque conſilio rege.
Cal. *Dant fata Danais, quo ſolent* 13 *pretio,* 14 *viam,*
Mactanda virgo eſt Theſſali buſto ducis:
Sed quo 15 *jugari Theſſalae cultu ſolent,*
Jonideſve, vel Mycenaeae nurus.
Pyrrhus parenti 16 *conjugem tradat ſuo.*
Sic rite dabitur. non tamen noſtras tenet
Haec una puppes cauſſa. 17 *nobilior tuo,*
Polyxene, cruore debetur cruor,
Quem fata quaerunt: turre de ſumma cadat
Priami 18 *nepos Hectoreus, & letum oppetat.*
Tum mille velis impleat claſſis freta.

Chorus e mulieribus Trojanis cum audiviſſet Polyxenam eſſe mactandam ad placandos manes Achillis, dolore amens, quo Achillis animam apparuiſſe neget, ſtulte & im-

1 Sum natus ex Achille, quem Paris quidem interfecit, ſed per inſidias, & Apollinis auxilio, verum quem nullus deorum conſerta manu petere eſt auſus. 2 Supplicio. 3 Concedam ut Polyxena mactetur. 4 Tu, o Calcha, qui Graecorum claſſi, cum detineretur in Aulide propter tempeſtatem, ut diximus v. 2. hujus actus, tua divinatione aperiendo deorum voluntatem, ſolviſti impedimenta, & ſubſtuliſti moras belli. 5 Augurandi. 6 Deorum placita. 7 Quia extiſpicium calles. 8 Caeli tonitrua. 9 Cometes, quem Seneca ſtellam eſſe cenſuit lib. 7. Nat. Quaeſt. quam ſententiam recentiores philoſophi ſequuti ſunt. 10 Extento, & diffuſo crine. 11 Quia per ea Iphigeniam filiam meam immolare coactus fui. 12 Oracula, 13 Poena, qua ſolent, nimirum virgine caeſa. 14 Reditum in patriam. 15 Sed eo ritu, & ornatu, quo ſponſae in Theſſalia, vel in Jonia, vel Mycenis matrimonio jungi ſolent. Metaphora a bubus ducta, qui quando jugum ſubeunt, juganтur. 16 Polyxenam. 17 Quia maſcula proles, 18 Aſtyanax Hectoris filius.

& impie ex Epicuri ſententia negat animam poſſe apparere viventibus, quod illa moriente corpore ſimul cum eo moritur.

Chorus Troadum.

VErum eſt? an timidos fabula decipit,
1 Vmbras corporibus vivere 2 conditis?
3 Cum conjux oculis impoſuit manum,
Supremuſque dies 4 ſolibus obſtitit,
Et triſtis cineres urna coercuit;
5 Non prodeſt animam tradere funeri:
Sed 6 reſtat miſeris vivere longius?
An 7 toti morimur? nullaque pars 8 manet
Noſtri; cum profugo ſpiritus halitu
Immiſtus nebulis 9 ceſſit in aera,
10 Et nudum tetigit ſubdita fax latus?
Quidquid ſol oriens, quidquid & occidens
Novit: caeruleis oceanus fretis
Quidquid 11 vel veniens vel fugiens lavat,
Aetas 12 Pegaſeo corripiet gradu.
Quo 13 bis ſena volant ſidera turbine,
Quo curſu properat ſaecula volvere
Aſtrorum dominus, quo properat modo
Obliquis Hecate currere flexibus;
Hoc omnes petimus fata: nec amplius,
14 Juratos ſuperis qui tetigit lacus,
15 Vſquam eſt. ut calidis fumus ab ignibus
Vaneſcit ſpatium per breve ſordidus;
Vt nubes gravidas, quas modo vidimus,

1 Animas a corpotibus ſejunctas. 2 Humatis. 3 Poſtquam conjux morientis conjugis oculos clauſit. Conſuetudo antiquorum erat, ut ſanguine proximi clauderent oculos defuncto. 4 Ideſt, non permiſit videre ſolem diemque. 5 Hypallage: non prodeſt tradere animae defuncti funus, ideſt exequias, quae (ex Chori ſententia) nuſquam eſt. 6 An poſt funus ſupereſt hominibus alia vita? 7 Anima & corpore. 8 Immortalis. 9 Evanuit. 10 Et fax ſubjecta corpori, dum in rogo crematur, tetigit nudum cadaver. 11 Fluxu & refluxu. 12 Celeti: Pegaſus equus alatus fuit velociſſimi curſus e Meduſae ſanguine ortus. 13 Duodecim ſigna in Zodiaco. Qua volocitate volvuntur duodecim menſes anni, qua celeritate Phoebus & Phoebe peragunt curſus ſuos, eadem velocitate properamus ad mortem: tantum enim vitae, quantum tempori decedit. 14 Srygios. 15 Qui ſemel mortuus eſt, nuſquam amplius eſt.

1 *Arctoi Boreae diſjicit impetus* ;
2 *Sic hic* , *quo regimur* , *ſpiritus effluet* .
Poſt mortem 3 *nihil eſt* , 4 *ipſaque mors nihil* ,
Velocis 5 *ſpatii meta noviſſima* .
Spem ponant 6 *avidi* ; 7 *ſolliciti metum* .
Quaeris , *quo jaceas poſt obitum loco* ?
8 *Quo non nata jacent* ,
Tempus nos avidum devorat, *&* 9 *chaos* .
Mors individua eſt 10 *noxia corpori* ,
Nec parcens animae . 11 *Taenara* , *&* *aſpere*
Regnum ſub domino , *limen &* *obſidens*
Cuſtos 12 *non facili Cerberus oſtio* ,
13 *Rumores vacui* , *verbaque inania* ,
Et par ſollicito fabula 14 *ſomnio* .

ACTVS TERTIVS.

Andromacha per viſum de morte, quae filio imminebat, admonita, eum in paterno Hectoris tumulo trepide abſcondit; quem tamen calliditate ſua Vlyſſes detegit, & ad mortem adducit.

An-

1 A Septentrione flantis, ubi Arctos urſa. 2 Ut nubes a vento diſſipantur, ut fumus cito petit: ſic animus hominis. Ridiculae ſane Stoicorum rationes. 3 Quod permaneat in homine. 4 Proprie nulla res eſt, niſi vitae privatio. 5 Vitae noſtrae velociter tranſeuntis. 6 Cupidi mortis, ut, quam credunt, beatitudinem aſſequantur. 7 Qui poenas ſcelerum poſt mortem metuunt. Sic ſublata ſpe & metu futurorum, nugabatur Epicurus ſe genus humanum incomparabili beneficio affeciſſe: eo reſpicit, vel id ſentit potius. *Delrius*. 8 Eris poſt obitum, quaſi nunquam fuiſſes editus. Iterum impie e ſchola Epicuri. 9 Succeſſu temporis omnia in primum Chaos revolvi cenſebant Stoici, & novos deinde mundos iterum interituros ſecundum cunctas ſui partes, naſci iterum, mori iterum, nullumque circuli iſtius finem agnoſcebant; atque haec Stoicorum aeternitas. 10 *Noxia* pro ſubſtantivo accipe, proque damno, labe, vitio. Mors eſt labes corporis, quae ab eo dividi, ac ſeparari non poteſt, ſed & animae quoque perniciosa. 11 Promontorium Peloponneſi in Laconia, quo ſpecus horrendum, & profundiſſimo hiatu cernitur, propter quod ibi deſcenſum ad inferos fabulantur poetae, & pro ipſis inferis ponitur.
12 Exire volentibus. 13 Sunt ſermones ſine effectu. 14 Quod dormientes falſo territat: unde credendum non eſt animam Achillis apparuiſſe, quod ut inferret Chorus ex ſententia Epicureorum ſemper & Stoicorum loquutus eſt.

Andromacha, Senex, Ulyſſes.

An. *QVid maeſta, Phrygiae, turba laceratis comas,*
Miſerumque tunſae pectus effuſo genas
Fletu rigatis? levia perpeſſae ſumus,
1 *Si flenda patimur. Ilium vobis* 2 *modo,*
Mihi cecidit olim, cum ferus curru incito
3 *Mea membra raperet, & gravi gemeret ſono*
Peliacus axis pondere Hectoreo tremens.
Tunc obruta atque everſa, 4 *quodcunque accidit,*
Torpens malis rigenſque, ſine ſenſu fero.
Jam 5 *erepta Danais conjugem ſequerer meum,*
Niſi hic teneret. hic meos animos domat,
Morique prohibet. cogit hic 6 *aliquid deos*
Adhuc rogare. tempus aerumnae addidit,
Hic mihi malorum maximum 7 *fructum abſtulit,*
Nihil timere. proſperis rebus locus
Ereptus omnis: 8 *dira, qua veniant, habent.*
9 *Miſerrimum eſt timere, cum ſperes nihil.*
Se. *Quis te repens commovit afflictam metus?*
An. 10 *Exoritur aliquod majus e magno malum.*
Nondum ruentis Ilii fatum ſtetit.

1 Ideſt, talia ut nos flere ſinant; nam in graviſſimo dolore torpet, rigetque homo ſine ſenſu, ut flere nequeat.
2 Quoniam captae eſtis. 3 Hectoris mei conjugis. 4 Alii *Troja concidit*. Sed hic contra Senecae morem modulus eſſet. Correctionem praeſtat Florentinus codex, qui habet *quodcumque occidit*. Itaque ſenſus: Ilium mihi olim cecidit, nimirum, cum Hector caderet, cum circa muros traheretur; tum ego everſa atque obruta ruinis incidentis mihi calamitatis, quidquid poſtea ſupervenit, torpens ſtupenſve non ſenſi tanquam minus. Eleganter *obruta atque everſa*, quod & de homine & urbe recte dicitur. *Gronovius*. 5 Morte mihi ultro illata, me a Graecorum captivitate vindicaſſem, & mortua ſequerer maritum meum, niſi hic filiolus meus me in vita retineret. 6 Nempe, ſalutem filii, vel meam. 7 Scilicet fructum, quem mala pariunt, ideſt nihil timere; quia, qui nihil perdere poſſunt, aut majora pati nequeunt, nihil timent.
8 Mala habent viam, qua veniant. Quaſi dicat; nulla ſpes meliorum eſt, ſed tantummodo metus pejorum. 9 Timor enim, cum nihil ſpei admixtum ſit, deſperationem, malorum maximū, gignit. 10 Sui metus cauſſas profert Andromacha. Timeo, quod video aliud malum longe majus, quam quod pertulimus, nobis impendere; fatum enim ruentis Ilii nondum ceſſavit, ſed adhuc vergit ad majora mala.

Se. 1 *Et quas reperiet, ut velit, clades deus?*
An. *Stygis profundae clauſtra, & obſcuri ſpecus*
Laxantur: & ne deſit 2 *everſis metus,*
3 *Hoſtes ab uno conditi Dite exeunt.*
4 *Soliſne retro pervium eſt Danais iter?*
5 *Certe aequa mors eſt. turbat atque agitat Phrygas*
6 *Communis iſte terror.* 7 *hic proprie meum*
Exterret animum noctis horrendae ſopor.
Se. *Quae viſa portent, effer in medium, metus.*
An. *Partes fere* 8 *nox alma tranſierat duas,*
9 *Clarumque ſeptem verterant ſtellae jugum:*
10 *Ignota tandem venit afflictae quies,*
Breviſque feſſis ſomnus obrepſit genis;
Si 11 *ſomnus ille eſt mentis attonitae ſtupor,*
Cum ſubito noſtros Hector ante oculos ſtetit;
Non qualis ultro bella in Argivos ferens
Grajas petebat 12 *facibus Idaeis rates;*
Nec caede multa qualis in Danaos furens
Vera 13 *ex Achille ſpolia ſimulato tulit.*

1 *Non*

1 Quas novas majoreſque clades, quamvis velit, poterit deus reperire? 2 Nobis Trojanis.
3 *Hoſtes conditi*, ideſt, ſepulti exeunt ab imo tumulo. *Hoſtes* indignanter pro hoſtis poſuit, nempe, umbra Achillis Polyxenam ſibi in inferias mactari petentis. 4 Eſt ne conceſſum ſolis Graecis redire ab inferis ad ſuperos, magis quam conjugi meo, & aliis? Haec non eſt ſimplex interrogatio percontantis quod ignoret, ſed eſt impetus animi ſaucii, variiſque permotionibus affecti, ac veluti ſuſpirium indignationis. 5 Certe cum mors aequa ſit omnibus mortalibus, aeque etiam non magis permittit Graecos, quam Trejanos apparere ſuis. 6 Qui ab Achillis umbris injectus dicitur de Polyxena immolanda. 7 Sed ſopor hic, ideſt, viſus quem dicam, quemve in nocte habui, exterret peculiariter animum meum.
8 Noctem in quatuor partes, quas φυλακὰς *cuſtodias* dicebant, diſpeſci voluerunt Graeci, ut Romani in totidem vigilias.
9 Et ſeptem illa ſidera Borealia, in quae verſi Calliſto & Arcas, verterant jugum, nempe, plauſtrum, currum, ideſt, dimidium ſui curſus confecerant, & ad metam properabant. His ſtellis plauſtri, ſeu currus nomen tribuitur, quod hujuſmodi figuram deſignant. 10 Inſolita mihi afflictae. 11 Si ille ſtupor mentis attonitae eſt appellandus ſomnus. Non fruſtra hoc additum: nam exiſtimabant veteres divinitus immiſſa viſa ad aliquid futuri indicandum, vigilantibus; vel ſaltem medio quodammodo ſe habentibus, offerri; non vero ut vulgaria ſomnia, ſopore gravatis. 12 Flammis Trojanis ex Ida ſilva ſumtis. 13 Ex Patroclo, armis Achillis pugnare recuſantis, munito, & ab Hectore exuto, Haec ex Virg. lib. 2. Aeneid.

1 Non ille vultus ſlammeum intendens jubar,
Sed feſſus ac dejectus, & fletu gravis,
Similiſque 2 noſtro, ſquallida obtectus coma.
3 Juvat tamen vidiſſe. tum quaſſans caput,
Diſpelle ſomnos, inquit, & natum eripe,
O fida conjux. lateat. haec una eſt ſalus.
Omitte fletus. Troja quod cecidit, gemis?
4 Vtinam jaceret tota! feſtina. amove
Quocunque noſtrae parvulam ſtirpem domus.
Mihi gelidus horror ac tremor ſomnum excutit,
Oculoſque nunc huc pavida, nunc illuc ferens,
Oblita nati, miſera quaeſivi Hectorem.
Fallax per ipſos umbra complexus abit.
O gnate, magni certa progenies patris,
Spes una Phrygibus; unica afflictae domus,
Veteriſque ſoboles ſanguinis 5 nimium incliti,
Nimiumque patri ſimilis; hos vultus meus
Habebat Hector. talis inceſſu fuit,
Habituque talis, ſic tulit fortes manus.
Sic celſus humeris, fronte ſic torva minax,
Cervice fuſam diſſipans lata comam.
O nate, 6 ſero Phrygibus, at matri 7 cito,
Erit ne tempus illud, ac felix dies,
Quo Troici defenſor & vindex ſoli,
8 Recidiva ponas Pergama, & ſparſos fuga
Cives reducas? nomen & patriae ſuum,
Phrygibuſque reddas? 9 ſed mei fati memor,
Tam magna timeo vota. quod captis ſat eſt,

1 Non erat ei vultus ille augens rubicundum ſplendorem, & majeſtate plenus. 2 Vultui.

3 Licet fuerit ita ſquallidus, juvat tamen eum vidiſſe.

4 Vtinam Trojae ruinis modo poſito, ulterius aliae clades non eſſent metuendae: vel utinam clades, quae Trojae imminet, jam eſſet exacta & completa.

5 Quia ideo petebatur ad mortem quod eſſet ſoboles ſanguinis nimium clari, nimiumque paterno animo ſimilis, ne ſuperſtes patris & patriae excidium ulciſci poſſet. 6 Nam per aetatem non potes patriam tueri.

7 Quia ſi non eſſes adhuc natus, mihi tam ſoliciti timoris & curae cauſſa non eſſes. Non vult eum non eſſe natum, ſed non tam cito, ut minus ſubjectus eſſet invidiae, minuſque patrem referret. 8 Renaſcentia, a caſu reſurgentia. Sic Virg. lib. 4. Aen. *Recidiva manu poſuiſſem Pergama victis*. 9 Sed cum recordor, & in memoriam revoco, cum meum, tum publicum noſtrum fatum, vereor ne improba, & ideo irrita, optem.

Vivamus . heu me , quis locus fidus meo
Erit 1 *timori? quave te ſede occulam?*
Arx illa pollens opibus & 2 *muris deûm ,*
Gentes per omnes clara , & invidiae capax ,
Nunc pulvis altus . ſtrata ſunt flamma omnia ,
Supereſtque vaſta ex urbe ne tantum quidem
Quo lateat infans . quem locum 3 *fraudi legam?*
Eſt tumulus ingens conjugis cari 4 *ſacer .*
5 *Verendus hoſti , mole quem immenſa* 6 *parens*
Opibuſque magnis ſtruxit , 7 *in luctus ſuos*
Rex non avarus . optime 8 *credam patri .*
Sudor per artus frigidus totos cadit .
9 *Omen tremiſco miſera feralis loci .*
Se. *Haec cauſſa multos una ab interitu arcuit ;*
Credi periſſe . An. 10 *vix ſpei quidquam eſt ſuper .*
Grave pondus illum , magna 11 *nobilitas , premit .*
Se. *Ne* 12 *prodat aliquis , amove teſtes doli .*
An. *Si quaeret hoſtis?* Se. *urbe in everſa* 13 *periit .*
An. 14 *Quid proderit latuiſſe redituro in manus?*
Se. 15 *Victor feroces impetus primos habet .*
An. *Quid? quod latere ſine* 16 *metu magno nequit?*
Se. 17 *Miſer occupet praeſidia , ſecurus legat .*
An. 18 *Quis te locus , quae regio ſeducta , invia*
Tuto reponet? quis feret trepidis opem?

Quis

1 Filio, pro quo timeo : 2 Vide verſ. 7. primi actus. 3 Occultationi filii mei. 4 Religioſus. 5 Quem & hoſtis violare non audet. 6 Priamus Hectoris pater. 7 In mole ſtruenda, quae maerore & luctu, ut evenit, eum afficere debebat. 8 Committam filium. 9 Vereor ne feralis ſepulcri locus, in quo filium repono, tanquam omen futurae mortis ſit illi. 10 Vix supereſt quidquam ſpei in hac cautione, ſi fecero nimirum ut eum periiſſe credatur. Alias alii diſponunt in hoc verſu, & duobus ſequentibus perſonas, ſed Gronovius Rabelengium, & Delrium ſequutus, ita ordinandas eſſe contendit, quae diſpoſitio ſermoni, magis quam ceterae, conſentanea videtur. 11 Vide ſupra verſ. 55. hujus actus. 12 Natum. 13 Dic natum periiſſe. 14 Quid proderit ad modicum latuiſſe, ſi paulo poſt in manus hoſtium ſit venturus; nam perpetuo latere non poteſt, cum eum in tumulo relinquere nolim, ubi hinc proficiſcar. 15 Victor eſt ferocior in primo impetu, deinde remittit iras. 16 Scilicet, meo: vel *metus* pro periculo ponitur. 17 Qui eſt miſer, obvia quaeque, & quae occurrerint praeſidia, capeſsat neceſſe eſt, qui vero ſecurus, ideſt, qui nihil timet & habet tempus eligendi, eligat qualiacunque illi arrident. 18 Filium alloquitur Andromacha dum ad eum occultandum diſcedit.

Quis proteget ? qui 1 ſemper , etiam nunc tuos ,
Hector , tuere ; conjugis furtum piae
Serva , & fideli cinere victurum excipe .
Succede tumulo , nate . quid retro fugis ,
Turpeſque latebras ſpernis ? agnoſco 2 indolem .
Pudet timere . ſpiritus magnos 3 fuga ;
Animoſque 4 veteres . ſume quos caſus dedit .
En intuere , 5 turba quae ſimus ſuper ,
Tumulus , puer , captiva . cedendum eſt malis .
Sanctas parentis conditi ſedes , age ,
Aude ſubire . fata ſi miſeros juvant ,
Habes ſalutem . fata ſi vitam negant ,
Habes ſepulcrum . Se. 6 *clauſtra commiſſum tegunt .*
Quem ne tuus producat in medium timor ,
Procul hinc recede , teque 7 diverſam amove .
An. 8 *Levius ſolet timere , qui propius timet .*
Sed , ſi placet , referamus hinc alio pedem .
Se. *Cohibe parumper ora , queſtuſque opprime .*
Greſſus nefandos dux 9 Cephallenûm admovet .
An. 10 *Dehiſce tellus , tuque conjux ultimo*
Specu revulſam ſcinde tellurem , & Stygis
Sinu profundo conde depoſitum meum .
Adeſt Vlyſſes ; & quidem 11 dubio gradu
Vultuque . nectit pectore aſtus callidos .
Vly. 12 *Durae miniſter ſortis , hoc primum peto ,*
Vt ore quamvis verba dicantur meo ,
Non eſſe credas noſtra . Grajorum omnium ,
Procerumque vox eſt , petere quos 13 ſeras domos
Hectorea ſoboles prohibet . hanc fata expetunt ,

 1 *Sol-*

1 Tuos defendere conſueviſti. 2 Tui animi magnitudinem, qua patrem refers timoris neſcium. 3 Exue. 4 Veteris fortunae. 5 Quae turba ſuperſumus ex tota Troja; ſupereſt paternus tumulus, tu puer, ego captiva. 6 Sepulcri latebrae tegunt filiū, quem illi commiſimus. 7 Semotam a loco iſto. 8 Praeſentes enim non niſi quae vident, abſentes vero omnia timent. 9 Vlyſſes, qui Cephalleniae inſulae Jonii maris imperavit, ejusque populos ſecum ad Trojam duxerat. 10 Pande ſinus tuos, ut puero latebras praebeas. 11 Cunctabundo, ancipiti, quod proprium de iis, qui cogitabundi incedunt, & ſecum aliquid meditantur. 12 Graecorum mandato filium petere profitetur Vlyſſes, ut a ſe culpam amoveat, & in alios rejiciat, quod ſolemne quidem eſt mali nuncii miniſtris. 13 Sero reviſendas, nam donec filius tuus erit ſuperſtes, eas petere Graecis non licebit.

1 *Sollicita Danaos pacis incertae fides*
Semper tenebit, ſemper a tergo timor
2 *Reſpicere coget; arma nec poni ſinet,*
Dum Phrygibus 3 *animos* 4 *natus everſis dabit,*
Andromacha. An. *veſter augur hoc Calchas canit?*
Vly. *Et ſi taceret augur haec Calchas, tamen*
5 *Dicebat Hector; cujus & ſtirpem horreo.*
6 *Generoſa in ortus ſemina exſurgunt ſuos.*
Sic ille magni parvus armenti comes,
Primiſque nondum cornibus findens cutem,
Cervice ſubito celſus, & fronte arduus,
Gregem 7 *paternum ducit, ac pecori imperat.*
Quae tenera caeſo virga de trunco ſtetit,
Par ipſa 8 *matri tempore exiguo ſubit,*
Vmbraſque terris reddit, & caelo nemus.
Sic male relictus igne de magno cinis
Vires reſumit. eſt quidem injuſtus dolor
Rerum aeſtimator: ſi tamen tecum 9 *exigas,*
Veniam dabis, quod 10 *bella poſt hyemes decem*
Totidemque meſſes jam ſenex miles timet,
Aliaſque clades rurſus, ac nunquam bene
Trojam 11 *jacentem. magna res Danaos movet,*
12 *Futurus Hector. libera Grajos* 13 *metu.*
Haec una naves cauſſa 14 *deductas tenet;*
15 *Heic claſſis haeret. neve crudelem putes,*
Quod 16 *ſorte juſſus* 17 *Hectoris natum petam;*
18 *Petiſſem Oreſten. patere quod* 19 *victor tulit.*

And.

1 Hypallage. Fides incertae pacis tenebit ſolicitos Danaos.
2 Ne ſurgat qui Trojae excidium ulciſcatur. 3 Vlciſcendi.
4 Filius tuus, o Andromacha.
5 Videbatur dicere, ominabatur Hector relicto poſt ſe generoſo pignore. 6 Generoſa ſemina, nempe filii, cum non degenerent, *exſurgunt in ortus ſuos*, ideſt creſcunt, ut parentum fortitudinem atque indolem referant. 7 Quem taurus pater duxerat. 8 Arbori, ex qua ipſa virga exciſa fuit. 9 Recte hoc factum perpendas. 10 Recentia.
11 Quia ſuperſtite filio tuo, iterum poſſe ſurgere credunt Graeci. 12 Filius tuus futurus alter Hector. 13 Tradendo filium.
14 A litore, & jam ad velificandum paratas. 15 In hac re fixa eſt claſſis. 15 Quia fortaſſe ad filium petendum ſorte Vlyſſes electus fuerat e Graecis, vel *ſorte*, ideſt, oraculo a Calchante effato, nam *dictae per carmina ſortes*. 17 Quaſi dicat; acerrimi Graecorum hoſtis. 18 Petiiſſem etiam Oreſten ipſius Agamemnonis filiam, licet Graecorum imperatoris. 19 Agamemnon. Vide ſupra verſ. 2. actus ſecundi.

And. *Vtinam quidem eſſes, nate, materna in manu;*
Noſſemque quis te caſus ereptum mihi
Teneret, aut quae regio. 1 *non hoſtilibus*
Confoſſa telis pectus, aut vinclis manus
Secantibus praeſtricta, non acri latus
Vtrumque flamma cincta, maternam fidem
Vnquam exuiſſem. nate, quis te nunc locus,
Fortuna quae poſſedit? errore avio
Vagus arva luſtras? vaſtus an patriae 2 *vapor*
Corripuit artus? ſaevus an victor tuo
3 *Luſit cruore? nunquid immanis ferae*
Morſu peremtus paſcis Idaeas aves?
Vly. *Simulata remove verba. non facile eſt tibi*
Decipere Vlyſſem. vicimus 4 *matrum dolos,*
Etiam 5 *dearum. caſſa conſilia amove.*
Vbi natus eſt? And. *ubi Hector? ubi cuncti Phryges?*
Vbi Priamus? unum quaeris. ego quaero 6 *omnia.*
Vly. *Coacta dices, ſponte quod fari abnuis.*
And. 7 *Tuta eſt, perire quae poteſt, debet, cupit.*
Vly. *Magnifica verba mors prope admota excutit.*
And. *Si vis, Vlyſſe, cogere Andromacham metu,*
Vitam minare. nam mori votum eſt mihi.
Vly. *Verberibus, igni, morte, cruciatu, eloqui*
Quodcunque celas, adiget invitam dolor,
Et pectore imo condita arcana eruet.
Neceſſitas plus poſſe, quam pietas, ſolet.
And. *Propone flammas, vulnera & diras mali*
Doloris artes, & famem, & ſaevam ſitim,
Variaſque peſtes undique, & ferrum inditum
Viſceribus uſtis, carceris caeci luem,

Et

1 Nullum tormenti genus me cogeret, ut filium proderem. Veteres flammam, verbera, tela &c. ad extorquendum quod poſtulabant, facile adhibebant. Id reſpicit Lucret. *Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, taeda.* 2 Fumus igne permixtus. 3 Quia eras ita parvus, ut quaſi per ludibrium te occiderit ſine labore. 4 Nempe, Thetidis, cum Achillem explorarem ab ea occultatum. Vide verſ. 51. actus ſecundi. Et Clitemneſtrae cum pererem Iphigeniam. Hanc quidem Vlyſſes aſtu a matre abduxit. ſub praetextu quod in uxorem ducere eam vellet Achilles.
5 Pro deae, ſcilicet Thetidis; neque enim Clitemneſtra dea erat, nec mater Pallas; quam vicit Vlyſſes ejus eripiendo ſimulacrum: nihil tamen hoc ad matris dolos. 6 Quaſi dicat: quod ſi omnia perierunt, potuit & filius periiſſe. 7 Quae poteſt, debet, cupit petire, ut ego, eſt tut

Et quidquid audet victor iratus, tumens:
Animoſa nullos mater admittit metus.
Vly. *Stulta 1 eſt fides, celare quod 2 prodas ſtatim.*
3 Hic ipſe, quo nunc contumax perſtas, amor
Conſulere parvis liberis Danaos monet.
Poſt arma tam 4 longinqua, poſt annos decem,
Minus timerem quos 5 facit Calchas metus,
Si mihi timerem. bella 6 Telemacho paras.
And. *Invita Vlyſſi gaudium ac Danais dabo.*
Dandum eſt. 7 fatere, quos premis luctus, dolor.
Gaudete Atridae; tuque laetifica, ut ſoles,
Refer Pelaſgis. Hectoris proles obiit.
Vly. *Et eſſe verum hoc qua probas Danais 8 fide?*
And. *9 Ita quod minari maximum victor poteſt,*
Contingat, & me fata 10 maturo exitu
Facilique ſolvant, ac 11 meo condant ſolo,
Et patria tellus Hectorem 12 leviter premat;
Vt luce caret, ut inter extinctos jacet,
Datuſque tumulo 13 debita exanimis tulit.
Vly. *Expleta fata ſtirpe ſublata Hectoris,*
Solidamque pacem laetus ad Danaos feram.
14 Quid agis, Vlyſſe? Danaidae credent tibi?
15 Tu cui? parenti. 16 fingit an quiſquam hoc parens,

Nec

1 Fiducia. 2 Cogaris prodere. 3 Hic ipſe amor, quo tam pertinaciter conſulis filio tuo, & Danaos monet, ut etiam ipſi eorum parvis liberis conſulant, ne ſcilicet a filio tuo ea patiantur, quae ipſe paſſurus eſt.
4 A patria noſtra. 5 Vaticinando denunciat. 6 Filio meo a filio Hectoris, ſi ſuperſit, inferenda. 7 O dolor fatere luctus, quos celas. 8 Quo teſte, argumento? 9 Sic mihi contingat totum id, quod victor poteſt minari maximum. Andromacha quaſi aliud certius argumentum afferre non poſſit ad jusjurandum confugit, & dejerans per omnia ſacra filium [in tumulo abditum] luce carere, & inter extinctos jacere, ipſum Vlyſſem pene decipit ambigui ſacramenti fallacia. 10 Celeri & immatura morte. 11 Paterno ſolo, priuſquam rapiat in Graeciam. 12 Cui male volebant terram gravem, & ſepulcrum oneroſum, cui bene levem, & ſine pondere terram defuncto precabantur veteres, quod ad illorum felicitatem pertinere putabant. 13 Juſta debita mortuis. 14 Volens diſcedere Vlyſſes in ſe reverſus talia ſecum loquitur. 15 Nempe, credis. 16 An quiſquam parens, ſive pater ſive mater, tam irreligioſus, & omnium contemptor, ut celandi filii cauſſa, ſimulet eum mortuum? nec metuat hanc ſimulationem poſſe eſſe illi omen mortis immaturae & malorum, quibus ſe jurejurando devovet?

Nec abominandae mortis auſpicium pavet?
1 *Auſpicia metuunt, qui nihil majus timent.*
Fidem alligavit jurejurando ſuam.
Si pejerat, timere quid gravius poteſt?
Nunc advoca aſtus, anime: nunc fraudes, dolos,
Et 2 *totum Vlyſſem. veritas nunquam* 3 *perit.*
Scrutare 4 *matrem. maeret, illacrimat, gemit,*
Et huc & illuc anxios greſſus refert,
Miſſaſque voces aure ſollicita excipit.
Magis haec timet, quam maeret. ingenio eſt opus.
5 *Alios parentes* 6 *alloqui in luctu decet:*
Tibi gratulandum eſt, miſera, quod nato cares,
Quem mors manebat ſaeva, praecipitem datum
E turre, lapſis ſola quae muris manet.
And. 7 *Me liquit animus. membra quatiuntur, labant,*
Torpetque vinctus frigido ſanguis gelu.
Vly. *En tremuit. hac, hac* 8 *parte quaerenda eſt mihi.*
Matrem timor detexit, iterabo metum.
9 *Ite, ite, celeres. fraude materna abditum*
Hoſtem Pelaſgi nominis, peſtem ultimam,
Vbicunque latitat, erutam in medium date.
10 *Bene eſt.* 11 *tenetur.* 12 *perge, feſtina, attrahe.*
Quid 13 *reſpicis, trepidaſque? jam certe perit.*
And. *Vtinam* 14 *timerem! ſolitus ex longo eſt metus.*
Dediſcit animus ſero, quod didicit diu.

Vly.

1 Neque per interrogationem, neque per ironiam hoc intelligendum, ut volunt. Vere enim auſpicia & religiones metuunt, quibus alius nullus praeſentior metus incumbit. Et, ut Fabius dicebat, ſalvis auſpiciis geri, quae pro republica gererentur, ſic privati pro bene ominatis habent in periculo, quaecunque dant ſpem ſalutis. *Gronovius*.
2 Quidquid artis aſtuſque eſt in Vlyſſe. 3 Extinguitur ſive potentia, ſive diſſimulatione, ſed ſemper emergit. 4 Andromachae geſtus advertit. 5 Andromacham ſubdole alloquitur. 6 Conſolari. 7 Haec ſucum Andromacha. 8 Per timorem incuſſum examinanda eſt Andromacha. 9 Superiora ſecum dixerat Vlyſſes; modo ad famulos ſermonem convertit. 10 Simulat unum e ſuis famulis filium reperiiſſe, eumque a tergo Andromachae adducere, quare illa timens trepide reſpicit, ex quo filium occultaſſe conjicit Vlyſſes. 11 Puer inventus eſt. 12 Servum alloquitur. 13 O Andromacha. 14 Pro filio, nam ſi ob id timerem mihi viveret filius. Excuſat timorem ſuum Andromacha, quem a diuturno timendi uſu, non a filio adhuc vivente, profectum dicit.

Vly. 1 *Luſtrale quoniam debitum muris puer*
Sacrum anteceſſit; nec poteſt vatem ſequi
Meliore fato raptus: hoc Calchas ait
Modo piari poſſe redituras rates,
Si 2 placet undas Hectoris ſparſi cinis,
Ac tumulus imo totus aequetur ſolo.
Nunc 3 ille quoniam debitam effugit necem,
Erit admovenda 4 ſedibus ſacris manus.
And. 5 *Quid agimus? animum diſtrahit geminus timor:*
Hinc gnatus, illinc conjugis cari cinis.
Pars utra vincet? teſtor immites deos,
Deoſque veros, conjugis 6 manes mei,
Non aliud, Hector, in meo nato mihi
Placere, 7 quam te. vivat, ut poſſit tuos
Referre vultus. 8 prorutus tumulo cinis
Mergetur? oſſa fluctibus ſpargi ſinam
Disjecta vaſtis? potius 9 hic mortem oppetat.
Poteris nefandae deditum mater neci
Videre? poteris celſa per 10 faſtigia
Miſſum 11 rotari? potero. perpetiar. feram,
Dum non meus poſt fata victoris manu
Jactetur Hector. 12 hic ſuam poenam poteſt
Sentire; at illum fata jam 13 in tuto locant.

Quid

1 Callidiori aſtu Andromacham aggreditur Vlyſſes, fingitque Calchantis juſſu ſe velle diruere ſepulcrum Hectoris. Ordo & ſenſus eſt: *quoniam puer anteceſſit*, id eſt, praevenit moriendo, *ſacrum luſtrale debitum muris*, nempe, ſacrificium luſtrationis, ſeu purgationis, quod ſuper Trojae muros fieri debebat, cum e turri dejiciendus erat puer; *nec* idem puer *raptus mitiori fato*, ſcilicet morte mitiore, quam ut e turri praecipitaretur, *poteſt ſequi vatem*, hoc eſt, juxta Calchantis praeſcriptum interire &c. 2 Placatas reddat. 3 Aſtyanax. 4 Tumulo Hectoris. Sepulcra diis Manibus ſacra religioſe reverebantur antiqui, & ea violare maximum nefas omniū nationum legibus ritibuſque ſemper habitum. 5 Haec ſecū. 6 Erant dii Manes, iidem ac duo illi Genii, quos & ab ipſa ſtatim conceptione hominibus adeſſe credebant; quorum alter malus ad malum, alter bonus ad bonum impelleret hominem, quique ne mortua quidem corpora desererent, conſumtiſque etiam corporibus ſepulcra inhabitarent. 7 Quam quod te referat. 8 Fluctuat Andromacha & dubitat, utrum potius perdat filium, an ſinat Hectoris cineres diſpergi, & dirui ſepulcrum; demum ſtatuit ſervare filium. 9 Aſtyanax. 10 Turris. 11 Circumvolvi cadentem. 12 Filius. 13 Extra omne periculum poenae ſenſibilis inferendae corpori.

Quid fluctuaris? ſtatue, quem poenae extrahas.
Ingrata, dubitas? Hector eſt illic tuus.
Erras. 1 *utrinque eſt Hector.* 2 *hic ſenſus potens,*
Forſan futurus ultor extincti patris.
Vtrique parci non poteſt. quid nam facis?
Serva e duobus, anime, quem Danai timent.
Vly. 3 *Reſponſa peragam. funditus* 4 *buſta eruam.*
And. 5 *Quae vendidiſtis?* Vly. *pergam, & e ſummo aggere*
Traham ſepulcra. And. *caelitum appello fidem,*
Fidemque Achillis. Pyrrhe, genitoris tui
Munus tuere. Vly. *tumulus hic campo ſtatim*
Toto jacebit. And. 6 *fuerat hoc prorſus nefas*
Danais inauſum. templa 7 *violaſtis,* 8 *deos*
Etiam faventes. buſta 9 *tranſierat furor.*
Reſiſtam. inermes offeram armatis manus.
Dabit ira vires. qualis Argolicas ferox
Turmas 10 *Amazon ſtravit; aut qualis* 11 *deo*
Percuſſa 12 *Maenas,* 13 *entheo ſilvas gradu*
Armata thyrſo terret, atque 14 *expers ſui*
Vulnus 15 *dedit, nec ſenſit; in medios ruam,*
Tumuloque cineris ſocia defenſo cadam.
Vly. 16 *Ceſſatis? & vos flebilis clamor movet,*
Furorque caſſus feminae? juſſa ocius
Peragite. And. *me, me, ſternite heic ferro prius.*
Repellor? heu me! rumpe 17 *fatorum moras.*
18 *Molire terras, Hector, ut Vlyſſem domes.*

Vel

1 Ab utraque parte, id eſt tam ubi eſt corpus Hectoris, quam ubi eſt filius Hectoris. 2 Aſtyanax compos animi & mentis. Nam de inferis dubitabant: ſi quis manibus ſenſus. *Gronovius*. 3 Calchantis. 4 Tumulum. Proprie cadaveris cremationem buſtum notat. 5 Priamus corpus Hectoris ſepultura donandum emit ab Achille. *Exanimumque auro corpus vendebat Achilles*. Virg. 1. Aeneid. 6 Nefas violandi ſepulcra adhuc Graeci non auſi ſunt patrare. 7 Ajax Oileus vim intulit Caſſandrae in templo Palladis. 8 Vt Palladem, cujus ſimulacrum rapuit Vlyſſes. Haec autem Trojanis favebat: *Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit*. Ovid. 9 Non attigerat. 10 Pentheſilea. 11 Bacchi furore percita. 12 Agave Bacchi ſacerdos. 13 Afflatu numinis acto. 14 Impos. 15 Pentheo; hunc Agave mater ejus, & Bacchae numinis furore actae diſcerpſerunt, quod Bacchi ſacra contemneret. 16 Famulos alloquitur. 17 Fatorum impedimenta, quae obſtant inferis ne exeant. 18 Magno conatu impello terram ut dehiſcat, tuque prodire poſsis.

Vel umbra ſatis eſt. 1 *arma concuſſit manu.*
2 *Jaculatur ignes. cernitis Danai Hectorem?*
An ſola video? Vly. *funditus cuncta erue.*
And. *Quid agis? ruina mater & gnatum & virum*
Proſternis una. forſitan Danaos prece
Placare poteris. 3 *conditum elidet ſtatim*
Immane buſti pondus. intereat miſer,
4 *Vbicunque potius, ne pater gnatum obruat,*
Prematque patrem gnatus. ad 5 *genua accido*
Supplex, Vlyſſe, quamque nullius pedes
Novere dextram, pedibus admoveo tuis.
Miſerere matris, & preces placidus pias
Patienſque recipe; quoque te celſum altius
Superi levarunt, mitius lapſos preme.
6 *Miſero datur quodcunque, fortunae datur.*
7 *Sic te reviſat conjugis ſanctae torus,*
Annoſque, dum te recipit, extendat ſuos
8 *Laerta! ſic te* 9 *juvenis excipiat tuus,*
Et vota vincens veſtra felici indole,
Aetate 10 *avum tranſcendat, ingenio patrem!*
Miſerere matris. unicum afflictae mihi
11 *Solamen hoc eſt.* Vly. *exhibe gnatum, & roga.*
And. *Huc e latebris procede tuis,*
Flebile matris furtum miſerae.
12 *Hic puer, hic eſt terror, Vlyſſe,*
Mille carinis. ſubmitte manus,
Dominique pedes ſupplice dextra
Stratus adora: nec turpe puta,
Quidquid miſeros fortuna jubet.
Pone ex animo reges atavos,
Magnique 13 *ſenis jura per omnes*

In-

1 Per phantaſiam videtur cernere Hectorem. 2 Vt olim in naves Graecorum. 3 Abſcondirum filium. 4 Quocunque alio loco, aut de turre praecipitatus, ſeu alio fato, modo ne ſepulcrum patris cadendo obruat filium, natuſque cadens premat patrem. Haec ſecum, inde ad Vlyſſem ſupplex ſe convertit. 5 Genua miſericordiae quaſi ſedem eſſe putarunt veteres. 6 Quidquid miſero datur, id fortunae datur; ut ſi quando miſer fias, illa tibi beneficium acceptum referre jure teneatur. 7 Hypallage. Sic torus caſtae conjugis tuae Penelopes, qua caruiſti viginti annos, reviſat te. 8 Pater tuus. 9 Filius Telemachus, 10 Laerta. 11 Filius. 12 Scilicet, tam parvulus & tener. 13 Priami.

Inclita terras. 1 excidat Hector.
2 Gere captivum; poſitoque genu,
Si tua nondum funera ſentis,
Matris fletus imitare tuae.
Vidit 3 pueri regis lacrimas
Et Troja 4 prior, parvuſque minas
Trucis 5 Alcidae flexit Priamus.
Ille, ille ferox, cujus vaſtis
Viribus omnes ceſſere 6 ferae:
Qui perfracto limine Ditis
Caecum retro 7 patefecit iter,
8 Hoſtis parvi victus lacrimis,
Suſcipe, dixit, rector, 9 habenas,
Patrioque ſede celſus ſolio,
Sed ſceptra fide 10 meliore tene.
Hoc fuit illo victore capi.
Diſcite mites Herculis iras.
11 An ſola placent Herculis arma?
Jacet ante pedes non minor 12 illo
Supplice 13 ſupplex; vitamque petit.
Regnum Trojae, quocunque volet,
Fortuna ferat.

Moriturum filium deplorat Andromacha, quem ut redimat, precibus minas diraſque miſcens fruſtra exorat Vlyſſem.

Vlyſſes, Andromacha, Aſtyanax.

Vly. M*Atris quidem me maeror attonitae movet;*
Magis Pelaſgae me tamen matres movent,
Qua-

1 Tibi ex animo memoria & virtus Hectoris. 2 Oſtende te geſtu, more captivi. 3 Priami tum pueri, poſtea regis. 4 Cum capta ab Hercule Troja vitam ab eo impetravit Priamus. Vide ſupra verſ. 133. primi actus. 5 Herculis, vel ab Alceo avo paterno, vel ab *ἀλκὴ virtus, robur* dicti. 6 Monſtra ab Hercule domita, ut leo, taurus, ſtymphalides aves, hydra &c. 7 Cum ex inferis Theſeum amicum educturus Cerberum ternis catenis vinctum ad ſuperos traxit. 8 Priami. 9 Regni moderamina. 10 Quam pater tuus Laomedon, qui primum deos Trojae munitores promiſſa mercede, poſtea vero Herculem equis, propter liberatam a monſtro marino Heſionem, defraudavit. 11 An ſola Herculis arma in Troja expugnanda, non vero ejus manſuetudinem, & clementiam in parcendo hoſtibus vultis imitari? 12 Priamo. 13 Filius meus.

Quarum iſte magnos creſcit in luctus puer.
And. *An has ruinas urbis in cinerem datas*
1 *Hic excitabit? hae manus Trojam erigent?*
Nullas habet ſpes Troja, ſi 2 *tales habet.*
3 *Non ſic jacemus Troes, ut cuiquam metus*
Poſſimus eſſe. 4 *ſpiritus genitor facit?*
5 *Sed nempe tractus.* 6 *ipſe poſt Trojam pater*
Poſuiſſet animos, magna quos frangunt mala.
Si poena 7 *petitur, quae peti gravior poteſt?*
8 *Famulare collo nobili ſubeat jugum.*
Servire liceat. aliquis hoc 9 *regi negat?*
Vly. *Non hoc Vlyſſes. ſed negat* 10 *Calchas tibi.*
And. *O machinator fraudis, o ſcelerum artifex,*
Virtute cujus bellica nemo occidit;
Dolis & aſtu maleficae mentis jacent
Etiam 11 *Pelaſgi;* 12 *vatem & inſontes deos*
Praetendis? hoc eſt pectoris facinus tui,
13 *Nocturne miles, fortis in pueri necem.*
Jam 14 *ſolus audes aliquid, & claro die.*
Vly. *Virtus Vlyſſis Danaidis nota eſt ſatis,*
Nimiſque Phrygibus. non vacat vanis diem
Conterere verbis. ancoras claſſis 15 *legit.*
And. *Brevem moram largire, dum officium parens*
Gnato ſupremum reddo, & amplexu ultimo
Avidos dolores ſatio. Vly. *miſereri tui*
Vtinam liceret! quod tamen ſolum licet,

Tem-

1 Puellus. 2 Tam exiles.
3 Ita ſumus Troes penitus deleti, ut non poſſimus eſſe timore alicui. 4 Forte dices, Hector facit animos puero? 5 Quaſi dicat; Hector, qui non eſt in vivis, quem Achilles traxit circum muros Ilii, aut juxta Homerum ad naves, & ter circa Patrocli tumulum, ille dat ſpiritus puero? Quod praeſidium a mortuo? 6 Sed & ipſe Hector ſi Trojae ſuperfuiſſet, poſuiſſet ſpiritus generoſos propter ingentia mala, quae & ſuperbos animos domare ſolent.
7 Ex filio meo. 8 Quam ut ſubeat jugum ſervitutis. 9 Filio regis. 10 Deorum oracula, quorum interpres Calchas. 11 Vt Palamedes falſa proditionis accuſatione oppreſſus: de quo Virg. lib. 2. Aen. Iphigenia, de qua ſupra, & Ajax in contentione de armis Achillis victus.
12 Calchantem, & deos nunquam talia poſcentes, ad tuam excuſationem adducis. 13 Qui nunquam, niſi noctu tanquam fur expeditionem exerces, ut in caede Rheſi, in raptu Palladii, in captione Trojae. 14 Sine ſocio, quia in aliis inſidiis habuiſti Diomedem comitem.
15 Retrahit in naves, ut peracta nece naviget.

Tempus moramque dabimus. arbitrio tuo
Implere lacrimis. fletus aerumnas levat.
And. *O dulce pignus! o decus lapſae domus!*
Summumque Trojae funus! o Danaum timor!
Genitricis o ſpes vana! cui demens ego
1 *Laudes parentis bellicas, annos avi*
Medios precabar: vota deſtituit deus.
Iliaca non tu ſceptra regali potens
Geſtabis aula; jura nec populis dabis,
Victaſque gentes ſub tuum mittes jugum;
Non Graja caedes terga, non 2 *Pyrrhum trahes;*
Non arma tenera parva 3 *tractabis manu;*
Sparſaſque paſſim ſaltibus latis feras
Audax ſequeris: nec 4 *ſtato luſtri die*
Solemne referens Troici 5 *luſus ſacrum,*
Puer citatas nobilis turmas ages:
6 *Non inter aras mobili velox pede,*
Revocante flexo concitos cornu modos,
7 *Barbarica* 8 *priſco templa ſaltatu coles.*
O morte dira triſtius leti genus!
Flebilius aliquid Hectoris magni nece
9 *Muri videbunt.* Vly. *rumpe jam fletus parens.*
Magnus ſibi ipſe non facit finem dolor.
And. *Lacrimis, Vlyſſe, parva, quam petimus, mora eſt.*
Concede, parvos ut mea 10 *condam manu*
Viventis oculos. 11 *occidis parvus quidem,*
Sed jam timendus. 12 *Troja te expectat tua.*
I, vade liber. 13 *liberos Troas vide.*

1 Bellicam Hectoris virtutem, mediamque Priami aetatem, in qua regno opibuſque floruit.
2 Vltus patrem tuum, quem Achilles Pyrrhi pater traxit.
3 In militiae exercitationibus, & praeludiis bellicis. 4 Fiebant ſingulis quadriennis expleris.
5 Qui fiebat a pueris nobilioribus majoribus & minoribus, turmatim in equis diſcurrentibus, & ſpeciem ludicri certaminis exibentibus: hunc graphice deſcribit Virg. lib. 7. Aen.
6 Sacra Dyndimenes indicantur, quae circa templa ſaltantes celebrabant Trojani, imitantes ſonum cornu, ut fere apud nos fit in choreis, unde dicit *revocante flexo cornu*, ideſt curva tibia, *modos concitos* ſaltantium.
7 Phrygia. 8 Quod ante Dardanum a Phrygibus invento.
9 Trojae. 10 Claudam; quod parentis, aut ſanguine proximioris erat officium. 11 Puerum alloquitur. 12 Trojani, qui jam apud inferos erant. 13 A ſervitute Graecorum, quod jam eſſent defuncti.

Aſt. Miſerere mater. And. *quid meos retines ſinus,*
Manuſque matris? caſſa praeſidia occupas.
Fremitu leonis qualis audito tener
Timidum juvencus applicat matri latus:
At ille ſaevus matre ſummota leo,
1 *Praedam minorem morſibus vaſtis premens*
Frangit, vehitque: talis e noſtro ſinu
Te rapiet hoſtis. oſcula, & fletus, puer,
2 *Laceroſque crines excipe,* & 3 *plenus mei*
Occurre patri. pauca maternae tamen
4 *Perfer querelae verba: ſi manes habent*
5 *Curas priores, nec perit* 6 *flammis amor;*
Servire Grajo pateris Andromachen jugo,
7 *Crudelis Hector? lentus & ſegnis jaces?*
8 *Rediit Achilles.* 9 *ſume nunc iterum comas,*
Et ſume lacrimas, quidquid 10 *e miſero viri*
Funere relictum eſt. ſume quae reddas tuo
Oſcula parenti. matris hanc ſolatio
Relinque 11 *veſtem. tumulus hanc tetigit meus,*
12 *Maneſque cari. quidquid heic cineris latet,*
Scrutabor ore. Vly. *nullus eſt flendi modus.*
Abripite propere claſſis Argolicae 13 *moram.*

Illuſtriora fere omnia Graeciae loca commemorant Troades, ad quae in ſervitutem minus invitae ſe recepiſſent, quam in patriam Helenae, Agamemnonis, & Vlyſſis.

Chorus Troadum

Quae vocat ſedes habitanda 14 *captas?*
Theſſali montes, & opaca 15 *Tempe?*
An viros tellus dare militares

Aptior

1 Juvencum. 2 Quaſi Andromacha juſta perſolvat morituro filio, laniatos crines ei tradit in pignus amoris, luctuſque teſtimonium, qui ritus ſolemnis erat in funeribus ad ſquallorem amoremque teſtandum. 3 Afferens multa monumenta mei, ut oſcula, lacrimas, crines. 4 Hectori. 5 Affectus. 6 Rogi. 7 Verba, quae puer perferre debet patri. 8 Apparens ſuis. Vide ſupra verſ. 19. act: ſecundi. 9 Iterum puerum alloquitur. 10 Poſt funus Hectoris conjugis mei. 11 Qua involutus puer in ſepulcro latuerat. 12 Cineres mei Hectoris. 13 Puerum qui eſt cauſſa morae. 14 Troades. 15 Theſſaliae regiuncula amoeniſſima.

Aptior 1 *Phthie? meliorque foetu*
Fortis 2 *armenti lapidoſa* 3 *Trachin?*
An maris vaſti domitrix 4 *Iolcos;*
Vrbibus centum ſpacioſa 5 *Crete?*
Parva 6 *Gortyne, ſterilíſque* 7 *Tricce?*
An frequens ruſcis levibus 8 *Mothone?*
9 *Quae ſub Oetaeis latebroſa ſilvis*
10 *Miſit infeſtos Troiae ruinis*
Non ſemel arcus?
11 *Olenos tectis habitata raris?*
Virginis 12 *Pleuron inimica Divae?*
An maris lati ſinuoſa 13 *Troezen?*
14 *Pelion regnum* 15 *Prothoi ſuperbum,*
16 *Tertius caelo gradus?* 17 *hic recumbens*
Montis exeſi ſpatioſus antro
Jam trucis Chiron 18 *pueri magiſter,*

1 Oppidum Phthiotidis regionis in Theſſalia Achillis patria, ideo *aptior* dicitur ad producendos viros militares. 2 Equini. 3 Vrbs Phthiotidis regionis in Theſſalia. 4 Vrbs Theſſaliae in Magneſia; dicitur domitrix maris, quod Jaſonis patria fuit, qui ad vellus aureum petendum vectus Argo, mare navibus pervium docuit. 5 Inſula in Mediterraneo ob centum urbes Hecatompolis dicta. 6 Cretae oppidum. Vix eſt, ut poſt Creten nominatam, unam hanc quoque urbem ejus inſulae appellarit. Suſpicor fuiſſe *Parva Gyrtone*, quae Theſſaliae, aut Perrhaebiae urbs, *Gyrton* alias dicitur teſte Stephano. *Gronovius*. 7 Theſſaliae urbs Aeſculapii templo celebris. 8 Vrbs Meſſeniae. Alii *Mathone*. 9 Subaudi, an urbs, quae ſub *Oetaeis ſilvis*, ideſt ſub montibus Theſſaliae. Oeta mons Theſſaliae, rogo & ſepulcro Herculis celebris. Hoc verſu, non expreſſo nomine, deſcribitur Meliboea urbs Theſſaliae patria Philoctetae. 10 Vide verſ. 135 actus primi. 11 Vrbs gemina, una Achajae in Peloponneſo, altera in Aetolia. 12 Nota Aetoliae urbs Meleagri patria; dicitur *inimica virginis Divae*, ideſt Dianae, quod Oeneus Meleagri pater cum ceteris numinibus frugum honores ſacrificaret, omiſit Dianam, quae indignata immiſit aprum, qui Aetoliam vaſtaret. 13 Vrbs Peloponneſi in ora Argiae: *ſinuoſa*, quod ibi litora curvantur. 14 Mons Theſſaliae. 15 Alii *Protei*, quod ingenti commentario extenderunt, a quo facile ſe abſtinuiſſent, ſi aut carminis leges, aut ſyllabarum quantitatem animadvertiſſent: nam legendum *Prothoi* omnino monet & carminis lex & Homeri auctoritas, qui in Catalogo de hoc rege Prothoo meminit, & ejus ſtirpem deſcribit; & quem Homeri locum reſpicit hoc verſu Poeta. 16 Gigantibus dum caelum peterent; nam Olympo Oſſam, & Oſſae Pelion impoſuerunt. 17 In Pelio. 18 Achillis, quem in eodem Theſſaliae antro Chiron medicina, muſica, & equitandi arte inſtruxit.

Tinnulas plectro feriente chordas,
Tunc quoque ingenteis acuebat iras
Bella canendo.
An ferax varii lapidis 1 *Caryſtos?*
An premens litus maris inquieti
Semper Euripo properante 2 *Chalcis?*
Quolibet vento faciles 3 *Calydne?*
An carens nunquam 4 *Gonoeſſa vento?*
Quaeque formidat Borean 5 *Eniſpe?*
Attica pendens 6 *Peparethos ora?*
An ſacris gaudens tacitis 7 *Eleuſin?*
8 *Nunquid Ajacis* 9 *Salamina veram?*

Aut

1 Vna ex Cycladibus inſula, cujus marmor ob macularum varietatem paſſim commendant poetae. 2 Vrbs praecipua Euboeae, quae a Boeotia Euripo dividitur, ideſt anguſto quodam freto, quod juxta nonnullos, ſepties die ac ſepties nocte, juxta Senecam alioſque, ſepties tantum 24 horarum ſpatio fluctibus invicem verſis adeo immodice fluit, ut navigia ſecum rapiat; hinc Chalcidis mare inquietum *properante Euripo* apud auctores vocatur, & hinc etiam proverbium *Euripus homo* in inconſtantes profectum. 3 Inſulae duae parvae circa Tenedum inſulam maris Aegaei. Eſt etiam Calydna alia inſula maris Myrtoi. 4 Vrbs in Aetolia, quam Homerus alto loco ſitam ſcribit: id reſpicit poeta ſcribens *nunquam carens vento.* 5 Oppidum fuit Peloponneſi Lyceo monti finitimum, & ſeptentrionem verſus poſitum: unde etiam Statius lib. 4 Theb. cecinit. *ventoſaque donat Eniſpe.* 6 Sic omnes libri, & videtur Senecae ineſcuſabilis error. Eſt enim Peparethos ex Cycladibus. Nam quod ſubjicit *Perithoedos* Delrius, ferri non poteſt. Scribunt enim Graeci Περιθοίδαι. Tolerabilius idem, *Sypaletos*, aut *Lycabettos* mons Atticae Athenis proximus. *Gronovius.* 7 Atticae civitas non longe ab Athenis, in qua ſolemnia ſacra, quae Eleuſina, & Teſmophoria nuncupabantur, Cereri inſtituta ſunt, quod ea homines ad mitiorem cultum, a glandibus ad fruges, traducens legibus vivere fecit. Quia vero ea ſacra religioſo quodam ſilentio celebrabantur, & non niſi initiatis revelanda erant, hinc *tacita, tacenda* paſſim apud auctores vocantur. 8 Ante hunc verſum deeſſe aliquid ſummi viri ſuſpicati ſunt. Scaliger, quo caveatur constructioni nominativi in accuſativum tranſeuntis, inſerit duos verſus. *Quove jactatae pelago feremur „ Exules? ad quae loca? quas ad urbes?* quos in editione ſua adoptat P. Scriverius. Verum, ut egregie animadvertit etiam Gronovius, omnis difficultas & controverſia dirimitur, ſenſuſque mirifice expletur, ſi ſubaudias, ibimus, aut veniemus, quae duo verba ſaepiſſime apud veteres, non expreſſa, intelliguntur. Poteſt etiam accuſativus ille, ceterique ſequentes referri ad *procella nos mittat*, quod paulo inferius.
9 Inſulam inter Peloponneſum,

& At-

Aut 1 *fera notam* 2 *Calydona ſaeva?*
Quaſque profundit ſubiturus aequor
Segnibus terras 3 *Titareſſos undis,*
Beſſan & Scarphen? 4 *Pylom an ſenilem?*
5 *Pharin? an* 6 *Piſam, Jovis &* 7 *coronis*
Elida claram?
Quolibet triſtis miſeras procella
Mittat, & donet cuicunque terrae:
Dum 8 *luem tantam Troïae atque Achivis*
Quae tulit, 9 *Sparte procul abſit: abſit*
10 *Argos, & ſaevi Pelopis Mycenae;*
11 *Neritos parva brevior Zacyntho,*
Et nocens ſaxis Ithace 12 *doloſis.*
13 *Quod manet fatum, dominuſque quis te,*
Aut quibus terris Hecube videndam
Ducet? in cujus moriere regno?

X 3 ACTVS

& Atticam, in qua Telamon Ajacis, & Teucri pater regnavit. *Veram* addit poeta, ut diſtingueretur ab ea, quam poſt excidium Trojae in Cypro condidit Teucer, cum a patre Telamone expulſus a Salamine inſula, quod reverſus a bello Trojano Ajacis inimicos, & praecipue Vlyſſem, ultus non fuiſſet, navigavit in Cyprum. 1 Apro. Vide ſupra, decem & octo ab hinc verſibus 2 Vrbem Aetoliae. 3 Theſſaliae fluvius, qui tam pingues habet aquas, ut Peneo, cui influit, non admiſceatur, ſed olei inſtar ſupernatet auctore Homero Iliad 2. ideo undas ejus vocat ſegnes; hujus rei cauſſa, pinguedo juxta Strabonem, levitas juxta Athenaeum & Plinium; fluit per Locros, quorum ſunt urbes *Beſſa* & *Scarphe*.

4 Oppidum Meſſeniae, Neſtoris patria Quamvis tria ſint hujus nominis oppida in Peloponneſo, quae Neſtorem civem eſſe dicant ſuum, teſte tamen Euſtathio, illud Meſſeniae tantum virum prae ceteris jure ſibi vindicat; *ſenilem* dicit poeta, vel quod antiquum ſit, vel quod Neſtora longe ſenilis aetatis virum edidit, atque aluit. 5 Oppidum Peloponneſi geminum, unum in Acaja, alterum in Meſſenia.

6 *Piſam & Elida* urbes Peloponneſi in Elide, cujus regionis urbs praecipua Elis; juxta quas urbes Olympici ludi in honorem Jovis celebrabantur. 7 Praemiis, quibus donabantur victores in ludis. 8 Nempe, Helenam.

9 Laconiae urbs in Peloponneſo. Odio Helenae, quae Spartana fuit, negant Troades Spartam proficiſci velle. 10 *Argos, & Mycenae* urbes Peloponneſi in Argia regione, in quibus Agamemnon regnavit, qui Pelopem avum habuit, a quo toti Peloponneſo nomen factum.

11 Mons Ithacae, & etiam inſula maris Jonii, ut ſunt *Zacynthos. & Ithace* Vlyſſis regnum. 12 Quia ſub undis latentibus.

13 Chorus Hecubae infortunium commiſerans, ad eam converſus id quaerit.

ACTVS QVARTVS

Juſſa Helena falſa nuptiarum ſpe Polyxenam decipere, ut quemadmodum veſte, ita animo nuptiali affecta mactaretur, dum injunctum ſibi munus explere ſtudet, Andromachae jurgiis excuſſa, dolos fatetur, & rem aperte ſuadet.

Helena, Andromacha, Hecuba, Polyxena *muta perſona*.

Hel. *Quicunque 1 hymen funeſtus, illaetabilis,*
Lamenta, taedes, ſanguinem, gemitus habet,
2 *Eſt auſpice Helena dignus.* 3 *everſis quoque*
Nocere cogor Phrygibus. ego Pyrrhi toros
Narrare falſos jubeor; ego 4 *cultus dare,*
Habituſque Grajos. arte capietur mea,
Meaque fraude concidet Paridis ſoror.
Fallatur. ipſi levius hoc equidem reor.
Optanda mors eſt, ſine metu mortis mori.
Quid juſſa ceſſas agere? ad 5 *auctores redit*
Sceleris coacti culpa. 6 *Dardaniae domus*
Generoſa virgo, melior afflictos 7 *deus*
Reſpicere coepit; teque felici parat
Dotare thalamo. tale conjugium tibi
Non ipſa ſoſpes Troja, non Priamus daret.
Nam te Pelaſgae maximum gentis decus
Ad ſancta lecti jura legitimi petit,
8 *Cui regna campi lata Theſſalici patent.*
Te magna 9 *Tethys, teque tot pelagi deae,*
Placidumque numen aequoris tumidi 10 *Thetis*

1 Nuptiae. 2 Eſt dignus cui praeſit Helena tanquam pronuba; nam ipſa bis rapta, funeſtas illaetabileſque nuptias bis erat experta. Quia veteres omnia initiabantur ab augurio, ſic etiam in nuptiis olim auſpices adhibiti: ſucceſſu temporis vero auſpices dicti ſunt qui nuptiis contrahendis praeerant ex parte viri, quemadmodum pronubae ex parte uxoris. 3 Quaſi dicat; non ſatis eſt, quod ego cauſſa fuerim everſionis Trojanorum, cogor ulterius nocere illis etiam deletis. 4 Ornatus, habituſque, quos induat Polyxena more ſponſae Grajae. 5 Graecos duces, qui has partes mihi mandarunt. 6 Ad Polyxenam converſa talia profert. 7 Pyrrhus. 8 Hypallage: Qui regnum in campis Theſſalicis late patentibus obtinet; vel cujus regnum in Theſſalia plana & equitabili late patet. 9 Oceani, ſive Neptuni conjux, regina maris. 10 Nerei filia, uxor Pelei, dea marina, cui ſuperior Tethys avia erat.

1 Suam

1 *Suam vocabunt. te datam Pyrrho ſocer*
Peleus nurum vocabit; & Nereus nurum.
Depone cultus ſquallidos, 2 feſtos cape.
Dediſce captam: deprime horrentes comas;
Crinemque 3 docta patere diſtingui manu.
Hic forſitan te caſus excelſo magis
Solio reponet. profuit multis capi.
An. 4 *Hoc deerat unum Phrygibus everſis malum,*
Gaudere? flagrant ſtrata paſſim Pergama.
O conjugale 5 tempus, an quiſquam audeat
Negare? quiſquam dubius ad thalamos eat,
Quos Helena ſuadet? peſtis, exitium, lues
Vtriuſque 6 populi! cernis hos tumulos ducum?
Et nuda totis oſſa quae paſſim jacent
Inhumata campis? haec hymen ſparſit tuus.
7 *Tibi fluxit* 8 *Aſiae, fluxit* 9 *Europae cruor;*
10 *Cum dimicantes lenta proſpiceres viros,*
Incerta voti: 11 *perge, thalamos appara.*
Taedis quid opus eſt? quidve ſolemni 12 *face?*
Quid igne? 13 *thalamis Troja praelucet novis.*
Celebrate Pyrrhi, Troades, connubia;
Celebrate digne: planctus & gemitus ſonent.
Hel. *Ratione quamvis careat, & flecti neget*
Magnus dolor, ſocioſque nonnunquam ſui
Maeroris ipſos oderit; cauſſam tamen
Poſſum tueri judice 14 *infeſto meam*
15 *Graviora paſſa.* 16 *luget Andromacha Hectorem,*
Et Hecuba Priamum: ſolus occulte Paris
Lugendus Helenae eſt. 17 *durum & invıſum & grave eſt,*
Servitia ferre. patior hoc olim jugum.

1 Affinem. 2 Nuptiales. 3 In componendo crinem, ut ſunt manus ancillae ornatricis. 4 Pro Polyxena reſpondet Andromacha, nam virgines ingenuae in ſcenis aut nihil, aut parum loquuntur. 5 Ironia. 6 Graeci, & Trojani. 7 Pro tuis nuptiis. 8 Vbi erat Troja 9 Vbi eſt Graecia. 10 Cum e muris Trojanis otioſa proſpiceres viros, nempe Menelaum & Paridem dimicantes pro te, ipſa utri faveres incerta pendebas. 11 Ironice loquitur. 12 Vide Adelp. act. 5. ſcen. 7 verſ. 9. 13 Sarcaſmus. 14 Ac ſi dicat, etiam mihi infeſto. 15 Quam vos Troades. 16 Quaſi dicat; vobis licet aperte lugere amiſſos maritos, mihi ſolum lugendus eſt occulte Paris. 17 Diceris, moleſtum eſſe vobis ſervitutem pati, ego vero hanc patior ab eo uſque tempore, quo Paris me rapuit.

Annis decem captiva. 1 proſtratum Ilium eſt,
Verſi Penates. 2 perdere eſt patriam grave;
Gravius timere. vos levat tanti mali
Comitatus. in me 3 victus & victor furit.
Quam quiſque famulam traheret, incerto diu
Caſu pependit. me 4 meus traxit ſtatim
Sine ſorte dominus. 5 cauſſa bellorum fui,
Tantaeque Teucris cladis. hoc verum puta,
Spartana puppis veſtra ſi ſecuit freta;
Sin rapta Phrygiis praeda remigibus fui,
Deditque donum judici victrix dea:
Ignoſce Paridi judicem iratum mea
Habitura cauſſa eſt. 6 iſta Menelaum manent
Arbitria. nunc 7 hanc luctibus paulum tuis,
Andromacha, omiſſis 8 flecte. vix lacrimas queo
Retinere. An. *9 quantum eſt, Helena quod lacrimat, malum!*
Cur lacrimat autem? fare, quos Ithacus dolos,
Quae ſcelera nectat. utrum ab Idaeis jugis
Jactanda virgo eſt? arcis an celſae edito
Mittenda ſaxo? num per has vaſtum in mare
Volvenda rupes, latere quas ſciſſo levat
10 *Altum* 11 *vadoſo Sigeon ſpectans ſinu?*
Dic, fare, quidquid ſubdolo vultu tegis.
Leviora mala ſunt cuncta, 12 *quam Priami gener*
Hecubaeque Pyrrhus. fare, quam poenam pares.

Expro-

1 Vobis. 2 Vt vobis contigit, ſed mihi gravius eſt eamdem patriam timere, nam cum ad eam rediero, timenda erit ultio prioris mariti a me deſerti. 3 Trojanus & Graecus. 4 Menelaus prior conjux meus. 5 At dicetis, me cladis bellorumque cauſſam fuiſſe, ac proinde merito haec pati; ſed verum quidem diceretis, ſi Spartana puppis ſecuiſſet veſtra freta, hoc eſt, ſi ſponte veniſſem ad vos, ſed vi compulſa, & rapta veni, nec tantum Paridis perſuaſiones, verum etiam deae Veneris mandata ſequuta ſum, quae me illi tanquam donum dederat.
6 Quaſi dicat; quod vero meum crimen, poenamque ſpectat, non eſt cur metuas, ne a benevolo judice abſolvat: mea cauſſa Menelaum judicem manet, nimis a me laeſum, laceſſitumque conjugem. 7 Polyxenam. 8 Ad nuptias, namque ego vix lacrimas &c. 9 Quam magnum eſt hoc malum, quod Helenam malis gaudere ſolitam in lacrimas cogit! 10 Mare. 11 Quia Simois, & Scamander concurrentes in campis multum terrae hauriunt, caecumque os, & lacus marinos, & paludem efficiunt circa Sigeum teſte Srrabone lib. 13. 12 Quam ut Pyrrhus habeat Polyxenam, & ſit gener Priami, quem interfecit.

Exprome, & unum 1 *hoc deme noſtris cladibus,*
Falli. paratas perpeti mortem vides.
Hel. *Vtinam juberet me quoque* 2 *interpres deûm*
Abrumpere enſe lucis inviſae moras,
Vel Achillis ante buſta, furibunda manu
Occidere Pyrrhi, fata comitantem tua,
Polyxene miſeranda; quam tradi ſibi,
Cineremque Achilles ante mactari ſuum,
Campo maritus ut ſit Elyſio, jubet.
An. *Vide, ut* 3 *animus ingens laetus audierit necem.*
Cultus decoros regiae veſtis petit,
Et admoveri crinibus patitur 4 *manum.*
Mortem putabat 5 *illud,* 6 *hoc thalamos putat.*
At miſera 7 *luctu* 8 *mater audito ſtupet.*
Labefacta mens 9 *ſuccubuit. aſſurge, alleva*
Animum, & cadentem miſera firma ſpiritum.
10 *Quam tenuis anima vinculo pendet levi!*
11 *Minimum eſt, quod Hecubam facere felicem poteſt.*
12 *Spirat. revixit.* 13 *prima mors miſeros fugit.*
Hec. *Adhuc Achilles vivit in poenas Phrygum?*
Adhuc 14 *rebellat? o manum Paridis* 15 *levem!*
Cinis ipſe noſtrum ſanguinem ac tumulus ſitit.
Modo 16 *turba felix latera cingebat mea.*
Laſſabar in tot oſcula, in totum gregem
Dividere 17 *matrem.* 18 *ſola nunc haec eſt ſuper,*
Votum, comes, levamen, afflictae quies.
Haec totus Hecubae 19 *foetus. hac* 20 *ſola vocor*
Jam voce mater. 21 *dura & infelix, age,*

Ela-

1 Malum, nempe falli. Helena cum videat dolos nihil prodeſſe, promtamque ad mortem Polyxenam, rem aperte ſuadet. 2 Calchas. 3 Polyxenae. 4 Ancillae ornatricis ut ſupra. 5 Nubere Pyrrho. 6 Mactari. 7 Cauſſa luctus, nempe caede Polyxenae. 8 Hecuba. 9 Debilitata eſt. 10 Quam parum deeſt, ut penitus non ſit mortua. 11 Facilis mors, & ſpiritus evolans poſſet Hecubam facere felicem, ideſt, liberare Hecubam a ſervitute, ac tot futuris miſeriis. 12 Talia dum dicit, Hecuba proſtrata coepit ſpirare. 13 Primum, praecipue. 14 Iterum bellat. 15 Imbecillem, quae penitus non interfecit Achillem. 16 Filiorum. 17 Matris affectus, & officia. 18 Polyxena. Supererat etiam Caſſandra, aliis Alexandra, ſed haec non erat apud matrem, verum apud Agamemnonem, ut paulo poſt explicabitur. 19 Tota proles. 20 Solius Polyxenae. 21 Ad exeundum difficilis.

Elabere anima. 1 *denique hoc unum mihi*
Remitte funus. irrigat fletus 2 *genas,*
Imberque victo ſubitus e vultu cadit.
Laetare, gaude, gnata. quam vellet tuos
Caſſandra 3 *thalamos, vellet Andromache tuos!*
An. *Nos, Hecuba; nos nos, Hecuba, lugendae ſumus,*
Quas mota claſſis huc & huc ſparſas feret.
Hanc cara tellus ſedibus patriis teget:
Hel. *Magis* 4 *invidebis; ſi tuam ſortem ſcias.*
An. *An aliqua poenae pars meae ignota eſt mihi?*
Hel. 5 *Verſata dominos urna captivis dedit.*
An. *Cui famula tradar; ede. quem dominum voco?*
Hel. *Te ſorte prima* 6 *Scyrius juvenis tulit.*
An. *Caſſandra felix! quam* 7 *furor ſorte eximit,*
8 *Phoebuſque.* Hel. 9 *regum hanc maximus rector tenet.*
Hec. *Eſt ne aliquis; Hecubam qui ſuam dici velit?*
Hel. *Ithaco obtigiſti praeda nolenti* 10 *brevis.*
Hec. *Quis tam impotens ac dirus; & iniquae ferus*
11 *Sortitor urnae regibus reges* 12 *dedit?*
Quis tam ſiniſter dividit captas deus?
Quis arbiter crudelis, & miſeris gravis,
13 *Eligere dominos neſcit? & ſaeva manu*
Dat iniqua miſeris fata? 14 *quis matrem Hectoris*
Armis Achillis miſcet? ad Vlyſſen vocor?
15 *Nunc victa, nunc captiva; nunc cunctis mihi*
Obſeſſa videor cladibus. domini pudet,

Non

1 Denique concede mihi hoc unum funus, antea quam videam Polyxenam mori: vel concede mihi, ne videam etiam hoc unum funus Polyxenae, cum cetera filiorum meorum viderim. 2 Polyxenae. 3 Nempe, tuam mortem. 4 Dolebis invidendo morti Polyxenae. 5 Vide verſ. 58. actus primi. 6 Pyrrhus in Scyro inſula Lycomedis, ex Achille & ex Deidamia regis filia genitus. 7 Divinatio. 8 Phoebi ſacerdotium. 9 Agamemnon Caſſandram extra ſortem tenet. 10 Non diu apud dominum manſura, uti accidit, nam ab Vlyſſe cito dimiſſa ad Thracas fugit, ubi ob nimiam ejus dicacitatem lapidibus obruta fuit; unde fabula orta, quod Hecuba in canem converſa fuit 11 Sortium moderator. 12 In ſervitutem. 13 Neſcit eligere dominos dignos captis; ſed caeca ſorte indigne dominos dividit. 14 Quis ita ſortes miſcet, ut eidem Vlyſſi contingat mater Hectoris, cui adjudicata ſunt Achillis arma, quibus ipſe Hector interfectus fuit. 15 Poſtquam ſum famula, & captiva Vlyſſis.

Non ſervitutis. Hectoris 1 ſpolium feret,
Qui tulit 2 Achillis? ſterilis, & ſaevis fretis
Incluſa 3 tellus non capit 4 tumulos meos.
Duc, duc, Vlyſſe nil moror. dominum ſequor.
Me mea ſequentur 5 fata. non pelago quies
Tranquilla veniet; ſaeviet ventis mare,
Et bella, & ignis, & mea, & Priami mala.
Dumque iſta veniunt, 6 interim hoc poenae loco eſt:
Sortem occupavi, praemium eripui tibi.
Sed incitato Pyrrhus accurrit gradu,
Vultuque torvo. Pyrrhe, quid ceſſas? age,
7 Reclude ferro pectus & Achillis tui
Conjunge ſoceros. perge mactator 8 ſenum;
Et hic decet te 9 ſanguis: 10 abreptam trahe,
Maculate ſuperos caede funeſta deos,
Maculate 11 Manes. quid precer vobis! precor
His 12 digna ſacris aequora. hoc claſſi accidat
Toti Pelaſgae, ratibus hoc mille accidat,
Meae precabor, cum vehar quidquid rati.

Trojanae mulieres facile ſibi ſuadentes, quod vulgo credi ſolet, eſſe nimirum *ſolamen miſeris ſocios habuiſ-*

1 Me matrem Hectoris. Quia geſſit in utero Hectorem, inquiunt alii. Ego ſimplicius, quia parens & filius reputantur unum & idem, neque poſſit triumphari mater, niſi dehoneſtetur in matre etiam filius. *Gruterus.*
2 Arma, quae judicibus Graecis juxta Ovidium, vel captivis Trojanis juxta Homerum, Vlyſſi adjudicata ſunt.
3 Scilicet, Ithacha. 4 Praeſagit ſe non morituram in Graecia, & putatur obiiſſe in Thracibus, cui loco Cynoſſema nomen. 5 Mea infortunia. Quaſi dicat; dum mea infortunia me ſequentur, ſimul ſequentur & dominum meum.
6 Difficillimum hunc locum, qui ſenſum admittebat nullum juxta aliorum lectiones editioneſque, reſtituiſſe gloriatur Gronovius Florentini codicis ope. Itaque ſenſus eſt: Omnes iſtae calamitates mecum in te incidēt, & dum exſpectantur illae, praeſentem poenam habes, quod ego ſortem tuam invaſi, & prohibui, ne praemium acciperes, ſi enim ceſſaſſet nomen meum, excidiſſet alia tibi femina vel jucunda vel utilis; ita cum ſorte habuiſſes praemium. Nunc ego ceteras anteverti, ut ſortem haberes, nec iterum trahere poſſes: praemio careres, quippe nactus anum nulli uſui. *Gronovius.*
7 Interfice me, ut Priamum, & conjunge nos per mortem ſoceros in his funeſtis nuptiis patris tui cum filia mea Polyxena. 8 Priami. Vide verſ. 44 actus primi.
9 Quia ſenilis. 10 Polyxenam.
11 Inferos. 12 Nempe, infeſta, crudelia, ut ſunt haec ſacrificia.

buiſſe doloris, maxime dolent, hoc etiam ſolatium, ipſis ſortito disjunctis, quamprimum auferri debere.

Chorus Troadum.

DVlce maerenti populus dolentum,
Dulce lamentis reſonare gentes.
Lentius luctus lacrimaeque mordent,
Turba quas fletu ſimili frequentat.
Semper, ah, ſemper dolor 1 *eſt malignus:*
Gaudet in multos ſua 2 *fata mitti,*
3 *Seque non ſolum placuiſſe poenae.*
Ferre, quam ſortem patiuntur omnes,
Nemo recuſat.
Nemo ſe credet 4 *miſerum, licet ſit;*
Tolle felices. removeto multo
Divites auro. removeto centum
Rura qui ſcindunt opulenta bubus,
5 *Pauperi ſurg.nt animi jacentes.*
Eſt miſer nemo, niſi comparatus.
Dulce in immenſis poſito ruinis
Neminem laetos habuiſſe vultus.
Ille deplorat, queriturque fatum,
Qui ſecans fluctum rate 6 *ſingulari*
7 *Nudus in portus cecidit petitos.*
8 *Aequior caſum tulit, & procellas,*
Mille qui ponto 9 *pariter carinas*
Obrui vidit tabulaque litus
Naufraga ſpargi, mare cum coactis
Fluctibus 10 *Corus prohibet reverti.*
Queſtus eſt 11 *Hellen cecidiſſe Phryxus;*

Cum

1 Ideſt, vult aliis quoque eſſe male, male facere, alios ſecum dolere. Reſtituit hunc locum Gronovius ex Florentino codice, cum alii legant *dolor ipſe magnus*, quam lectionem Gruterus adulterinam judicaverat ante Gronovium. 2 Sua mala communicari. 3 Et non ſe ſolum, ſed multos a poena cruciari, poenam experiri. 4 Quia haber ſocios in miſeria. 5 Si divites tollantur, pauperes non videbuntur miſeri. 6 Vnica. 7 Naufragium fecit in portu enatans nudus & exſpes. 8 Animo magis aequo. 9 Ideſt, cum ſua carina. 10 Ventus inter Favonium & Septentrionem, ab occaſu aeſtivo & ſolſtitiali ſpirans adverſus Aquilonem. 11 Helle. & Phryxus Athamantis ex Nephile filii, qui cum Inus novercae inſidias ferre non poſſent, aufugerunt. at dum ſuper ariete aurei velleris,

quem

Cum gregis 1 *ductor radiante villo,*
Aureo fratrem ſimul & ſororem
Suſtulit tergo, medioque 2 *jactum*
Fecit in ponto. 3 *tenuit querelas*
Et vir, & Pyrrhe, mare cum viderent.
Et nihil praeter mare cum viderent,
Unici terris homines relicti.
Solvet hunc 4 *coetum, lacrimaſque noſtras*
Sparget huc illuc agitata claſſis,
Et tuba juſſi dare vela nautae,
Cum ſimul ventis properante remo
Prenderint altum, fugietque litus.
Quis ſtatus mentis miſeris, ubi omnis
Terra decreſcet, pelaguſque creſcet?
Celſa cum longe latitabit Ide?
Tum puer matri, genitrixque gnato,
Troja qua jaceat regione monſtrans
Dicet, & longe digito notabit:
Ilium eſt illic, ubi fumus alte
Serpit in caelum, nebulaeque turpes.
Troes hoc ſigno patriam videbunt.

ACTUS

quem pater eis in rutamen dederar, ponrum ea parte qua anguſtior erat transfreraƭent, Helle puellari timore exterrita decidit in ponrum, eique nomen fecit, frater vero incolumis in Colchidem pervenit, unde ipſe querebatut, quod infortunium ſoli ſorori acciderar. 1 Aries. 2 Ejectionem, excuſſionem e dorſo in medio ponto, ſcilicet dum Hellen ejecit. 3 At contra Deucalion Promethei filius, & Pyrrha uxor ejus, Epimethei filia, non conquerebantur diluvii infortunium, quod omnibus erat commune. Multa olim fuerunt diluvia: primum generale temporibus Noachi: cetera peculiaria, quorum primum in Aegypto, Promethei & Herculis rempore; ſecundum in Attica rege Attico Ogyge; tertiũ in Theſſaiia aetare Deucalionis, quod inregra hyeme duravit, & de hoc Seneca, & fere ſemper ceteri poetae intelligendi, & ſi de eo loquantur, quaſi generale fuiſſet: quartum Pharonium in Aegypto imperante Proteo: 4 Chorum Troadum. Quaſi dicat: claſſis cum ſolvet, omne ſocietatis ſolatium nobis dolenribus auferetur, nam modo eramus plures, quae una dolebamus, tunc vero ſepatabimur in diverſas partes.

ACTVS QVINTVS.

Aſtyanactis & Polyxenae caedes, quo ordine & ritu peracta ſit, Nuncius enarrat.

Nuncius, Andromacha, Hecuba.

Nun. *O Dira fata, ſaeva, miſeranda, horrida,*
Quod tam ferum, tam triſte bis quinis ſcelus
Mars vidit annis? quid prius referens gemam?
1 Tuoſne potius, an tuos luctus, anus?
He. *Quoſcunque luctus fleveris, flebis meos.*
Sua quemque tantum, 2 me omnium clades premit.
Mihi cuncta pereunt. quiſquis eſt, Hecubae eſt, miſer,
Nun. *Mactata virgo eſt. miſſus e muris puer.*
Sed uterque letum mente generoſa tulit.
And. *Expone ſeriem caedis, & duplex nefas*
Proſequere. gaudet magnus aerumnas dolor
Tractare totas. ede, & enarra omnia.
Nun. *3 Eſt una magna turris e Troja ſuper,*
Aſſueta Priamo; cujus e faſtigio
Summiſque pinnis arbiter belli ſedens
4 Regebat acies. turre in hac blando ſinu
Fovens 5 nepotem, cum metu verſos gravi
Danaos fugaret Hector & ferro & 6 face,
Paterna puero bella monſtrabat ſenex.
Haec nota quondam turris, & muri decus,
Nunc ſaeva 7 cautes. undique affuſa ducum
Plebiſque turba cingitur. totum 8 coit
Ratibus relictis vulgus. his collis 9 procul
10 Aciem patenti liberam praebet loco;
His alta rupes, cujus e cacumine

Ere-

1 O Andromacha, *anus* o Hecuba. 2 Reginam, & omnibus miſeriis ſuperſtitem. 3 Supereſt ex incendio Trojae magna turris, quam Priamus frequentare ſolebat, ut maria, exercitus, & praelia ſpectaret. 4 Voce, aut ſigno aliquo indicans ſuis ubi, & quando bellare debebant. 5 Aſtyanacta. 6 Quam in Graecorum naves intulit, ut ſuperius adnotavimus. 7 Flammis adeo combuſta & exeſa, ut cautes potius, quam turris videretur. 8 Graeci, qui erant in claſſi, ea relicta, hanc circa turrim, ut pueri mortem ſpectarent, confluxerunt. 9 Ante turrim elevatus. 10 Proſpectum ſine impedimento.

Erecta ſummos turba 1 *libravit pedes.*
Hunc pinus, illum laurus, hunc fagus 2 *gerit,*
Et tota populo ſilva ſuſpenſo tremit.
Extrema montis ille praerupti petit,
Semiuſta at ille tecta, vel ſaxum imminens
Muri cadentis 3 *preſſit. atque aliquis* 4 *(nefas)*
Tumulo ferus ſpectator Hectoreo ſedet.
Per ſpatia late plena ſublimi gradu
Incedit Ithacus, parvulum dextra trahens
Priami nepotem: nec gradu ſegni puer
Ad alta pergit moenia. ut ſumma ſtetit
Pro turre, vultus huc & huc acres tulit,
Intrepidus animo. qualis 5 *ingentis ferae*
Parvus tenerque foetus, & nondum potens
Saevire dente, jam tamen tollit minas,
Morſuſque inanes tentat, atque animis tumet;
Sic ille dextra prenſus hoſtili puer
Ferox, 6 *ſuperne moverat vulgum ac duces,*
Ipſumque 7 *Vlyſſen.* 8 *non flet e turba omnium,*
Qui fletur: ac dum verba fatidici & preces
9 *Concipit Vlyſſes vatis, & ſaevos ciet*
Ad ſacra ſuperos, 10 *ſponte deſiluit ſua*
In media Priami regna.
And. 11 *Quis Colchus hoc, quis ſedis incertae* 12 *Scytha*
Commiſit? aut quae Caſpium tangens mare
13 *Gens juris expers auſa? non* 14 *Buſiridis*

Pue-

1 Elevata in pedum digitos, ſuſpenſos tenuit calces. ut melius hoc facinus ſpectare poſſet. 2 Aſcendentes nimirum; deſcribit concurſum illum vulgi, omnia, ad aſpectum Aſtianactaei ſupplicii occupantis. 3 Superſedendo. 4 Quia ob id ſepulcrum Manibus ſacrum violat, quod actu tertio fuſius explicavimus. 5 Vt leonis. 6 E turri ſcilicet. 7 Emphaſis: quaſi illum, qui non ſolet flecti miſericordia. 8 Solus puer non flet, pro quo omnes flebant. 9 Pronunciat verba in hoc ſacrificio proferenda, prout a Calchante inſtructus fuerat, vel forte ipſo Calchante praeeunte, ut mos erat in ſacrificiis, in quibus ſacerdos de ſcripto verba praeibat. 10 Puer non expectavit, ut eum Vlyſſes praecipitem daret, ſed projecit ſe in medium urbis Priami, vel populi illic adſtantis. 11 Quis ſaeviſſimus e Colchis? ii populi in Aſia ſunt inter Euxinum, & Iberiam naturae feritate, & Medeae crudelitate celebres apud poetas. 12 Vide verſ. 12. actus primi. 13 Hyrcani. 14 Crudeliſſimi Aegyptiorum tyranni, qui hoſpites Jovi mactare ſolebat, & ab Hercule interfectus, cum ei tales inſidias parare meditaretur.

Puerilis aras ſanguis aſperſit feri.
Nec parva gregibus membra 1 *Diomedes ſuis*
Epulanda poſuit. quis tuos artus teget,
Tumuloqu tradet? Nun. 2 *quos enim praeceps locus*
Reliquit artus? oſſa disjecta & gravi
Eliſa caſu, ſigna clari corporis,
Et ora, & illas nobiles patris 3 *notas*
Confudit imam pondus ad terram datum.
Soluta cervix. ſilicis impulſu caput
Ruptum, cerebro penitus expreſſo. jacet
Deforme corpus. And. 4 *ſic quoque eſt ſimilis patri.*
Nun. *Praeceps ut altis cecidit e muris puer,*
Flevitque Achivûm turba, quod fecit, nefas;
Idem ille populus aliud ad facinus redit,
5 *Tumulumque Achillis. hujus extremum latus*
Rhoetea leni verberant fluctu vada.
6 *Averſa cingit campus, & clivo levi*
Erecta medium vallis includens locum
Creſcit theatri more. concurſus frequens
Implevit omne litus. hi claſſis moras
Hac morte ſolvi rentur. hi ſtirpem hoſtium
Gaudent recidi. magna pars vulgi levis
Odit ſcelus, ſpectatque: nec Troes minus
Suum frequentant funus, & pavidi metu
Partem ruentis ultimam Trojae vident.
Cum ſubito 7 *thalami more praecedunt* 8 *faces.*
It 9 *pronuba illic* 10 *Tyndaris, maeſtum caput*
Demiſſa. 11 *tali nubat Hermione modo,*

Phry-

1 Biſtoniae, vel potius univerſae Thraciae rex, qui cum in Tyria oppido equos ſuos peregrinorum, & hoſpirum carne aleret, victus ab Hercule equis ipſis, ut devoraretur, objectus fuit. 2 Quaſi dicat; ruina totus contritus eſt, ac proinde ſepultura non eſt opus laceris & diſperſis artubus. 3 Vultus lineamenta, quibus patrem referebat. 4 In hoc etiam eſt ſimilis patri, qui raptatus ab Achille fœminam amiſit. 5 Achillis tumulum ſtatuunt nonnulli cum Seneca ad Rhoeteum Trojae promontorium: Homerus vero in Propontide, & in Peplo Ariſtoteles. 6 Alii *adverſa*, ſed Florentinus codex *averſa*, & recte; nam frons promontoriorum reſpicit mare; altera igitur pars, ſeu alia latera *averſa* erunt, & tergi inſtar. 7 Nuptiarum. 8 Vid. Adeph. act. 5. ſcen. 7. ver. 9. 9 Vid. ver. 3. act. quarti. 10 Helena Tyndari filia. 11 Phryges precantur ut Hermione Mene-

Phryges precantur. ſic 1 viro 2 turpis ſuo
Reddatur Helene. terror attonitos tenet
Vtroſque 3 populos. 4 ipſa dejectos gerit
Vultus pudore; ſed tamen fulgent genae,
Magiſque ſolito ſplendet 5 extremus decor.
Vt eſſe Phoebi 6 dulcius lumen ſolet
Jam jam cadentis, aſtra cum repetunt 7 vices,
Premiturque 8 dubius nocte vicina dies.
Stupet omne vulgus; & 9 fere cuncti magis
Peritura laudant. hos movet formae decus,
Hos mollis aetas, hos vagae rerum vices.
Movet animus omnes fortis, & leto obvius.
Pyrrhum antecedit. omnium mentes tremunt;
Mirantur, ac miſerantur. ut primum ardui
Sublime montis tetigit, atque alte edito
10 *Juvenis paterni vertice in buſti ſtetit,*
Audax virago non tulit retro gradum;
Converſa ad ictum ſtat truci vultu ferox.
Tam fortis animus omnium mentes 11 ferit.
Novumque monſtrum eſt, Pyrrhus ad caedem piger.
Vt dextra ferrum penitus exacta abdidit,
Subitus recepta morte prorupit cruor
Per vulnus ingens, nec tamen moriens adhuc
Deponit animos, cecidit, 12 ut Achilli gravem
Factura terram, prona, & irato impetu.
Vterque flevit 13 coetus. at timidum Phryges
Miſere gemitum. clarius victor gemit.
Hic ordo ſacri. non ſtetit fuſus cruor,
Humove ſumma fluxit. 14 obduxit ſtatim,

Y *Sae-*

nelai & Helenae filia tali modo nubat, quo Polyxena. Hermione a Pyrrho rapta fuit, verum ab Oreſte, cui prius deſponſata fuerat, repetita, caeſo Pyrrho. 1 Menelao. 2 Infamis, quod, relicto Menelao, Paridem ſequuta fuerat. 3 Graecos & Trojanos. 4 Polyxena. 5 Extremo tempore. 6 Spectabilius, nitidius. 7 Viciſſim nobis apparere incipiunt. 8 *Dies dubius* crepuſculum. 9 Omne vulgus attonitum ſtetit in forma Polyxenae: & eo magis, quod inſitus nobis mos laudandi peritura. *Lipſius*. 10 Pyrrhus. 11 Stupore, dolore percutit. 12 Tanquam eſſet gravatura terram ſuper Achillis cineres; quod infortunii loco ducebatur, ut act. 3. fuſius diximus. 13 Grajorum & Troum. 14 Vno hauſtu ebibit, abſorbuit, tanquam ſitiviſſet illum.

Saevuſque totum ſanguinem 1 *tumulus bibit.*
He. *Ite, ite Danai; petite jam tuti domos,*
Optata velis maria diffuſis ſecet
Secura claſſis. 2 *concidit virgo, ac puer.*
Bellum peractum eſt. quo meas lacrimas feram?
Vbi hanc anilis 3 *exſpuam leti moram?*
Gnatam, an nepotem; conjugem, an patriam fleam?
An omnia? an me? ſola mors votum meum.
4 *Infantibus violenta,* 5 *virginibus venis,*
Vbicunque properas, ſaeva: me ſolam times,
Vitaſque. gladios inter ac tela & faces
Quaeſita tota nocte, cupientem fugis.
Non hoſtis, aut ruina, non ignis meos
Abſumſit artus: quam 6 *prope a Priamo ſteti?*
Nun. 7 *Repetite celeri maria, captivae, gradu.*
Jam vela puppis laxat, & claſſis 8 *movet.*

1 Seneca vult in Troade ad buſtum Achillis immolatam Polyxenam, ut Virgilius, ſed Euripides in Cherſoneſo ad tumulum honorarium. 2 Ab aliis Philoſtratus diſſentit. ſcribens Polyxenam, ſtante Troja, Achillis deſiderio egreſſam urbe, ad ipſius tumulum mortem ſibi conſciviſſe: credo ut a Graecis tantae crudelitatis notam amoveret. *Delrius* 3 Cum indignatione emittam hanc animam, quae cauſſa morae eſt meae morti. 4 Vt Aſtyanacti. 5 Vt Polyxenae. 6 Cum illum Pyrrhus ad aras occidit, nec tamen ipſa, quae mortem optabam, caeſa fui. 7 Plura dixiſſet, ſed Nuncius Troades vocat, quod placato jam mari ob Aſtyanactis & Polyxenae caedem, Graeci diſcedere volebant. 8 Diſcedit: *movet* ponitur aut abſolute, aut paſſive pro movetur.

FINIS TROADVM.

L. ANNAEI SENECAE

MEDEA

CVM ANIMADVERSIONIBVS ET INTERPRETATIONIBVS

PETRI MARIAE SODERINI

DE CL. REG. SCHOLARVM PIARVM.

Sane qui Medeam attenta & ſubſtricta, ut ſic dicam, aure leget, illuſtris ingenii fetum fatebitur.

J. Lipſius in ep. ad Fran. Raphelengium Fr. F. Plantinianum.

Medea Tragoedia illuſtris. Quid enim aliud potuit poſt Naſonem Romanorum ingeniorum principem, cui fere palmam in Tragoedia latina tribuerunt veteres?

Dan. Heinſius in Sen. Med.

PAVLLO . MARIAE . VECTORIO
PATRICIO . FLORENTINO
S. STEPHANI . EQVITI . NOBILISSIMO
ET . CAESARI . A . CVBICVLO
VIRO
ET . SVIS . VIRTVTIBVS
ET . SVMMIS . MAIORVM . SVORVM
IN . REM . LITTERARIAM . MERITIS
LONGE . SPECTATISSIMO
ARTIVM . LIBERALIVM . OMNIS . QVE . ERVDITIONIS
TVM . LATINAE . TVM . ETRVSCAE
AB . OMNI . VETERI . RECENTI . QVE . MEMORIA
COMPARATAE
STVDIOSISSIMO
RERVM . PRAESTANTISSIMARVM
IN . QVOVIS . FACVLTATVM . ET . DISCIPLINARVM
GENERE
OPTIMO . AESTIMATORI
HVMANITATE . FIDE . PRVDENTIA . LIBERALITATE
OMNIBVS . PASSIM . COMMENDATO
PETRVS . MARIA . SODERINVS
SENECAE . MEDEAM
ADNOTATIONIBVS . ET . INTERPRETATIONIBVS
A . SE . ILLVSTRATAM
AD . GLORIAM . GENTIS . VECTORIAE
SEMPITERNAM
L. M. Q. CONSECRAT

L. ANNAEI SENECAE
M E D E A.

ARGVMENTVM.

MEdea Aeetae Colchorum regis filia quum Jaſoni Aeſonis Theſſaliae regis filio nubere vehementer optaret, modum, quo poſſet aureo vellere potiri, ignipedes tauros ore & naribus ignem efflantes ſubigere, vigilemque Draconem perimere abſque vitae diſcrimine pollicita eſt illum edocere, ſi ſe illi connubio jungeret. Jaſon optatam aurei velleris praedam Medeae praeſidio adeptus, illam uxorem duxit, atque ex ea duos filios ſuſcepit. At cum Jaſon Creonti Corinthiorum regi aureum vellus, ut quidam volunt, detuliſſet, atque apud eum decem annos fuiſſet commoratus, Medea repudiata, Glaucen, quam alii Creuſam appellant, Creontis filiam uxorem accepit, atque ut Medeam hoc aegre ferentem ex urbe recedere atque in exilium proficiſci Creon imperaret, effecit. Illa unius diei impetrata mora, artes omnes, quibus ulciſci poſſit, meditatur. Demum pallam & monile magicis diriſque venenis illita, quae igni vel longius poſito ſtatim accendantur, Creuſae ſponſae tanquam muneri per filios mittit: quibus indutis, atque igne ſtatim concepto, nova nupta, una cum patre in natae auxilium accurrente, ac tota regia comburitur. Nec ſatis: Medea filios, quos Jaſoni pepererat, in patris conſpectu crudeliter trucidat; deinde a draconibus in aerem ſublata Athenas advolat. Scena eſt Corinthi in Peloponneſo.

DRAMATIS PERSONAE.

MEDEA.	NUTRIX.
JASON.	CHORUS CORINTHIORUM.
CREON.	NUNCIUS.

ACTVS QVINTVS.

Aſtyanactis & Polyxenae caedes, quo ordine & ritu peracta ſit, Nuncius enarrat.

Nuncius, Andromacha, Hecuba.

Nun. *O Dira fata, ſaeva, miſeranda, horrida,*
Quod tam ferum, tam triſte bis quinis ſcelus
Mars vidit annis? quid prius referens gemam?
1 *Tuoſne potius, an tuos luctus, anus?*
He. *Quoſcunque luctus fleveris, flebis meos.*
Sua quemque tantum, 2 me omnium clades premit.
Mihi cuncta pereunt. quiſquis eſt, Hecubae eſt, miſer.
Nun. *Mactata virgo eſt. miſſus e muris puer.*
Sed uterque letum mente generoſa tulit.
And. *Expone ſeriem caedis, & duplex nefas*
Proſequere. gaudet magnus aerumnas dolor
Tractare totas. ede, & enarra omnia.
Nun. 3 *Eſt una magna turris e Troja ſuper,*
Aſſueta Priamo; cujus e faſtigio
Summiſque pinnis arbiter belli ſedens
4 *Regebat acies. turre in hac blando ſinu*
Fovens 5 nepotem, cum metu verſos gravi
Danaos fugaret Hector & ferro & 6 face,
Paterna puero bella monſtrabat ſenex.
Haec nota quondam turris, & muri decus,
Nunc ſaeva 7 cautes. undique affuſa ducum
Plebiſque turba cingitur. totum 8 coit
Ratibus relictis vulgus. his collis 9 procul
10 *Aciem patenti liberam praebet loco;*
His alta rupes, cujus e cacumine

Ere-

1 O Andromacha, *anus* o Hecuba. 2 Reginam, & omnibus miſeriis ſuperſtitem. 3 Supereſt ex incendio Trojae magna turris, quam Priamus frequentare ſolebat, ut maria, exercitus, & praelia ſpectaret. 4 Voce, aut ſigno aliquo indicans ſuis ubi, & quando bellare debebant. 5 Aſtyanacta. 6 Quam in Graecorum naves intulit, ut ſuperius adnotavimus. 7 Flammis adeo combuſta & exeſa, ut cautes potius, quam turris videretur. 8 Graeci, qui erant in claſſi, ea relicta, hanc circa turrim, ut pueri mortem ſpectarent, confluxerunt. 9 Ante turrim elevatus. 10 Proſpectum ſine impedimento.

Erecta ſummos turba 1 libravit pedes.
Hunc pinus, illum laurus, hunc fagus 2 gerit,
Et tota populo ſilva ſuſpenſo tremit.
Extrema montis ille praerupti petit,
Semiuſta at ille tecta, vel ſaxum imminens
Muri cadentis 3 preſſit. atque aliquis 4 (nefas)
Tumulo ferus ſpectator Hectoreo ſedet.
Per ſpatia late plena ſublimi gradu
Incedit Ithacus, parvulum dextra trahens
Priami nepotem: nec gradu ſegni puer
Ad alta pergit moenia. ut ſumma ſtetit
Pro turre, vultus huc & huc acres tulit,
Intrepidus animo. qualis 5 ingentis ferae
Parvus tenerque foetus, & nondum potens
Saevire dente, jam tamen tollit minas,
Morſuſque inanes tentat, atque animis tumet;
Sic ille dextra prenſus hoſtili puer
Ferox, 6 ſuperne moverat vulgum ac duces,
Ipſumque 7 Vlyſſen. 8 non flet e turba omnium,
Qui fletur: ac dum verba fatidici & preces
9 Concipit Vlyſſes vatis, & ſaevos ciet
Ad ſacra ſuperos, 10 ſponte deſiluit ſua
In media Priami regna.
And. 11 *Quis Colchus hoc, quis ſedis incertae* 12 *Scytha*
Commiſit? aut quae Caſpium tangens mare
13 *Gens juris expers auſa? non* 14 *Buſiridis*

Pue-

1 Elevata in pedum digitos, ſuſpenſos tenuit calces. ut melius hoc facinus ſpectare poſſet. 2 Aſcendentes nimirum; deſcribit concurſum illum vulgi, omnia, ad aſpectum Aſtianactaei ſupplicii occupantis. 3 Superſedendo. 4 Quia ob id ſepulcrum Manibus ſacrum violat, quod actu tertio fuſius explicavimus. 5 Vt leonis. 6 E turri ſcilicet. 7 Emphaſis: quaſi illum, qui non ſolet flecti miſericordia. 8 Solus puer non flet, pro quo omnes flebant. 9 Pronunciat verba in hoc ſacrificio proferenda, prout a Calchante inſtructus fuerat, vel forte ipſo Calchante praeeunte, ut mos erat in ſacrificiis, in quibus ſacerdos de ſcripto verba praeibat. 10 Puer non expectavit, ut eum Vlyſſes praecipitem daret, ſed projecit ſe in medium urbis Priami, vel populi illic adſtantis. 11 Quis ſaeviſſimus e Colchis? ii populi in Aſia ſunt inter Euxinum, & Iberiam naturae feritate, & Medeae crudelitate celebres apud poetas. 12 Vide verſ. 12. actus primi. 13 Hyrcani. 14 Crudeliſſimi Aegyptiorum tyranni, qui hoſpites Jovi mactare ſolebat, & ab Hercule interfectus, cum ei tales inſidias parare meditaretur.

Puerilis aras ſanguis aſperſit feri.
Nec parva gregibus membra 1 *Diomedes ſuis*
Epulanda poſuit. quis tuos artus teget,
Tumuloqu tradet? Nun. 2 *quos enim praeceps locus*
Reliquit artus? oſſa diſjecta & gravi
Eliſa caſu, ſigna clari corporis,
Et ora, & illas nobiles patris 3 *notas*
Confudit imam pondus ad terram datum.
Soluta cervix. ſilicis impulſu caput
Ruptum, cerebro penitus expreſſo. jacet
Deforme corpus. And. 4 *ſic quoque eſt ſimilis patri.*
Nun. *Praeceps ut altis cecidit e muris puer,*
Flevitque Achivûm turba, quod fecit, nefas;
Idem ille populus aliud ad facinus redit,
5 *Tumulumque Achillis. hujus extremum latus*
Rhoetea leni verberant fluctu vada.
6 *Averſa cingit campus, & clivo levi*
Erecta medium vallis includens locum
Creſcit theatri more. concurſus frequens
Implevit omne litus. hi claſſis moras
Hac morte ſolvi rentur. hi ſtirpem hoſtium
Gaudent recidi. magna pars vulgi levis
Odit ſcelus, ſpectatque: nec Troes minus
Suum frequentant funus, & pavidi metu
Partem ruentis ultimam Trojae vident.
Cum ſubito 7 *thalami more praecedunt* 8 *faces.*
It 9 *pronuba illic* 10 *Tyndaris, maeſtum caput*
Demiſſa. 11 *tali nubat Hermione modo,*

Phry-

1 Biſtoniae, vel potius univerſae Thraciae rex, qui cum in Tyria oppido equos ſuos peregrinorum, & hoſpitum carne aleret, victus ab Hercule equis ipſis, ut devoraretur, objectus fuit. 2 Quaſi dicat: ruina totus contritus eſt, ac proinde ſepultura non eſt opus laceris & diſperſis artubus. 3 Vultus lineamenta, quibus patrem referebat. 4 In hoc etiam eſt ſimilis patri, qui raptatus ab Achille formam amiſit. 5 Achillis tumulum ſtatuunt nonnulli cum Seneca ad Rhoeteum Trojae promontorium: Homerus vero in Propontide, & in Peplo Ariſtoteles. 6 Alii *adverſa*, ſed Florentinus codex *averſa*, & recte; nam frons promontoriorum reſpicit mare; altera igitur pars, ſeu alia latera *averſa* erunt, & tergi inſtar. 7 Nuptiarum. 8 Vid. Adeph. act. 5. ſcen. 7. ver. 9. 9 Vid. ver. 3. act. quarti. 10 Helena Tyndari filia. 11 Phryges precantur ut Hermione Me-

ne-

Phryges precantur. ſic 1 viro 2 turpis ſuo
Reddatur Helene. terror attonitos tenet
Vtroſque 3 populos. 4 ipſa dejectos gerit
Vultus pudore; ſed tamen fulgent genae,
Magiſque ſolito ſplendet 5 extremus decor.
Vt eſſe Phoebi 6 dulcius lumen ſolet
Jam jam cadentis, aſtra cum repetunt 7 vices,
Premiturque 8 dubius nocte vicina dies.
Stupet omne vulgus; & 9 fere cuncti magis
Peritura laudant. hos movet formae decus,
Hos mollis aetas, hos vagae rerum vices.
Movet animus omnes fortis, & leto obvius.
Pyrrhum antecedit. omnium mentes tremunt;
Mirantur, ac miſerantur. ut primum ardui
Sublime montis tetigit, atque alte edito
10 Juvenis paterni vertice in buſti ſtetit,
Audax virago non tulit retro gradum;
Converſa ad ictum ſtat truci vultu ferox.
Tam fortis animus omnium mentes 11 ferit.
Novumque monſtrum eſt, Pyrrhus ad caedem piger.
Vt dextra ferrum penitus exacta abdidit,
Subitus recepta morte prorupit cruor
Per vulnus ingens, nec tamen moriens adhuc
Deponit animos, cecidit, 12 ut Achilli gravem
Factura terram, prona, & irato impetu.
Vterque flevit 13 coetus. at timidum Phryges
Miſere gemitum. clarius victor gemit.
Hic ordo ſacri. non ſtetit fuſus cruor,
Humove ſumma fluxit. 14 obduxit ſtatim,

Y *Sae-*

nelai & Helenae filia tali modo nubat, quo Polyxena. Hermione a Pyrrho rapta fuit, verum ab Oreſte, cui prius deſponſata fuerat, repetita, caeſo Pyrrho. 1 Menelao. 2 Infamis, quod, relicto Menelao, Paridem ſequuta fuerat. 3 Graecos & Trojanos. 4 Polyxena. 5 Extremo tempore. 6 Spectabilius, nitidius. 7 Viciſſim nobis apparere incipiunt. 8 *Dies dubius* crepuſculum. 9 Omne vulgus attonitum ſtetit in forma Polyxenae: & eo magis, quod inſitus nobis mos laudandi peritura. *Lipſius*. 10 Pyrrhus. 11 Stupore, dolore percutit. 12 Tanquam eſſet gravatura terram ſuper Achillis cineres; quod infortunii loco ducebatur, ut act. 3. fuſius diximus. 13 Grajorum & Troum. 14 Vno hauſtu ebibit, abſorbuit, tanquam ſitiviſſet illum.

Digitized by Google

Saevuſque totum ſanguinem 1 *tumulus bibit.*
He. *Ite, ite Danai; petite jam tuti domos,*
Optata velis maria diffuſis ſecet
Secura claſſis. 2 *concidit virgo, ac puer.*
Bellum peractum eſt. quo meas lacrimas feram?
Vbi hanc anilis 3 *exſpuam leti moram?*
Gnatam, an nepotem; conjugem, an patriam fleam?
An omnia? an me? ſola mors votum meum.
4 *Infantibus violenta,* 5 *virginibus venis,*
Vbicunque properas, ſaeva: me ſolam times,
Vitaſque. gladios inter ac tela & faces
Quaeſita tota nocte, cupientem fugis.
Non hoſtis, aut ruina, non ignis meos
Abſumſit artus: quam 6 *prope a Priamo fleti?*
Nun. 7 *Repetite celeri maria, captivae, gradu.*
Jam vela puppis laxat, & claſſis 8 *movet.*

1 Seneca vult in Troade ad buſtum Achillis immolatam Polyxenam, ut Virgilius, ſed Euripides in Cherſoneſo ad tumulum honorarium. 2 Ab aliis Philoſtratus diſſentit. ſcribens Polyxenam, ſtante Troja, Achillis deſiderio egreſſam urbe, ad ipſius tumulum mortem ſibi conſciviſſe: credo ut a Graecis tantae crudelitatis notam amoveret. *Delrius* 3 Cum indignatione emittam hanc animam, quae cauſſa morae eſt meae morti. 4 Vt Aſtyanacti. 5 Vt Polyxenae. 6 Cum illum Pyrrhus ad aras occidit, nec tamen ipſa, quae mortem optabam, caeſa fui. 7 Plura dixiſſet, ſed Nuncius Troades vocat, quod placato jam mari ob Aſtyanactis & Polyxenae caedem, Graeci diſcedere volebant. 8 Diſcedit: *movet* ponitur aut abſolute, aut paſſive pro movetur.

FINIS TROADVM.

L. ANNAEI SENECAE

MEDEA

CVM ANIMADVERSIONIBVS ET INTERPRETATIONIBVS

PETRI MARIAE SODERINI

DE CL. REG. SCHOLARVM PIARVM.

Sane qui Medeam attenta & ſubſtricta, ut ſic dicam, aure leget, illuſtris ingenii fetum fatebitur.

J. Lipſius in ep. ad Fran. Raphelengium Fr. F. Plantinianum.

Medea Tragoedia illuſtris. Quid enim aliud potuit poſt Naſonem Romanorum ingeniorum principem, cui fere palmam in Tragoedia latina tribuerunt veteres?

Dan. Heinſius in Sen. Med.

PAVLLO . MARIAE . VECTORIO
PATRICIO . FLORENTINO
S. STEPHANI . EQVITI . NOBILISSIMO
ET . CAESARI . A . CVBICVLO
VIRO
ET . SVIS . VIRTVTIBVS
ET . SVMMIS . MAIORVM . SVORVM
IN . REM . LITTERARIAM . MERITIS
LONGE . SPECTATISSIMO
ARTIVM . LIBERALIVM . OMNIS . QVE . ERVDITIONIS
TVM . LATINAE . TVM . ETRVSCAE
AB . OMNI . VETERI . RECENTI . QVE . MEMORIA
COMPARATAE
STVDIOSISSIMO
RERVM . PRAESTANTISSIMARVM
IN . QVOVIS . FACVLTATVM . ET . DISCIPLINARVM
GENERE
OPTIMO . AESTIMATORI
HVMANITATE . FIDE . PRVDENTIA . LIBERALITATE
OMNIBVS . PASSIM . COMMENDATO
PETRVS . MARIA . SODERINVS
SENECAE . MEDEAM
ADNOTATIONIBVS . ET . INTERPRETATIONIBVS
A . SE . ILLVSTRATAM
AD . GLORIAM . GENTIS . VECTORIAE
SEMPITERNAM
L. M. Q. CONSECRAT

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Google

L. ANNAEI SENECAE [illegible]

MEDEA

ARGUMENTUM

M[illegible]

ne pollicita et [illegible]
geret. Jaſon [illegible]
ſidio [illegible]
lios ſuſce[illegible]
aureum vellus. [illegible]
eum decem annos [illegible]
Glaucen, [illegible]
xorem [illegible]
urbe recedere [illegible]
ret, effecit. [illegible]
quibus [illegible]
nile magicis [illegible]
poſito [illegible]
ri per filios [illegible]
cepto, nova [illegible]
currente, [illegible]
lios, quos Jaſon [illegible]
trucidat; deinde [illegible]
advolat. Scena [illegible]

DRAMATIS PERSONAE

MEDEA. [illegible]
JASON. [illegible]
CREON. [illegible]

ACTVS QVINTVS.

Aſtyanactis & Polyxenae caedes, quo ordine & ritu peracta ſit, Nuncius enarrat.

Nuncius, Andromacha, Hecuba.

Nun. *O Dira fata, ſaeva, miſeranda, horrida,*
Quod tam ferum, tam triſte bis quinis ſcelus
Mars vidit annis? quid prius referens gemam?
1 Tuoſne potius, an tuos luctus, anus?
He. *Quoſcunque luctus fleveris, flebis meos.*
Sua quemque tantum, 2 me omnium clades premit.
Mihi cuncta pereunt. quiſquis eſt, Hecubae eſt, miſer.
Nun. *Mactata virgo eſt. miſſus e muris puer.*
Sed uterque letum mente generoſa tulit.
And. *Expone ſeriem caedis, & duplex nefas*
Proſequere. gaudet magnus aerumnas dolor
Tractare totas. ede, & enarra omnia.
Nun. *3 Eſt una magna turris e Troja ſuper,*
Aſſueta Priamo; cujus e faſtigio
Summiſque pinnis arbiter belli ſedens
4 Regebat acies. turre in hac blando ſinu
Fovens 5 nepotem, cum metu verſos gravi
Danaos fugaret Hector & ferro & 6 face,
Paterna puero bella monſtrabat ſenex.
Haec nota quondam turris, & muri decus,
Nunc ſaeva 7 cautes. undique affuſa ducum
Plebiſque turba cingitur. totum 8 coit
Ratibus relictis vulgus. his collis 9 procul
10 Aciem patenti liberam praebet loco;
His alta rupes, cujus e cacumine

Ere-

1 O Andromacha, *anus* o Hecuba. 2 Reginam, & omnibus miſeriis ſuperſtitem. 3 Supereſt ex incendio Trojae magna turris, quam Priamus frequentare ſolebat, ut maria, exercitus, & praelia ſpectaret. 4 Voce, aut ſigno aliquo indicans ſuis ubi, & quando bellare debebant. 5 Aſtyanacta. 6 Quam in Graecorum naves intulit, ut ſuperius adnotavimus. 7 Flammis adeo combuſta & exeſa, ut cautes potius, quam turris videretur. 8 Graeci, qui erant in claſſi, ea relicta, hanc circa turrim, ut pueri mortem ſpectarent, confluxerunt. 9 Ante turrim elevatus. 10 Proſpectum ſine impedimento.

Erecta ſummos turba 1 libravit pedes.
Hunc pinus, illum laurus, hunc fagus 2 gerit,
Et tota populo ſilva ſuſpenſo tremit.
Extrema montis ille praerupti petit,
Semiuſta at ille tecta, vel ſaxum imminens
Muri cadentis 3 preſſit. atque aliquis 4 (nefas)
Tumulo ferus ſpectator Hectoreo ſedet.
Per ſpatia late plena ſublimi gradu
Incedit Ithacus, parvulum dextra trahens
Priami nepotem: nec gradu ſegni puer
Ad alta pergit moenia. ut ſumma ſtetit
Pro turre, vultus huc & huc acres tulit,
Intrepidus animo. qualis 5 ingentis ferae
Parvus tenerque foetus, & nondum potens
Saevire dente, jam tamen tollit minas,
Morſuſque inanes tentat, atque animis tumet;
Sic ille dextra prenſus hoſtili puer
Ferox, 6 ſuperne moverat vulgum ac duces,
Ipſumque 7 Vlyſſen. 8 non flet e turba omnium,
Qui fletur: ac dum verba fatidici & preces
9 Concipit Vlyſſes vatis, & ſaevos ciet
Ad ſacra ſuperos, 10 ſponte deſiluit ſua
In media Priami regna.
And. *11 Quis Colchus hoc, quis ſedis incertae 12 Scytha*
Commiſit? aut quae Caſpium tangens mare
13 Gens juris expers auſa? non 14 Buſiridis

Pue-

1 Elevata in pedum digitos, ſuſpenſos tenuit calces. ut melius hoc facinus ſpectare poſſet. 2 Aſcendentes nimirum; deſcribit concurſum illum vulgi, omnia, ad aſpectum Aſtianactaei ſupplicii occupantis.
3 Superſedendo. 4 Quia ob id ſepulcrum Manibus ſacrum violat, quod actu tertio fuſius explicavimus. 5 Vt leonis. 6 E turri ſcilicet. 7 Emphaſis: quaſi illum, qui non ſolet flecti miſericordia. 8 Solus puer non flet, pro quo omnes flebant.
9 Pronunciat verba in hoc ſacrificio proferenda, prout a Calchante inſtructus fuerat, vel forte ipſo Calchante praeeunte, ut mos erat in ſacrificiis, in quibus ſacerdos de ſcripto verba praeibat. 10 Puer non expectavit, ut eum Vlyſſes praecipitem daret, ſed projecit ſe in medium urbis Priami, vel populi illic adſtantis. 11 Quis ſaeviſſimus e Colchis? ii populi in Aſia ſunt inter Euxinum, & Iberiam naturae feritate, & Medeae crudelitate celebres apud poetas.
12 Vide verſ. 12. actus primi.
13 Hyrcani. 14 Crudeliſſimi Aegyptiorum tyranni, qui hoſpites Jovi mactare ſolebat, & ab Hercule interfectus, cum ei tales inſidias parare meditaretur.

Puerilis aras ſanguis aſperſit feri.
Nec parva gregibus membra 1 *Diomedes ſuis*
Epulanda poſuit. quis tuos artus teget,
Tumuloqu tradet? Nun. 2 *quos enim praeceps locus*
Reliquit artus? oſſa diſjecta & gravi
Eliſa caſu, ſigna clari corporis,
Et ora, & illas nobiles patris 3 *notas*
Confudit imam pondus ad terram datum.
Soluta cervix. ſilicis impulſu caput
Ruptum, cerebro penitus expreſſo. jacet
Deforme corpus. And. 4 *ſic quoque eſt ſimilis patri.*
Nun. *Praeceps ut altis cecidit e muris puer,*
Flevitque Achivûm turba, quod fecit, nefas;
Idem ille populus aliud ad facinus redit,
5 *Tumulumque Achillis. hujus extremum latus*
Rhoetea leni verberant fluctu vada.
6 *Averſa cingit campus, & clivo levi*
Erecta medium vallis includens locum
Creſcit theatri more. concurſus frequens
Implevit omne litus. hi claſſis moras
Hac morte ſolvi rentur. hi ſtirpem hoſtium
Gaudent recidi. magna pars vulgi levis
Odit ſcelus, ſpectatque: nec Troes minus
Suum frequentant funus, & pavidi metu
Partem ruentis ultimam Trojae vident.
Cum ſubito 7 *thalami more praecedunt* 8 *faces.*
It 9 *pronuba illic* 10 *Tyndaris, maeſtum caput*
Demiſſa. 11 *tali nubat Hermione modo,*

Phry-

1 Biſtoniae, vel potius univerſae Thraciae rex, qui cum in Tyria oppido equos ſuos peregrinorum, & hoſpitum carne aleret, victus ab Hercule equis ipſis, ut devoraretur, objectus fuit. 2 Quaſi dicat; ruina totus contritus eſt, ac proinde ſepultura non eſt opus laceris & diſperſis artubus. 3 Vultus lineamenta, quibus patrem referebar. 4 In hoc etiam eſt ſimilis patri, qui raptatus ab Achille formam amiſit. 5 Achillis tumulum ſtatuunt nonnulli cum Seneca ad Rhoereum Trojae promontorium: Homerus vero in Propontide, & in Peplo Ariſtoteles. 6 Alii *adverſa*, ſed Florentinus codex *averſa*, & recte; nam frons promontoriorum reſpicit mare; altera igitur pars, ſeu alia latera *averſa* erunt, & tergi inſtar. 7 Nuptiarum. 8 Vid. Adeph. act. 5. ſcen. 7. ver. 9. 9 Vid. ver. 3. act. quarti. 10 Helena Tyndari filia. 11 Phryges precantur ut Hermione Me-

ne-

Phryges precantur. ſic 1 viro 2 turpis ſuo
Reddatur Helene. terror attonitos tenet
Vtroſque 3 populos. 4 ipſa dejectos gerit
Vultus pudore; ſed tamen fulgent genae,
Magiſque ſolito ſplendet 5 extremus decor.
Vt eſſe Phoebi 6 dulcius lumen ſolet
Jam jam cadentis, aſtra cum repetunt 7 vices,
Premiturque 8 dubius nocte vicina dies.
Stupet omne vulgus; & 9 fere cuncti magis
Peritura laudant. hos movet formae decus,
Hos mollis aetas, hos vagae rerum vices.
Movet animus omnes fortis, & leto obvius.
Pyrrhum antecedit. omnium mentes tremunt;
Mirantur, ac miſerantur. ut primum ardui
Sublime montis tetigit, atque alte edito
10 Juvenis paterni vertice in buſti ſtetit,
Audax virago non tulit retro gradum;
Converſa ad ictum ſtat truci vultu ferox.
Tam fortis animus omnium mentes 11 ferit.
Novumque monſtrum eſt, Pyrrhus ad caedem piger.
Vt dextra ferrum penitus exacta abdidit,
Subitus recepta morte prorupit cruor
Per vulnus ingens, nec tamen moriens adhuc
Deponit animos, cecidit, 12 ut Achilli gravem
Factura terram, prona, & irato impetu.
Vterque flevit 13 coetus. at timidum Phryges
Miſere gemitum. clarius victor gemit.
Hic ordo ſacri. non ſtetit fuſus cruor,
Humove ſumma fluxit. 14 obduxit ſtatim,

nelai & Helenae filia tali modo nubat, quo Polyxena. Hermione a Pyrrho rapra fuit, verum ab Oreſte, cui prius deſponſata fuerat, repetita, caeſo Pyrrho. 1 Menelao. 2 Infamis, quod, relicto Menelao, Paridem ſequuta fuerar. 3 Graecos & Trojanos. 4 Polyxena. 5 Extremo tempore. 6 Spectabilius, nitidius. 7 Viciſſim nobis apparere incipiunt. 8 *Dies dubius* crepuſculum. 9 Omne vulgus attonitum ſtetit in forma Polyxenae: & eo magis, quod inſitus nobis mos laudandi peritura. *Lipſius*. 10 Pyrrhus. 11 Stupore, dolore percutit. 12 Tanquam eſſet gravatura terram ſuper Achillis cineres; quod infortunii loco ducebatur, ut act. 3. fuſius diximus. 13 Grajorum & Troum. 14 Vno hauſtu ebibit, abſorbuit, tanquam ſitiviſſet illum.

Saevuſque totum ſanguinem 1 *tumulus bibit.*
He. *Ite, ite Danai; petite jam tuti domos,*
Optata velis maria diffuſis ſecet
Secura claſſis. 2 *concidit virgo, ac puer.*
Bellum peractum eſt. quo meas lacrimas feram?
Vbi hanc anilis 3 *exſpuam leti moram?*
Gnatam, an nepotem; conjugem, an patriam fleam?
An omnia? an me? ſola mors votum meum.
4 *Infantibus violenta,* 5 *virginibus venis,*
Vbicunque properas, ſaeva: me ſolam times,
Vitaſque. gladios inter ac tela & faces
Quaeſita tota nocte, cupientem fugis.
Non hoſtis, aut ruina, non ignis meos
Abſumſit artus: quam 6 *prope a Priamo fleti?*
Nun. 7 *Repetite celeri maria, captivae, gradu.*
Jam vela puppis laxat, & claſſis 8 *movet.*

1 Seneca vult in Troade ad buſtum Achillis immolatam Polyxenam, ut Virgilius, ſed Euripides in Cherſoneſo ad rumulum honorarium. 2 Ab aliis Philoſtratus diſſentit. ſcribens Polyxenam, ſtante Troja, Achillis deſiderio egreſſam urbe, ad ipſius tumulum mortem ſibi conſciviſſe: credo ut a Graecis tantae crudelitatis notam amoveret. *Delrius* 3 Cum indignatione emittam hanc animam, quae cauſſa morae eſt meae morti. 4 Vt Aſtyanacti. 5 Vt Polyxenae. 6 Cum illum Pyrrhus ad aras occidit, nec tamen ipſa, quae mortem optabam, caeſa fui. 7 Plura dixiſſet, ſed Nuncius Troades vocat, quod placato jam mari ob Aſtyanactis & Polyxenae caedem, Graeci diſcedere volebant. 8 Diſcedit: *movet* ponitur aut abſolute, aut paſſive pro movetur.

FINIS TROADVM.

L. ANNAEI SENECAE

MEDEA

CVM ANIMADVERSIONIBVS ET INTERPRETATIONIBVS

PETRI MARIAE SODERINI

DE CL. REG. SCHOLARVM PIARVM.

Sane qui Medeam attenta & ſubſtricta, ut ſic dicam, aure leget, illuſtris ingenii fetum fatebitur.

J. Lipſius in ep. ad Fran. Raphelengium Fr. F. Plantinianum.

Medea Tragoedia illuſtris. Quid enim aliud potuit poſt Naſonem Romanorum ingeniorum principem, cui fere palmam in Tragoedia latina tribuerunt veteres?

Dan. Heinſius in Sen. Med.

PAVLLO . MARIAE . VECTORIO
PATRICIO . FLORENTINO
S. STEPHANI . EQVITI . NOBILISSIMO
ET . CAESARI . A . CVBICVLO
VIRO
ET . SVIS . VIRTVTIBVS
ET . SVMMIS . MAIORVM . SVORVM
IN . REM . LITTERARIAM . MERITIS
LONGE . SPECTATISSIMO
ARTIVM . LIBERALIVM . OMNIS . QVE . ERVDITIONIS
TVM . LATINAE . TVM . ETRVSCAE
AB . OMNI . VETERI . RECENTI . QVE . MEMORIA
COMPARATAE
STVDIOSISSIMO
RERVM . PRAESTANTISSIMARVM
IN . QVOVIS . FACVLTATVM . ET . DISCIPLINARVM
GENERE
OPTIMO . AESTIMATORI
HVMANITATE . FIDE . PRVDENTIA . LIBERALITATE
OMNIBVS . PASSIM . COMMENDATO
PETRVS . MARIA . SODERINVS
SENECAE . MEDEAM
ADNOTATIONIBVS . ET . INTERPRETATIONIBVS
A . SE . ILLVSTRATAM
AD . GLORIAM . GENTIS . VECTORIAE
SEMPITERNAM
L. M. Q. CONSECRAT

L. ANNAEI SENECAE MEDEA.

ARGVMENTVM.

MEdea Aeetae Colchorum regis filia quum Jaſoni Aeſonis Theſſaliae regis filio nubere vehementer optaret, modum, quo poſſet aureo vellere potiri, ignipedes tauros ore & naribus ignem efflantes ſubigere, vigilemque Draconem perimere abſque vitae diſcrimine pollicita eſt illum edocere, ſi ſe illi connubio jungeret. Jaſon optatam aurei velleris praedam Medeae praeſidio adeptus, illam uxorem duxit, atque ex ea duos filios ſuſcepit. At cum Jaſon Creonti Corinthiorum regi aureum vellus, ut quidam volunt, detuliſſet, atque apud eum decem annos fuiſſet commoratus, Medea repudiata, Glaucen, quam alii Creuſam appellant, Creontis filiam uxorem accepit, atque ut Medeam hoc aegre ferentem ex urbe recedere atque in exilium proficiſci Creon imperaret, effecit. Illa unius diei impetrata mora, artes omnes, quibus ulciſci poſſit, meditatur. Demum pallam & monile magicis diriſque venenis illita, quae igni vel longius poſito ſtatim accendantur, Creuſae ſponſae tanquam muneri per filios mittit: quibus indutis, atque igne ſtatim concepto, nova nupta, una cum patre in natae auxilium accurrente, ac tota regia comburitur. Nec ſatis: Medea filios, quos Jaſoni pepererat, in patris conſpectu crudeliter trucidat; deinde a draconibus in aerem ſublata Athenas advolat. Scena eſt Corinthi in Peloponneſo.

DRAMATIS PERSONAE.

MEDEA.	NUTRIX.
JASON.	CHORUS CORINTHIORUM.
CREON.	NUNCIUS.

ACTVS PRIMVS.

Medea indigne ferens novas Jaſonis cum Creuſa nuptias, deos deaſque omnes in ejus ſceleris ultionem invocat.

Medea.

Dii 1 conjugales; tuque 2 genialis tori
3 Lucina cuſtos; 4 quaeque 5 domitorem freti
6 Tiphyn 7 novam 8 fraenare docuiſti ratem;
Et 9 tu profundi ſaeve dominator maris;
Clarumque 10 Titan 11 dividens orbi diem;
12 Tacitiſque praebens 13 conſcium ſacris jubar
14 Hecate triformis; 15 quoſque juravit mihi
Deos Jaſon; quoſque 16 Medeae magis
Fas eſt precari; 17 noctis aeternae chaos

1 *Aver-*

1 Qui legirimis conjugiis praeeſtis, ideſt, Jupiter & Juno, Hymenaee, Genie, Venus, Diana ſive Lucina, ut infra. 2 Maritalis. *Torus genialis* dicitur lectus, qui ſternitur in nuptiis in honorem Genii narurae dei, & Junonis. 3 Dea eſt parruum praeſes, quae & Luna, & Diana, & Juno Lucina appellarur. 4 Er tu, Minerva, quae prima Tiphyn navium gubernandarum arrem docuiſſe diceris. 5 Florentinus codex, qui magnae eſt auctoriratis apud Gronovium ceteroſque Criticos recentiores, habet: *domituram freta*, ut de rati accipiatur, quae mare adhuc ferum & intractabile domitura erat, & hominibus obnoxium redditura. 6 Tiphys in expeditione Argonautica fuit navis gubernaror, ejuſque dirigendae gubernandaeque primus adminicula inſtituit. 7 Primam. 8 Metaphorice pro inſtruere & regere rudentibus quaſi fraenis. Virgilius quoque: *claſſique immittit habenas*. 9 Neptune. 10 Sol ita dictus a patre Hyperione, qui fuir unus e Titanibus. 11 Utrumque hemiſphaerium illuminans: ferens utriuſque hemiſphaerii gentibus clarū diem. 12 *Sacris tacitis*, id eſt, ſacrificiis necromanticis, incantationibus magicis noctu fieri ſolitis in locis obſcuris, tacitis, & ſecretis. 13 Favens & propitium. 14 Luna, quae triformis dicitur, vel quod eadem in caelo ſit Luna, in terris Diana apud inferos Proſerpina; vel quod trinam faciem habeat cum ſurgit, aut deſinit in cornua, cum dividua eſt, cum plena; vel demum quod Trivia habearur a triplici curſu ſub Zodiaco ſecundum longitudinem, latitudinem, & altitudinem. 15 Deos illos intelligit, quos Jaſon ante nuptias Medeae juraverat, ut ejus beneficio ſe dignum oſtenderet. 16 Magicis inferniſque ſacris initiatae. Hos infernales deos, qui magicis artibus initiatis praeſunt, expreſſe precatur: *Noctis aeternae chaos &c.* 17 Morris, & inferorum voraginem, hiatum; ſive etiam omnes deos infernales.

1 *Averſa ſuperis regna*, 2 *Maneſque impios*,
3 *Dominumque regni triſtis*, & 4 *dominam fide*
Meliore raptam, 5 *voce non fauſta* 6 *precor*:
Adeſte, adeſte ſceleris 7 *ultrices deae*,
8 *Crinem ſolutis ſquallidae ſerpentibus*,
Atram cruentis manibus amplexae facem,
Adeſte: 9 *thalamis horridae quondam meis*
Quales ſtetiſtis. 10 *conjugi letum novae*,
Letumque 11 *ſocero* & 12 *regiae ſtirpi date*.
13 *Mihi pejus aliquid, quod precer ſponſo malum*:
Vivat. per urbes erret ignotas egens,
Exul, pavens, inviſus, 14 *incerti laris*.
Me conjugem optet; 15 *limen alienum expetat*,
Jam notus hoſpes: 16 *quoque non aliud queam*
Pejus precari, liberos 17 *ſimiles patri*,
18 *Simileſque matri*. 19 *parta jam, parta ultio eſt*.

Pepe-

1 Id eſt, regna inferorum, quae ſuperorum regnis ſunt averſa. 2 Et vos inferos immiſericordes, qui nemini parcitis, omneſque ad vos trahitis. Male nonnulli interpretantur umbras, ſeu animas impiorum corpore exutas; nam *impius* proprie eſt qui miſericordia caret.
3 Plutonem inferorum regem.
4 Proſerpinam, quam meliore fide raptam dicit, quod Pluto qui eam rapuit, & in uxorem duxit, numquam repudiaverit, ut Jaſon Medeam. 5 *Voce non fauſta*, id eſt infelici, vel quae mala, exitia, infauſtitates imprecatur. 6 Hinc ſumendus eſt omnium verſuum ordo, ut ſit: *Precor, adeſte dii conjugales, tuque &c. & precor deos, quos Jaſon &c.* 7 Eumenides, Poenae, Furiae, quas ſeſe praeſentes exhibere Medea cuperet ad vindictam perjurii. 8 Id eſt, habentes crinem ſquallidum ſolutis ſerpentibus; nam Furiae vetulae, caput anguibus pro capillis cinctae, ſanguineam manu facem & flagellum geſtantes depingebantur. 9 Putabant veteres nuptiis, quae infauſtum exitum haberent, Furias auſpices & pronubas praefuiſſe. Sic Ovidii Hypſip. *Nam mihi nec Juno, nec Hymen, ſed triſtis Erinnys „ Praetulit infauſtas ſanguinolenta comas.*
10 Creuſae novae Jaſonis conjugi. 11 Creonti Creuſae patri.
12 Filiis Jaſonis meiſque.
13 Sententia eſt: Furiae mihi concedite ut imprecer ſponſo, id eſt Jaſoni, malum ſimplici morte gravius quod ſit, vivat &c.
14 Dubiae manſionis, domus, ſeu loci habitandi. 15 Sententia eſt: & ipſe jam notus hoſpes, id eſt, ubicunque fuerit notus, ut eſt jam apud Creontem, expetat limen alienum, nempe, ſic tractetur, ut malit in alieno hoſpitio degere. 16 Et quo pejus quidquam precari non valeam, habeat filios &c. 17 Perfidos, perjuros, proditores. 18 Crudeles; Medea enim talis in patrem fuerat, qualis Jaſon in ipſam.
19 Medea, ut mentionem fecit de liberis, quaſi certam viam reperiſſet ulciſcendae injuriae ab Jaſone ſibi illatae, exclamat:

Par-

Peperi. 1 *querelas, verbaque incaſſum* 2 *fero.*
Non ibo in 3 *hoſtes?* 4 *manibus excutiam faces,*
5 *Caeloque lucem? ſpectat hoc* 6 *noſtri ſator*
*Sol generis! & * 7 *ſpectatur, & curru inſidens*
Per ſolita 8 *puri ſpatia decurrit poli?*
9 *Non redit in ortus, & remetitur diem?*
10 *Da, da per auras curribus patriis vehi.*
Committe 11 *habenas, genitor, & flagrantibus*
Ignifera loris tribue moderari 12 *juga.*
Gemino 13 *Corinthos litori* 14 *opponens moras,*
15 *Cremata flammis maria* 16 *committet duo.*
Hoc reſtat 17 *unum;* 18 *pronubam* 19 *thalamo feram*
Vt ipſa pinum; poſtque ſacrificas 20 *preces*

Cae-

Parta jam, parta ultio eſt.. Peperi; id eſt, habeo filios ex ipſo, per quos punietur, & qui futuri ſint patri matrique ſimiles. Haec ultio ſatis ei eſſe videtur, cui nondum in mentem venerat filios trucidare. 1 Advertit Medea ultionem hanc nimis tardam futuram, nulloque ſeu inani gaudio, quare ſeſe increpat ut fruſtra querelas jactitantem non autem vindictas. 2 Effundo, diſperdo. 3 Creuſam, Creontem, Jaſonem. 4 Puerorum puellarumque manibus excutiam faces, quas praeferunt in inviſis Creuſae nuptiis. Apud Romanos in more erat ut pueri patrimi, & matrimi quinque faces in nuptiis praeferrent in honorem quinque deorum, Jovis adulti, Junonis adultae, Veneris, Suadelae, & Lucinae, quibus facibus virginales nupturae vittas pronuba, quae ut plurimum mater ſponſae erat, comburendas dabat. Partes Hymenaei erant in nuptiis felicibus hunc nuptialem ignem extinguere, quod infelici omine ſe prius facturam minatur Medea, 5 Id eſt, excutiam caelo lucem, tenebras nempe, extinctis facibus inducam. 6 Sol enim ex Perſa Neptuni filia Aeetem habuit Medeae patrem. 7 Et adhuc ſe ſpectari permittit? non fugit? 8 Sereni, nihil immutati, nulla nube offuſi? 9 An non regreditur in Orientem, ut denuo remetiatur diem, quem dimenſus eſt? 10 Sine, o genitor, vehi me per auras curru Solis patris tui. 11 Nempe, mihi. 12 Equos ſolis igniferos, ardentes, flammivomos. 13 Pro *Corinthus*, ut alii legunt. 14 *Opponens.* Id eſt, faciens ne mare Aegaeum, & Jonium ultra fluant; Corinthus enim ſita eſt in Iſthmo utriuſque maris, a dextra habens mare Jonium, a ſiniſtra Aegaeum; ideo dixit *gemino litori*.

15 Corinthus ſcilicet cremata flammis una cum Creonte, Jaſone, & Creuſa. 16 Conjunget, & commiſcebit duo maria inter quae ſita eſt. 17 Mihi faciendum, ut, nempe, ipſa feram &c. 18 *Pinum pronubam*, hoc eſt, facem e pinu quaſi nuptiarum ſociam, aut praeſidem infauſtam. 19 Novae ſponſae. Intelligit ſe ignem inextinguibilem velle injicere in Creontis domum ad illum perdendum una cum filia Creuſa. 20 Poſt preces in nuptiarum ſactis fieri ſolitas. Licet vere in nuptiis ſacrificia

& pre-

Caedam dicatis 1 *victimas altaribus.*
Per 2 *viſcera ipſa quaere ſupplicio viam;*
3 *Si vivis, anime: ſi quid* 4 *antiqui tibi*
Remanet vigoris, pelle 5 *femineos metus,*
Et inhoſpitalem 6 *Caucaſum mente indue.*
7 *Quodcunque vidit Phaſis aut* 8 *Pontus nefas,*
Videbit Iſthmos. effera, 9 *ignota, horrida,*
10 *Tremenda caelo pariter ac terris mala,*
Mens intus agitat; vulnera, & caedem, & 11 *vagum*
Funus per artus. 12 *levia memoravi nimis.*
Haec 13 *virgo feci.* 14 *gravior exſurgat dolor.*
Majora jam me ſcelera 15 *poſt partus decent.*
16 *Accingere ira, teque in* 17 *exitium para*
18 *Furore toto:* 19 *paria narrentur tua*
Repudia thalamis. 20 *quo virum linquis modo?*

Hoc

& preces adhiberentur, hic tamen allegorice loquitur Medea; intelligit enim ſuas incantationes. 1 Proſequitur allegoria, filios enim Jaſonis innuit, quos mactare decernit. 2 Per filios ipſos, qui viſcerum pars dicuntur. 3 Suum ipſum animum alloquitur, eumque ad ultionem incitat. 4 Bene priſtinam feritatem animo ſuo commemorat, qui ſemper ad horrenda paratus fuerat. 5 Qui feminarum ſunt proprii. 6 Durum & crudele ingenium ſuſcipe, quale Heniochorum & Scytharum eſt, qui ſunt ad Caucaſum montem, ubi hoſpites mactare ſolent.
7 Sententia eſt: Iſthmos, ſeu Corinthus videbit eadem ipſa facinora, quae olim vidit in Colchide Fluvius Phaſis, aut Pontus regio Colchis contermina, ubi fratrem Abſyrtum membratim diſcerpſi, ut patri me inſequenti moras objicerem, eumque in colligendis membris occupatum a curſu detinerem. 8 Pontus Euxinus, qui prius ob incolarum immanem crudelitatem ἄξενος dicebatur. Colchis Aſiae regio, & Pontus Euxinus loca ſunt a poetis nobilitata ob Medeae incantationes, & immanitatem. 9 Nova, inſolita, inaudita. 10 Caelicolis, & hominibus abominanda. 11 Caedem nempe vario modo, & variis locis illatam per artus, ſeu *funus vagum* dicit, quia colligenda erant diſperſa longe lateque Abſyrti membra. 12 Tormenta. Correctio eſt, qua mentem ſuam rettactat ea in Jaſonem & filios peragendi, quae in Abſyrtum fratrem olim fecerat. 13 Nondum Jaſoni ſociata, adeoque tot malis nondum aſſueta.
14 Qui graviora mala inferat, meditetur. 15 Poſtquam filios peperi, & rerum uſu magis audax facta ſum. 16 Se ipſam alloquitur. 17 Sponſi, liberorum, & Creuſae. 18 Quantum tuus furor pati poterit, atque expoſcit. 19 Aeque crudelia & ſceleſta; nam thalamum, ideſt, nuptias fratris caede inquinavi, repudium vero pari ſcelere ulciſcar: 20 Se ipſam interrogat, & eodem modo, ideſt cum immani caede, virum ſuum deſerere dicit, quo illum ſequuta eſt.

Hoc quo ſecuta es. rumpe jam ſegnes moras:
Quae ſcelere 1 *parta eſt, ſcelere linquenda eſt domus.*

Corinthiae mulieres Epithalamium Jaſonis & Creuſae nuptiis praecinunt, & juvenem hortantur, ut repudiata Medea novam nuptam complectatur.

Chorus.

AD 2 *regum thalamos numine proſpero,*
Qui caelum ſuperi, quique regunt fretum,
Adſint, cum populis rite 3 *faventibus.*
Primus ſceptriferis colla 4 *Tonantibus*
Taurus celſa ferat tergore candido.
Lucinam nivei 5 *femina corporis*
Intentata jugo placet. &, aſperi
Martis ſanguineas 6 *quae cohibet manus,*
Quae dat belligeris foedera gentibus,
Et 7 *cornu retinet* 8 *divite* 9 *copiam,*
Donetur tenera 10 *mitior hoſtia.*
Et 11 *tu, qui* 12 *facibus legitimis ades,*
Noctem 13 *diſcutiens* 14 *auſpice dextera,*

Huc

1 Inito connubio comparata. Bene *domum comparare* dicuntur connubium ineuntes, & *linquere* diſſolventes. 2 Jaſonis & Creuſae. 3 Fauſta omnia ac laeta ominantibus. 4 Jovi & Junoni reginae. Nonnulli Jovem & Plutonem intelligunt; at ut egregie Gronovius: Plutoni ſacrificari in nuptiis, quod quaeſo omen? Deinde, an etiam Plutoni taurus *tergore candido*? At quia contra ritum taurus Jovi immolandus proponitur, argute innuitur inauſpicatas futuras nuptias. Servius enim contendit Neptuno, Apollini, ac Marti, non autem Jovi, taurum immolari ſolitum. 5 Vacca candida, quae nunquam ſubjecta fuerit jugo, injugis.
6 Pax ſeu concordia invocatur. 7 Optime pax deſcribitur, quae cum rerum omnium affluentiam pariat, etiam in nummis antiquis manu cornu Copiae gerens exhibetur. 8 Referto omni frugum genere. 9 Rerum omnium abundantiam. 10 Quia haec pax per ſe mitis eſt, donetur hoſtia tenera, id eſt, ove. Haec enim erat pacis hoſtia, quae illi caedebatur ſeorſum extra conſpectum deae, cujus nec aram licebat ſanguine aſpergere, quia neces & ſanguinis effuſiones paci adverſantur. Id docent Ariſtophanes, ejuſque Scholiaſt. in Comoed *Pax*. 11 Hymenaeum invocat nuptiarum deum.
12 Nuptiis. 13 Repellens tuis facibus noctem. 14 Felici, auſpicata, nuptiis feliciter intenta.

Huc incede gradu 1 *marcidus ebrio,*
Praecingens roſeo tempora 2 *vinculo.*
Et 3 *tu, quae* 4 *gemini praevia temporis*
5 *Tarde ſtella redis ſemper amantibus:*
Te matres avidae, te cupiunt nurus,
Quamprimum radios ſpargere lucidos.
Vincit 6 *virgineus decor*
Longe 7 *Cecropias nurus:*
8 *Et quas* 9 *Taygeti jugis*
10 *Exercet juvenum* 11 *modo,*
Muris quod caret, 12 *oppidum:*
13 *Et quas* 14 *Aonius latex,*
15 *Alpheoſque* 16 *ſacer lavat.*
Si forma velit aſpici,
Cedent 17 *Aeſonio duci,*
18 *Proles fulminis* 19 *improbi,*
Aptat qui 20 *juga tigribus:*

Nec

1 Enervatis & fractis viribus, languens ac titubans prae vinolentia. Hymenaeum Bacchi filium facit Seneca, Aſclepiades Apollinis, alii Magnetis. Pingebatur juvenis, roſis coronatus, voluptate diſſolutus, marcidus, temulentus, dextra faces oſtentans, ſoccoſque luteos in pedibus gerens. 2 Serto, corona. 3 Et tu Veneris ſtella. Haec cum ſolis praevia eſt dicitur Phoſphorus, cum noctis Heſperus. 4 Id eſt, nocturni, & diurni. 5 Dies nuptiis dictus ſemper tardus expectantibus videtur. 6 Creuſae pulcritudinem Chorus commendat.

7 Quaſcunque Atticas feminas forma celebres.

8 Virgines Spartanes. 9 Taygetus mons eſt Laconicae apud Eurotam fluvium, & Spartam urbem. Virg. 2. Georg. *Virginibus baccata Lacaenis, Taygeta.* 10 Aſſidua venatione. 11 More juvenum, quorum proprium eſt venari. 12 Sparta, quae erat ſine muris. 13 Et ipſas Thebanas virgines vincit. 14 Dirce fons Muſis ſacer prope Thebas in Boeotia, quae prius ab Aone Neptuni filio Aonia dicebatur. 15 Alpheus fluvius Elidis in Arcadia Piſas alluens. 16 Vel ſacer dicitur Alpheus, quod veteres nullum fontem ſine numine crederent, propter perennem aeternamque ſcaturiginẽ; vel quod huic ſacros honores Elei decreverint tanquam Deo, & Jovis amico. Alphei enim aqua Jovi Olympio grata putabatur, idcirco Elei hac ſacrificiorum cineres abluebant, iiſque Jovis Olympii ſimulacrum illinebant. 17 Jaſoni Aeſonis filio. Nunc chorus laudat Jaſonis formam; cumque viri fortes pulcritudinis laudem dedignentur, quaſi dubitans dixit, *ſi velit*. 18 Bacchus, qui a Jove fulminante & flammis Semelem comburente genitus, dicitur a poetis filius fulminis. Pulcherrimus perpetuaque juventa florens fuiſſe creditur. 19 Temerarii, quod Semelem Jovis delicias abſumſit. 20 Sui currus.

Digitized by Google

Nec non 1 qui tripodas movet,
Frater 2 virginis aſperae.
Cedet 3 Caſtore cum ſuo
Pollux 4 caeſtibus aptior.
Sic ſic, Caelicolae, precor,
Vincat 5 femina conjuges,
Vir longe ſuperet viros.
6 Haec cum femineo conſtitit in choro,
Unius facies praenitet omnibus.
Sic cum ſole perit ſidereus decor;
Et denſi latitant 7 Pleiadum greges,
Cum Phoebe 8 ſolidum lumine 9 non ſuo
Orbem 10 circuitis cornibus alligat.
11 Oſtro ſic niveus Puniceo color
Perfuſus rubuit: 12 ſic nitidum jubar
Paſtor luce nova roſcidus aſpicit.
13 Ereptus thalamis 14 Phaſidos 15 horridis,
Effrenae ſolitus pectora conjugis
16 Invita trepidus prendere dextera,

Felix

1 Apollo innuitur, qui Tripodas movere dicitur, quod reſponſa redderet per vatem ſtantem ſuper tripode, hoc eſt, ſuper menſa tribus pedibus fulta. 2 Dianae venatricis, ſilvicolae, a nuptiis abhorrentis. 3 Pollux & Caſtor erant pulcherrimi Jovis filii, & Helenae fratres. 4 Pollux Amycum Bebryciorum regem, qui advenas ad caeſtuum certamen provocabat, & inſidiis circumventos interficiebat, in eodem certamine vicit, atque interfecit. 5 Creuſa vincat ceteras conjuges forma, & Jaſon vincat ceteros viros. 6 Cum Creuſae facies conſtitit inter ceteras matronas, quae novas nuptas circumdare, & ſponſis parare ſolebant. 7 Synecdoche; pro omnibus ſideribus, quae cum plena eſt luna latitare videntur. Plejades latine Vergiliae dicuntur. 8 Orbis ſolidus dicitur in plenilunio. Ovidius: *poſtquam pleniſſima fulſit „ Et ſolida terras ſpectavit imagine luna.* Florentinus codex ita reſtituit, cum alii male legerent *ſolitum*. 9 Luna lucet lumine non ſuo, quod illud a ſole mutuetur. 10 Circumductis, totum Lunae orbem cingentibus ſe utrimque protendendo donec jungantur. 11 Dicit chorus talem eſſe colorem in novis nuptis, qualis eſt niveus color cum puniceo ſeu purpureo colore perfunditur. 12 Et paſtor rore matutino perfuſus ſic aſpicit nitidum ſolis jubar. *luce nova*, ideſt, aurora veniente. 13 Et tu, Jaſon ſponſe, ereptus &c. 14 Medeae prope Phaſim fluvium natae. Vide ſupra verſ. 44. 15 Tam barbara atque immanis eſt Medea, ut ejus thalamos merito Jaſon horreat. 16 Ab ejus crudelitate abhorrente.

1 Felix 2 Aeoliam corripe virginem
3 Nunc primum 4 ſoceris, ſponſe, volentibus.
5 Conceſſo, juvenes, ludite jurgio.
6 Hinc illinc, juvenes, mittite carmina.
7 Rara eſt in dominos juſta licentia.
Candida 8 thyrſigeri 9 proles generoſa Lyaei,
10 Multifidam jam tempus erat ſuccendere 11 pinum.
12 Excute 13 ſolemnem digitis 14 marcentibus ignem.
Feſta dicax fundat convicia 15 Feſcenninus.
16 Solvat turba jocos. 17 tacitis eat illa tenebris,
Si qua 18 peregrino nubit 19 fugitiva marito.

ACTVS SECVNDVS.

Medea audito chori praecedentis Epithalamio furit, eamque Nutrix fruſtra ſedare laborat.

Me-

1 Laetus, auſpicato. 2 Creuſam, cujus pater Creon naſcitur ex Siſypho Aeoli filio.
3 Dicit *nunc primum*, quia in priores nuptias neque conſenſerant Jaſonis, neque Medeae parentes. 4 Creonte, ejuſque uxore ſponſae parentibus. 5 Invitat juvenes ad jacienda in ſponſum ſponſamque dicteria, quod in nuptiis licebat. 6 Alternis verſibus epithalamium canite; ſeu ex utraque parte jocularia carmina, & convicia in ſponſum ſponſamque conjicite.
7 Raro juſtum eſt, ſeu jure ac legibus permittitur regibus conviciari, eoſque liberis dictis figere. 8 Gerentis thyrſum, ideſt, haſtam pampinis involutam.
9 Hymenaee Bacchi, & Veneris fili. 10 In multas partes in modum ſpicarum ſciſſam, ut melius ardeat. 11 Facem e pinu. 12 Jacta flammas accenſis facibus. Metaphora a ſilice ſumta, e cujus venis proprie ignis excutitur. 13 Solemni ritu in nuptiis accenſum. 14 Languidis, ac propter ebrietatem titubantibus. Vide ſupra v. 69 15 Feſcennini ſunt incolae Feſcenniae Hetruriae urbis, a quibus allatum eſt quoddam carminis genus omni obſcoenitate & convicio plenum; unde verſus Feſcennini dicti ſunt, in nuptiis cantari ſoliti, qui lepida & feſtiva convicia, non autem ad contumeliam excogitata, in novos conjuges continebant. 16 Profuſe, libere jactet 17 Abſque facibus, & feſtivis carminibus, Feſcenninis, Epithalamio ad maritum deducatur quaecunque fugitiva, uti Medea, nubit marito peregrino. 18 Chorus auget odium hujus convicii obiter jacti in Medeam dicens eam nupſiſſe peregrino, quod indecorum erat apud veteres. 19 Medea domo patris profuga raptorem ſequuta eſt. Alii legunt *fugitura*.

Medea, Nutrix.

1 *Occidimus. aures pepulit 2 Hymenaeus meas.*
Vix ipſa tantum, vix adhuc, credo 3 malum.
Haec facere Jaſon potuit? 4 erepto patre,
Patria atque regno, ſedibus ſolam exteris
Deſerere? 5 durus 6 merita contemſit mea,
Qui 7 ſcelere flammas viderat vinci & mare?
Adeone credit omne 8 conſumtum nefas?
Incerta, vecors, mente veſana feror
Partes in omnes, unde me ulciſci queam?
Vtinam eſſet illi 9 frater! eſt 10 conjux. in hanc
Ferrum 11 exigatur. hoc meis ſatis eſt malis?
Si quod Pelaſgae, ſi quod urbes Barbarae
Novere facinus, quod 12 tuae ignorant manus,
Nunc eſt parandum. 13 ſcelera te hortentur tua;
Et cuncta 14 redeant. 15 inclitum regni decus
Raptum; & 16 nefandae virginis parvus 17 comes
Diviſus enſe, 18 funus ingeſtum patri.
Sparſumque 19 ponto corpus; & 20 Peliae ſenis
Decocta aheno membra. funeſtum impie

Quam

1 Periimus. Dicendi forma ſaepe ſummo dolore captis uſurpata. 2 Cantus nuptialis, Epithalamium chori praecedentis. 3 Tantam in Jaſone impietatem. 4 Erepto mihi patre, patria atque regno; ſeu poſtquam eripuit me patri &c. 5 Nullo amore victus, ingratus, immemor. 6 Beneficia in ſe mea. 7 Herbis, veneficiis per ſcelus factis, atque illi a me datis tauros ignivomos vincere potuit, & mare pacatum vidit meis incantationibus, quibus omnia vinci cognovit. 8 Artes omnes magicas extinctas, nullamque illi nocendi poteſtatem mihi relictam eſſe? 9 In quem ſaevirem, ut olim in meum. 10 Nova ſponſa quaſi inventa in quam ſaeviat: 11 Exerceatur immanitas. 12 O Medea. 13 Quae prius commiſiſti ſint tibi exemplo atque incitamento ad nova atque majora facienda. 14 Innoventur, repetantur. 15 Scelera ſua commemorat. Vellus aureum inclitum decus regni Colchorum tuis artibus, atque praeſidio ab Jaſone raptum. 16 Se ipſam nefandam virginem vocat, quae tantum auſa ſit adhuc virgo. 17 Abſyrtus parvus Medeae frater, qui eam ſequebatur, & ab ea fuit diſcerptus. 18 Caedes facta ſpectante patre.
19 Vel mare intelligit, vel Ponti regionem ubi projecti ſunt Abſyrti artus, quae *Tomos* inde dicta eſt. 20 Pelias Jaſonis patruus a filiabus occiſus eſt, ejuſque membra aheno decocta Medeae fraude, quae illis promiſerat ejus ſenectam ſe renovaturam, immutato ſanguine.

Digitized by Google

Quam ſaepe fudi ſanguinem! 1 *at nullum ſcelus*
Irata feci. 2 *ſaevit infelix amor.*
3 *Quid tamen Jaſon* 4 *potuit alieni arbitrii*
Juriſque 5 *factus?* 6 *debuit ferro obvium*
Offerre pectus. 7 *melius, ah melius, dolor*
Furioſe, loquere. ſi poteſt, vivat meus,
Vt fuit, Jaſon, 8 *ſin minus, vivat tamen,*
Memorque noſtri 9 *muneri parcat meo.*
Culpa eſt Creontis tota, qui 10 *ſceptro impotens*
11 *Conjugia ſolvit; quique* 12 *genetricem abſtrahit*
Natis; & 13 *arcto pignore adſtrictam fidem*
Dirimit. 14 *petatur ſolus hic, poenas luat,*
Quas debet, 15 *alto cinere cumulabo domum.*
16 *Videbit* 17 *atrum verticem flammis agi*
18 *Malea, longas navibus* 19 *flectens moras.*
Nu. *Sile obſecro, queſtuſque ſecreto abditos*
20 *Manda dolori. gravia quiſquis vulnera*
Patiente & aequo mutus animo pertulit,
21 *Referre potuit. ira, quae tegitur, nocet.*

 Pro-

1 Multas caedes feci, nec tamen irata, nec illis offenſa quos trucidavi. Vere; nam Abſyrtum dilaniavit nullo odio, ſed ut patrem inſequentem moraretur. Pelian occiderat in Jaſonis gratiam.
2 Infelix amor, quo Jaſonem proſequebar, me crudelem in alios fecit. 3 Nunc Medea tanquam amore inſana ſermonem ac conſilium ſuum commutat, & quaſi Jaſonem excuſat.
4 Subaudi, facere, cum non eſſet ſui juris, ſed a Creonte rege ad novas nuptias cogeretur? 5 In Creontis poteſtate conſtitutus. 6 Reſpondet, potius quam me deſerere uxorem ſuam, debuit ſe morti offerre. 7 Correctio, qua iterum mentem ſuam retractat amore inſana, & ut Jaſon vivat deſiderat. 8 Si non poteſt vivere meus. 9 Parcat ſuae vitae, quae per me illi ſervata munus meum eſt. Alii legunt *parcas*, quaſi id dicat dolori. 10 Regni, imperii ſui moderandi. 11 Haec conjugia mei & Jaſonis. 12 Me matrem abſtrahit a meis filiis. 13 Conjugali vinculo. 14 Scilicet ad ſupplicium. 15 Ideſt, ex tota Creontis regia altum cinerum cumulum faciam. 16 Malea enim eſt ex altera Corinthi parte. Idem expreſſit eleganter Ovid. *Colchis arſit nova nupta venenis, Flagrantemque domum regis mare vidit utrumque.* 17 Nigrum aſcendentis fumi verticem. 18 Promontoriũ Peloponneſi prope Corinthum hodie *Capo Malio di S. Angelo*. Hoc per quinque millia paſſuum in mare protenditur; & ideo dicitur facere moram navibus, quia continuis ventorum procellis, tempeſtatibus, & inquiete fluctuum praetervehentes naves detinet atque moratur.
19 Flectendo faciens. 20 Committe dolori in corde tuo latenti querelas ſecretas, ne Creonte audiat. 21 Reddere paria vulnera.

1 *Profeſſa perdunt odia vindictae* 2 *locum.*
Me. *Levis eſt dolor, qui capere conſilium poteſt,*
Et 3 *clepere ſeſe. magna non latitant mala.*
Libet ire 4 *contra.* Nu. *ſiſte* 5 *furialem impetum,*
Alumna. 6 *vix te tacita defendit quies.*
Me. *Fortuna* 7 *fortes metuit, ignavos premit.*
Nu. *Tunc eſt probanda,* 8 *ſi locum* 9 *virtus habet.*
Me. 10 *Nunquam poteſt non eſſe virtuti locus.*
Nu. 11 *Spes nulla monſtrat rebus afflictis viam.*
Me. *Qui nil poteſt ſperare,* 12 *deſperet nihil.*
Nu. 13 *Abiere Colchi.* 14 *conjugis nulla eſt fides,*
Nihilque ſupereſt opibus e tantis tibi.
Me. 15 *Medea ſupereſt.* 16 *heic mare & terras vides,*
Ferrumque & ignes & deos & fulmina.
Nu. 17 *Rex eſt timendus.* Me. 18 *rex meus fuerat pater.*
Nu. *Non metuis arma?* Me. 19 *ſint licet terra edita.*
Nu. *Moriere* Me. *cupio.* Nu. *profuge.* Me. *poenituit* 20 *fugae.*
21 *Medea fugiam?* Nu. 22 *mater es.* Me. 23 *cui ſim, vides.*
Nu. *Profugere dubitas?* Me. *fugiam: at ulciſcar prius.*
Nu. *Vindex ſequetur.* Me. *forſan inveniam* 24 *moras.*

Nu.

1 Manifeſtis verbis denuntiata. 2 Opportunitatem. 3 Tegere, celare a graeco κλέπτω, quod & ipſum a καλύπτω.

4 Adverſus eos, qui hujus mali ſunt cauſſa. 5 A furiis immiſſum. 6 Vix a Creontis ira tuta eſſe potes tacendo, quanto minus aliquid movendo?

7 Magna audentes. 8 *Si* hoc loco idem quod *cum*. 9 Fortitudo. 10 Quaſi dicat: etiamſi meam fortitudinem in hoſtes oſtendam, erit tamen virtuti locus. 11 Sententia eſt: cum nulla ſpes ſit emergendi ab his malis, non fortitudini, ſed temeritati locus erit. 12 Illi omnia intrepide tentanda ſunt. Deſperatis enim rebus nihil pejus adjici poteſt. 13 Tui & loco & animis longe a te ſunt. Latini non raro ita exprimunt a nobis relicta, ac ſi ea nos reliquiſſent. Praeterea *longe abeſſe* dicebantur, quae non juvarent. 14 Jaſonis. 15 Cui cum nocendi peritia potentiaque, voluntas ſuppetit. quae quantum nocere poteſt, tantum nocere deſiderat. 16 Tu hic vides mare & terras &c. quibus uti poſſum ad vindictam. 17 Creon timendus eſt, quia rex. 18 Et meus pater fuit rex, quem tamen non timui, at pro Jaſone dereliqui, & contra eum ſteti. 19 Non timeo arma licet ſint Gigantea, vel terra e dentibus ſerpentinis nata, quae mea ope domuit Jaſon. 20 Quam ſcilicet quondam feci a conſpectu patris. 21 *Emphaſis*. Egone fugiam tantis artibus potens? tam conſtans in periculis?
22 Quaſi dicat: fuge, & ſaltem natis tuis te conſerva.
23 Quis me matrem fecerit, vides, Jaſon ſcilicet. 24 Alludit ad moras, quas Patri objecit.

Nu. *Compeſce verba; parce jam demens minis,*
1 *Animoſque minue. tempori aptari decet.*
Me. *Fortuna opes auferre, non animum, poteſt.*
Sed cujus ictu 2 *regius cardo ſtrepit?*
Ipſe eſt 3 *Pelaſgo* 4 *tumidus imperio Creon.*

Creon Medeam quamprimum in exilium proficiſci jubet, eique multis eum roganti unius diei moram vix concedit.

Creon, Medea.

Cr. *MEdea,* 5 *Colchi* 6 *noxium Aeetae genus,*
Nondum meis exportat e regnis pedem?
Molitur aliquid, nota fraus, nota eſt 7 *manus.*
Cui parcit illa? quemve ſecurum ſinit?
8 *Abolere propere peſſimam ferro* 9 *luem*
Equidem parabam; 10 *precibus evicit gener.*
Conceſſa vita eſt. liberet 11 *fines metu;*
Abeatque tuta. 12 *fert gradum contra ferox,*
Minaxque noſtros propius affatus petit.
Arcete, famuli, 13 *tactu & acceſſu procul.*
Jubete, ſileat. regium imperium pati
Aliquando diſcat. 14 *vade* 15 *veloci via,*
16 *Monſtrumque ſaevum, horribile, jam dudum avehe.*
Me. *Quod crimen, aut quae culpa multatur* 17 *fuga?*
Cr. *Quae cauſſa pellat,* 18 *innocens mulier rogat.*
Me. 19 *Si judicas, cognoſce: ſi regnas, jube.*
Cr. 20 *Aequum atque iniquum regis imperium feras.*
Me. *Iniqua nunquam regna perpetuo manent.*

1 Pertinaciam, ac ferociam. 2 Domus regiae. 3 Corinthiaco regno. 4 Superbus, inſolens.
5 Colchici, ſeu Colchorum regis. 6 *Noxium genus*, ideſt, proles nociva, improba. 7 Notae ſunt magicae ejus artes. 8 Occidere, de medio tollere.
9 Medeam peſtem, & perniciem. 10 Jaſon meus gener precibus obtinuit, ut illa viveret. 11 Poſtquam peperci diſcedat a meis finibus, eoſque liberet metu ſuae crudelitatis. 12 Creon haec dicit videns Medeam obviam ſibi venientem. 13 Ne me contingat, & ad me accedat. 14 Alicui ex ſatellitibus hoc imperat. 15 Propere. 16 Medeam. 17 Exilio, ad quod me cogis? 18 Ironia: quaſi dicat, nocentiſſima, flagitioſiſſima. 19 Si vis ratione agere, ſi rex juſtus es, de mea cauſſa cognoſce; ſi tyrannice, & pro arbitrio imperas, inaudita cauſſa me expelle.
20 Aequum ne, an iniquum ſit quod impero, tuum non eſt quaerere; quodcunque ſit meum imperium, feras.

Cr. *I*, 1 *querere Colchis*. Me. 2 *redeo. qui advexit, ferat*.
Cr. 3 *Vox conſtituto ſera decreto venit*.
Me. 4 *Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,*
Aequum licet ſtatuerit, haud aequus fuit.
Cr. *Auditus a te* 5 *Pelia ſupplicium tulit*.
Sed fare. cauſsae detur 6 *egregiae locus*.
Me. *Difficile quam ſit animum ab ira flectere*
Jam concitatum; quamque 7 *regale hoc putet,*
Sceptris ſuperbas quiſquis admovit manus,
8 *Qua cepit, ire*; 9 *regia didici mea*.
Quamvis enim ſim 10 *clade miſeranda obruta,*
11 *Expulſa, ſupplex, ſola, deſerta, undique*
Afflicta; quondam nobili fulſi 12 *patre,*
Avoque clarum 13 *Sole deduxi genus*.
Quodcunque placidis flexibus 14 *Phaſis rigat*;
15 *Pontuſque quidquid Scythicus* 16 *a tergo* 17 *videt*;
18 *Paluſtribus qua maria* 19 *dulceſcunt aquis*;
Armata peltis quidquid 20 *exterret* 21 *cohors*
Incluſa ripis vidua 22 *Thermodontiis*:
Hoc omne noſter genitor imperio regit.
Generoſa, felix, decore regali potens

Ful-

1 Querelas tuas de regni mei iniquitate depone apud Colchos populares tuos, ſeu apud barbaros, Scythas, Sarmatas &c. 2 Redirem ſane ad Colchos, ſi comes Jaſon eſſet, qui huc me adduxit. 3 Supplicatio ſera eſt poſt decretum quod non muto, ſeu cognita cauſſa jam, lataque ſententia. 4 Tyrannicum eſt, una tantum parte audita judicare; & licet judicium ſit aequum, judex tamen haud aequus eſt. 5 Ironice, quaſi dicat: Pelia, ſeu Pelias Jaſonis patruus tuo conſilio interfectus eſt, nec tamen a te fuit auditus, immo te audivit, & ſupplicem recepit. 6 Ironia. 7 Ad regiam dignitatem pertinens. 8 Non flecti a decreto ſuo. 9 Ego rege patre nata, & quondam regnatrix didici &c. 10 Adverſa fortuna, infelicitate, calamitate. 11 Paterna & maritali domo. 12 Aeeta rege Solis filio. 13 Vide ſupra act. 1. verſ. 28. 14 Fluvius Colchidis. 15 Pontus Scythicus, ideſt, ad Scythas vergens, mare Euxinum claudens Colchida ab Occidente. 16 Ab Aſiae parte. 17 Habet. 18 Paludis Maeotidis, quae multorum fluminum affluxu, a quibus limo, & aggere impletur adeo humilis eſt, ut palus potius, quam mare dicatur. 19 Quod in illud mare dulces Maeotidis, Tanais, multorumque fluviorum aquae influant 20 Imperii ſui terrorem, vim, & reverentiam porrigit. Alii legunt *exercet*, & explicant, quidquid campi premit, pulſat, fatigat. 21 Cohors Amazonum *vidua*, ideſt ſeparata a viris. 22 Thermodontis fluvii Cappadociae, quem Amazones incoluere.

Fulſi. petebant tunc meos thalamos 1 *proci,*
Qui 2 *nunc petuntur. rapida fortuna ac levis,*
Praecepſque regno eripuit, exilio dedit.
Confide regnis, cum 3 *levis magnas opes*
Huc ferat & illuc caſus. hoc reges habent
Magnificum & ingens, 4 *nulla quod rapiat dies;*
Prodeſſe miſeris, ſupplices fido lare
Protegere. 5 *ſolum hoc Colchico regno extuli;*
Decus illud ingens, Graeciae florem inclitum,
Praeſidia Achivae gentis, & 6 *prolem deûm*
Servaſſe memet. 7 *munus eſt Orpheus meum,*
Qui ſaxa cantu mulcet, & ſilvas trahit,
Geminumque munus Caſtor & Pollux meum eſt;
8 *Satique Borea, quique trans Pontum quoque*
Summota 9 *Lynceus lumine* 10 *immiſſo videt;*
Omneſque 11 *Minyae; nam ducum taceo* 12 *ducem;*
Pro quo nihil 13 *debetur.* 14 *hunc nulli imputo.*
Vobis revexi ceteros; unum mihi.
15 *Inceſſe nunc, & cuncta flagitia* 16 *ingere;*
Fatebor. obici crimen hoc ſolum poteſt,
17 *Argo reverſa.* 18 *virgini placeat pudor,*

 Pa-

1 Jaſonem intelligit, quem ita per Synecdochem appellat. 2 A me. 3 *Levis caſus*, fortuna inſtabilis. 4 Quod illis nulla fortunae inconſtantia, nulla tempeſtas auferre poteſt; ideſt, prodeſſe miſeris &c. 5 Ceteris ornamentis ſpoliata hoc unum decus a meo regno extuli, quod Argonautas ſervavi. 6 Argonautas, Heroas, deorum filios, quos infra nominat. Hi cum Jaſone in Colchos navigarunt, eorumque praecipui ſunt Orpheus, Caſtor & Pollux, Telamon, Hercules, & Hylas puer. 7 Orphei vita eſt munus, beneficium meum. 8 Zeres & Calais filii Boreae regis Thraciae, & Oryrhyae, qui cum Argonautis Colchos profecti ſunt. 9 Vnus ex Argonautis acutiſſima oculorum acie, de quo mira dicuntur a poetis, ac praeſertim ex Taygeti cacumine totam Peloponneſum proſpexiſſe, e Sicilia naves e portu Carthaginenſi ſolventes vidiſſe, earumque numerum indicaſſe. 10 Radiis ab oculo emiſſis in objectum. 11 Theſſaliae populi Jaſonem in Colchos proficiſcentem ſequuti. 12 Argonautarum ducem Jaſonem. 13 Scilicet, mihi a Graecia. 14 Neminem puto hunc Jaſonem mihi debere; ſeu Jaſonem incolumem revexiſſe beneficium non imputo vobis factum; nam ceteros vobis revexi, ſolum Jaſonem mihi. 15 Inſulta nunc mihi, Creon. 16 Repete, exprobra cuncta mea flagitia; ea tamen non ſine ingrati animi nota exprobrabis. 17 Quod per me Argo navis, qua vecti ſunt Graeci juvenes, incolumis reverſa eſt. 18 At detur,

Paterque placeat ; tota cum 1 *ducibus* 2 *ruet*
3 *Pelaſga tellus . hic tuus primum* 4 *gener*
Tauri ferocis ore 5 *flammanti occidet .*
Fortuna cauſſam , qua volet , 6 *noſtram premat .*
Non poenitet ſervaſſe tot regum decus .
7 *Quodcunque culpa praemium ex omni tuli ,*
Hoc eſt penes te . ſi placet , damna ream :
Sed redde 8 *crimen . ſum nocens , fateor , Creo .*
Talem ſciebas eſſe , cum 9 *genua attigi ,*
Fidemque ſupplex 10 *praeſidis dextrae petii .*
11 *Terra hac miſeriis angulum & ſedem rogo ,*
Latebraſque viles . urbe ſi pelli placet ,
Detur remotus aliquis in regnis locus .
Cr. *Non eſſe me , qui ſceptra violenter geram ,*
Nec qui ſuperbo miſerias calcem pede ,
Teſtatus equidem videor haud clare parum ,
12 *Generum exulem legendo , & afflictum , & gravi*
Terrore pavidum . quippe te 13 *poenae expetit*
Letoque 14 *Acaſtus , regna Theſſalica obtinens .*
Senio trementem debili atque aevo gravem ,
15 *Patrem peremtum queritur , & caeſi ſenis*
Diſciſſa membra ; cum dolo 16 *captae tuo*
Piae 17 *ſorores* 18 *impium auderent nefas .*
Poteſt Jaſon , ſi tuam cauſſam 19 *amoves ,*
Suam tueri , nullus innocuum cruor

Con-

tur, quod mihi magis pudor paterque placuiſſent, quam Jaſon; quid? *Tota tellus Pelaſga ruet* &c. 1 Argonautis. 2 Periiſſet. 3 Tota Graecia, ſeu Theſſalae & Argivae juventutis flos. 4 Jaſon tuus novus gener. 5 Flammas evomenti. 6 Iniquam faciat. 7 Illud unum praemium, quod recepi ex omni meo ſcelere, ideſt, Jaſonem. 8 Jaſonem. 9 Ad te ſupplex confugi. Mos erat ſupplicum, eorum, quos exorabant, genua attingere, atque amplecti. 10 Opem, praeſidium, fidei pignus porrigētis. *Dexterae* enim, ut ait Cic. in Philip. *fidei teſtes eſſe ſolebant*. 11 In tuo regno locum vel obſcurum rogo, in quo miſera conſideam & lateam. 12 In meum generum eligendo Jaſonem exulem ob tua flagitia, mortemque Peliae illatam. 13 Expetit a te poenas, & ſanguinem. 14 Peliae filius, qui, ut Medea ſibi in paternae necis ultionem dederetur, poſtulabat. 15 Peliam tuis fraudibus peremtum. 16 Deceptae, inductae tuis promiſſis eum, nempe, hujuſmodi medicamine juventuti reſtituturas. 17 Acaſti ſorores, & Peliae filiae Piſidice, Pelopea, Hippote, & Alceſtis. 18 Patrem jugularent; Ovidius in Metamorph. latiſſime hanc hiſtoriam proſequitur. 19 Non admiſces.

Contaminavit. abſuit ferro manus,
Proculque 1 *veſtro purus a coetu ſtetit.*
Tu tu malorum machinatrix facinorum,
2 *Cui feminea nequitia, ad audendum omnia*
Virile robur, nulla famae 3 *memoria eſt,*
Egredere, purga 4 *regna; letales ſimul*
Tecum aufer 5 *herbas. libera cives metu.*
Alia ſedens tellure 6 *ſolicita deos.*
Me. *Profugere cogis? redde fugienti ratem,*
Vel redde 7 *comitem. fugere cur ſolam jubes?*
Non ſola veni. 8 *bella ſi metuis pati,*
Vtrumque regno pelle. cur 9 *ſontes duos*
Diſtinguis? 10 *illi Pelia, non nobis jacet.*
11 *Fugam, rapinaſque adice; deſertum patrem,*
Lacerumque fratrem. quidquid etiamnum 12 *novas*
13 *Docet maritus conjuges, non eſt* 14 *meum.*
Toties nocens ſum facta, ſed nunquam mihi.
Cr. *Jam exiſſe decuit. quid* 15 *ſeris fando moras?*
Me. *Supplex recedens illud extremum precor,*
Ne culpa natos matris inſontes 16 *trahat.*
Cr. *Vade, hos paterno, ut genitor, excipiam ſinu.*
Me. *Per ego* 17 *auſpicatos regii thalami toros,*
Per ſpes 18 *futuras, perque* 19 *regnorum ſtatus,*
Fortuna varia dubia quos agitat vice,
Precor, brevem largire fugienti moram,
Dum extrema gnatis mater infigo oſcula,
Fortaſſe 20 *moriens.* Cr. *fraudibus tempus petis.*
Me. *Quae fraus timeri tempore exiguo poteſt?*

1 Tuo & puellarum a te deceptarum. 2 Cui eſt nequitia propria feminarum, & audacia virorum. 3 Cui nullum tempus eſt, quo famae atque honori ſuo conſuluerit. 4 Teterrima hac peſte purga mea regna. 5 Quibus in veneficiis uteris. 6 Ad malum move, in tuis veneficiis invoca, & ſidera deoſque veneficiis, & carminibus tuis vexa, exagita. 7 Jaſonem. 8 A Peliae filio Acaſto. 9 Sontem etiam Jaſonem dicit, quod in ejus utilitatem occiſus ſit Pelia. 10 In Jaſonis ultionem, & commodum, non meum occiſus eſt. 11 Fugam a patre, & rapinas aurei velleris adjice ad caeſum Peliam. 12 *Novas conjuges* id eſt, Creuſam. Invidioſe plurali numero utitur. 13 Suadet, ut quondam mihi. 14 Crimen non eſt in meam utilitatem factum. 15 Exilium verbis protrahis. 16 In odii ſuppliciique communionem. 17 Per conjugium filiae tuae, quod meliori ſit auſpicio, quam fuerit meum. 18 Futurae prolis. 19 Ideſt, tui imperii ſtabilitatem. 20 Inter oſculandum moritura.

Cr. *Nullum ad nocendum tempus anguſtum eſt malis.*
Me. *Parumne miſerae temporis lacrimis negas?*
Cr. 1 *Etſi repugnat precibus infixus timor,*
Vnus parando dabitur exilio dies.
Me. 2 *Nimis eſt; recidas aliquid* 3 *ex iſto licet.*
Et ipſa propero. Cr. 4 *capite ſupplicium lues,*
Clarus priuſquam Phoebus attollat diem,
Niſi cedis 5 *Iſthmo.* 6 *ſacra me thalami vocant,*
7 *Vocat precari feſtus Hymenaeo dies.*

Chorus primorum nautarum audaciam objurgat; eoſque Medeam, dignum audacia ſua praemium, retuliſſe canit.

Chorus.

AVdax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili 8 *perfida* 9 *rupit;*
10 *Terraſque ſuas poſt terga videns,*
Animam 11 *levibus credidit auris;*
Dubioque ſecans aequora curſu,
Potuit tenui fidere ligno,
Inter vitae mortiſque vias
Nimium 12 *gracili limite ducto.*
Nondum quiſquam 13 *ſidera norat;*
Stelliſque, 14 *quibus pingitur aether,*
Non erat uſus: nondum 15 *pluvias*
Hyadas 16 *poterant vitare rates;*
Non 17 *Oleniae ſidera caprae:*

Non

1 Quamvis id a me fiat non ſine metu, ſeu, timor animo meo infixus has preces recuſet, rejiciat. 2 Nempe, quod mihi conceſſiſti temporis. 3 Auferas aliquid ex iſto tuo beneficio, minus ſatis eſt. 4 Ennius in Medea. *Si te ſecundo lumine hic offendero, Moriere.* 5 Corintho. 6 Nuptiarum ſacra. 7 Ad preces & vota me vocat. 8 Infida, inconſtantia. 9 Sulcavit. 10 A ſe relictas terras, dum navem ingreſſus a portu in altum ſolvit. 11 Inſtabilibus, fallacibus ventis vitam ſuam credidit. 12 Parva diſtantia inter aquas & homines. 13 Nautis obſervanda, quae ortu & occaſu pluvias tempeſtateſque excitare ſolent, ut Hyades. 14 Hoc dicit, quia nautis aſtrorum cognitio valde utilis, immo neceſſaria. 15 Pluvioſas, tempeſtates ortu occaſuque ſuo concitantes.
16 Hyades ſeptem ſtellae ſunt in capite Tauri a Latinis modo Suculae, modo Hoedi dictae. 17 Caprae Amaltheae prope Olenum Boeotiae urbem natae, ac nutritae, quam vates fingunt inter ſidera relatam, quod Jovi lac praebuerit. Ovid. *Naſcitur Oleniae ſidus pluviale capellae.*

Digitized by Google

Non quae ſequitur flectitque ſenex
Arctica tardus plauſtra 1 *Bootes:*
Nondum Boreas, nondum Zephyrus
Nomen habebant.
Auſus 2 *Tiphys pandere vaſto*
Carbaſa ponto, 3 *legeſque novas*
Scribere ventis. nunc 4 *lina ſinu*
Tendere toto: nunc 5 *prolato*
6 *Pede* 7 *tranſverſos captare notos:*
Nunc antennas 8 *medio tutas*
Ponere malo: nunc in 9 *ſummo*
Religare loco, cum jam totos
10 *Avidus nimium navita flatus*
11 *Optat, & alto* 12 *rubicunda* 13 *tremunt*
14 *Suppara velo.*
15 *Candida noſtri ſaecula patres*
Videre, procul fraude remota.
Sua quiſque 16 *piger litora tangens,*
Patrioque ſenex factus in arvo:
Parvo 17 *dives, niſi quas tulerat*
Natale ſolum, non norat opes.
Bene 18 *diſſepti foedera mundi*
19 *Traxit in unum* 20 *Theſſala pinus,*
Juſſitque pati 21 *verbera pontum;*

1 *Par-*

1 Arctophylax: Signum juxta majorem Vrſam, quod inter cetera bubulci etiam nomen obtinuit, quia bubulci ſenis inſtar tarde ſequitur flectitque Vrſarum currus, ſeu plauſtra *Arctica*, ideſt, ſeptentrionalia, polo proximiora. 2 Poetae volunt Tiphyn primum nauticae artis praecepta tradidiſſe. 3 Quomodo oporteat navim tegere, ventiſque uti, qui licet a latere flent, in rectum tamen ducant. 4 Vela tota ventis dare, cum ſecundi ſunt, & temperati. 5 Obliquato, reducto. 6 Parte veli inſima, quae ad navis latus religatur, quam nautae, prout tempeſtas poſcit, aut contrahunt, aut laxant. *Delrius*. 7 Ex adverſo, ſeu a latere flantes. 8 Hoc faciunt nautae, quando vel non ſatis vehemens ventus, vel totum excipere nolunt: attollunt autem antennas, cum plenis velis auram volunt infundi, ut mox ait. 9 In ſummitate mali. 10 Properandi itineris. 11 Excipere, colligere. 12 Ad ornatum. 13 Ventis concuſſa. 14 Apluſtria ſupra acatium & antennam annexa. 15 Meliora, nulla avaritiae, cupiditatumque labe contaminata. 16 Gaudens otio & pace. 17 Parvo contentus erat, ideoque dives. 18 *Mundi diſſepti*, id eſt, terrae medio mari ſejunctae & ſeparatae. 19 Confudit. 20 Navis Argo e Theſſalico ligno facta. 21 Remorum ictus.

Digitized by Google

1 Partemque metus fieri noſtri
Mare ſepoſitum, dedit 2 illa graves
Improba poenas, per tam longos
Ducta 3 timores: cum 4 duo montes,
5 Clauſtra profundi, hinc atque illinc
Subito 6 impulſu, velut 7 aetherio
Gemerent ſonitu; ſpargeret aſtra
Nubeſque ipſas 8 mare deprenſum.
Palluit audax Tiphys, & omnes
Labente manu 9 miſit habenas:
10 Orpheus tacuit torpente lyra;
Ipſaque vocem 11 perdidit Argo.
Quid! cum Siculi 12 virgo Pelori,
Rabidos utero ſuccincta canes,
Omnes pariter ſolvit 13 hiatus,
Quis non totos horruit artus,
Toties uno latrante 14 malo?

Quid

1 Voluit, ſcilicet, ut mare licet a nobis disjunctum, afferret nobis metum ob naufragia, praedones, rerum jacturas,
2 Argo. 3 Navigationem tam longam, & periculis ac timore plenam. 4 Symplegades, vel Cyaneae, vel Planetae inſulae ſunt, vel potius ſcopuli in Ponti Euxini oſtio, qui cum parvo intervallo disjuncti ſint, occaſionem poetis dedere ut fingerent, eos inter ſe concurrere. Hos inter ſcopulos Argo navis praetervecta eſt non ſine periculo.
5 Qui montes, ſeu ſcopuli maris aditus claudunt. 6 Colliſione, concurſu ſimul ex utraque parte facto. 7 Tonitrus fragore.
8 Mare a collidentibus ſcopulis in medio deprehenſum compreſſumque fluctus ita extollebat, ut guttae in caelum ipſum exſilirent. 9 Dimiſit navis gubernacula, clavum. 10 Timore correptus a cantu ſonoque abſtinuit.
11 Argo, ſeu potius ejus carina fatidica & praeſaga erat, ut in periculis Argonautas moneret, ex eaque duae columbae, vel mulieres hoc nomine, reſponſa ferebant, curſumque Argo navis per Symplegadas direxerunt. Hinc Propertius: *Argoa columba*.
12 *Virgo Pelori* promontorii *Siculi* eſt Scylla Phorci filia a Circe in monſtrum marinum, canibus uterum ſuccinctum habens, mutata. Tibullus: *Scyllaque virgineam canibus ſuccincta figuram*. Plinius refert Hiſt. Nat. lib. 3. in mari Siculo ad Pelorum ſaxum ingens eſſe humanam figuram exhibens, in cujus inferiori parte ſcopuli ſunt ingentes, & cavernoſi, in quos cum aeſtuoſum mare intrat ab eiſdem refractum ſonitu latrantes canes, & ululantes lupos repraeſentat. Argonautae vero, immiſſa ab Jove tempeſtate ob Abſyrtum a Medea laceratum, mari per duos dies errantes ad haec loca appulerunt. 13 Canum rabidorum. 14 Uno monſtro tot ſimul latratus edente, quot canibus Scylla ſuccingebatur?

Quid! cum 1 *Auſonium dirae* 2 *peſtes*
Voce canora mare mulcerent;
3 *Cum Pieria reſonans cithara*
Thracius Orpheus ſolitam cantu
Retinere rates pene coegit
Sirena ſequi? 4 *quod fuit hujus*
Pretium curſus? aurea 5 *pellis;*
6 *Majuſque mari Medea malum,*
Merces prima digna carina.
Nunc jam 7 *ceſſit pontus, & omnes*
Patitur leges. non 8 *Palladia*
Compacta manu regum referens
Inclita remos quaeritur Argo.
Quaelibet altum cymba pererrat,
Terminus omnis 9 *motus, &* 10 *urbes*
Muros terra poſuere nova.
Nil, qua fuerat ſede, reliquit
11 *Pervius orbis.*
12 *Indus gelidum potat Araxem;*

Al-

1 Italicum; nam prope Siciliam Sirenes latitare dicuntur. Claud. lib. 3. de raptu Proſerp. haec de Sirenis: *Siculi latus obſedere Pelori.* 2 Sirenes, quarum parentes, numerus, & nomina varia ſunt apud varios ſcriptores. Fabula eſt quod hae Junonis inſtinctu Muſas cantu provocaverint, & ab illis victae, dolore atque ira percitae cantus ſuos in hominum perniciem convertерint. Idem Claud. *Accenſaeque malo, jam non impune canoras ,, In peſtem vertere lyras. Vox blanda carinas ,, Alligat, audito frenantur carmine remi.* Itaque cantu allectos nautas ſopiebant, ſopitoſque vorabant.
3 Ordo, & ſenſus eſt: cum Orpheus Thracius reſonans cithara Pieria, quam ſcilicet a Calliope matre una Pieridum acceperat, pene coegit Sirena ſolitam retinere rates cantu, ſequi ſe, & tacere? 4 Cumque tanta eſſent pericula, quod nam fuit hujus expeditionis pretium, merces? 5 Arietis aurea pellis, vellus aureum. 6 Medea malum longe pejus ipſo mari, mulier nempe audax, crudelis, temeraria merces fuit digna prima illa temeraria nave. 7 Hominibus. 8 Non ſola Argo arte ipſius Minervae facta, & clara, utpote referens remos, quos reges heroeſque tractarunt, quaeritur ad navigandum. 9 Amotus eſt omnis terminus a mari ſuis terris conſtitutus, poſtquam navigatio terminos omnes cuilibet regioni praefinitos aut amplificavit, aut confudit. 10 Urbes ſe propagaverunt coloniis, & in aliis terris aedificari coeptae.
11 Etiam in mari pervius, pertranſibilis factus. 12 Populus Orientalis potat gelidum Araxem Armeniae fluvium, id eſt, incolit Armeniam.

1 *Albim Perſae*, 2 *Rhenumque bibunt*.
Venient 3 *annis ſaecula ſeris*,
Quibus Oceanus 4 *vincula rerum*
5 *Laxet*, & *ingens pateat*. 6 *tellus*,
Tethyſque novos detegat orbes;
Nec ſit terris ultima 7 *Thule*.

ACTVS TERTIVS.

Nutrix Medeam hortatur ne quicquam in regem tentet; ſed Medea ira incitata praeceps fertur in vindictam.

Nutrix, Medea.

Nu. *Alumna, celerem quo rapis tectis pedem?*
Reſiſte, & iras comprime, ac retine impetum.
8 *Incerta qualis* 9 *entheos curſus tulit*,
Cum jam 10 *recepto* 11 *Maenas inſanit deo*,
12 *Pindi nivalis vertice, aut* 13 *Nyſae jugis*;
Talis recurſat huc & huc motu effero,
Furoris ore ſigna limphati gerens.
14 *Flammata facies* 15 *ſpiritum ex alto citat*.
Proclamat: *oculos uberi fletu rigat*.
16 *Renidet*. 17 *omnis ſpecimen affectus capit*;
18 *Haeret, minatur, aeſtuat, queritur, gemit*.

Quo

1 Germaniae fluvium.
2 Germaniae fluvium, antiquum Galliae & Germaniae terminum. 3 Poſt multos annos, annis multo poſt venturis.
4 Terminos illos, quibus terram circumligat, hominesque illum navigare timentes concludit. 5 Aperiat tranſitu.
6 Nondum comperta. 7 Inſula oceani ſeptentrionalis, omnium Borealiſſima, quam veluti ultimam in illo oceano Romani cognitam habuerunt. 8 Nutrix haec dicit vel ad ſe, vel ad ſpectarores converſa, cum Medeam videat furore percitam huc atque illuc recurſare, neque ſuis dictis aures praebere, eamque cum Maenade recepto Bacchi furore inſaniente comparat.
9 Divino quodam Bacchi furore incitatos. 10 Bacchi furore recepto. 11 Bacchi ſacrificula, Baccha. 12 Theſſaliae montis, in quo ſolitae bacchari Maenades. 13 Nyſa Arabiae urbs apud quam Bacchus a Nymphis fuit educatus. Eſt etiam Indiae urbs a Baccho condita ad radices montis Meri; in cujus antro Dithyro Bacchum educatum ferunt. 14 Aeſtuans, accenſa. 15 Anhelitum trahit e profundo pectore. 16 Dum luget, de vindicta recordans ridet. Mire depingit poeta varios vehementeſque animi motus in femina dolore ſimul & furore correpta. 17 Omnium affectuum ſigna & argumenta. 18 Anceps, cogitabunda, manet fixa in inceſſu.

Quo 1 pondus animi verget? ubi 2 ponet minas?
Vbi ſe iſte 3 fluctus franget? 4 exundat furor.
Non 5 facile 6 ſecum verſat aut 7 medium ſcelus.
8 Se vincet: irae novimus veteres notas.
Magnum aliquid inſtat, efferum, immane, impium.
Vultum furoris cerno. dii 9 fallant metum!
Me. 10 Si quaeris odio, miſera, quem ſtatuas modum,
Imitare amorem. regias egon' ut 11 faces
Inulta patiar? 12 ſegnis hic ibit dies,
Tanto petitus 13 ambitu, tanto datus?
14 Dum terra caelum media libratum feret,
Nitiduſque certas 15 mundus evolvet 16 vices,
Numeruſque arenis deerit, & ſolem dies,
Noctem ſequentur aſtra; dum 17 ſiccas 18 polus
Verſabit 19 Arctos; flumina in pontum cadent;
Nunquam meus ceſſabit 20 in poenas furor,
Creſcetque ſemper. quae ferarum immanitas,
Quae Scylla, quae Charybdis, 21 Auſonium mare
Siculumque ſorbens, quaeque anhelantem premens
22 Titana, tantis Aetna ferveſcit minis?
Non rapidus amnis, non procelloſum mare,

1 *Pon-*

1 Tantarum curarum moles quo ſe vertet, flectetur, tendet? 2 Deponet. 3 Irarum & furoris. Referendum ad illud *aeſtuat*. 4 Nequit ſe ſe continere. 5 Leve. 6 Animo meditatur. 7 Mediocre. 8 Majus ſcelus faciet, quam hactenus fecerit. 9 Irritum, vanum, falſum faciant meum metum. 10 Haec ſecum Medea, nondum viſa Nutrice: Sententia eſt: miſera, ſi quaeris quanto odio Jaſonem habere debeas, imitare immoderatum illum amorem, quo eum proſequebaris, ut magnitudo recentis odii, veteris amoris magnitudini reſpondeat. 11 Taedas nuptiales, ſeu nuptias ipſas Jaſonis cum Creuſa regis filia. 12 Abſque inſigni vindicta. 13 Tantis a me ſupplicationibus ambientium more petitus, & mihi tam ſuperba largitione conceſſus. Nonnulli diem intelligunt ſumma inſtantia a Creonte petitum, ut filiam ſuam Jaſoni deſponderet. 14 Donec utrumque terrae hemiſphaerium ſuſtinebit caelum librarum, hinc atque hinc aequa lance ſuſpenſum. *Dum circumfuſo pendebit in aere tellus, Ponderibus librata ſuis*. 15 Caelum ſtellis ſpendidum. 16 Cadentium, orientiumque ſtellarum viciſſitudines, anni tempeſtates. 17 Quae nunquam occidunt, adeoque mari non immerguntur. 18 Arcticus. 19 Vrſam majorem ac minorem circumaget. 20 In vindictam. 21 Quod inter fretum & Adriaticum ſive ſuperum mare interluit uſque ad Salentinos. Charybdis autem nihil aliud eſt, quam mare vorticoſum, quod flanre praeſertim Auſtro proximiora maria ſorbere videtur. 22 Typhoeum, ſive Enceladum. Virg. Aen. 3. *Fama eſt*,

En-

1 *Pontuſque Coro ſaevus, aut vis ignium*
Adjuta flatu, poſſit inhibere impetum
Iraſque noſtras. ſternam & evertam omnia.
2 *Timuit Creontem, ac bella Theſſalici ducis?*
Amor timere neminem verus poteſt.
3 *Sed ceſſerit coactus & dederit manus;*
Adire certe, & 4 *conjugem extremo alloqui*
Sermone potuit: 5 *hoc quoque extimuit ferox.*
Laxare certe tempus immitis fugae
6 *Genero licebat.* 7 *liberis unus dies*
Datus duobus. non queror tempus breve:
8 *Multum patebit. faciet, hic faciet dies;*
Quod nullus unquam taceat. 9 *invadam deos,*
Et 10 *cuncta quatiam.* Nu. 11 *recipe turbatum malis,*
Hera, pectus. animum mitiga. Me. 12 *ſola eſt quies,*
Mecum ruina cuncta ſi video obruta.
Mecum omnia 13 *abeant.* 14 *trahere, cum pereas, libet.*
Nu. *Quam multa ſint timenda,* 15 *ſi perſtas, vide.*
Nemo potentes aggredi 16 *tutus poteſt.*

Jaſon aegre Medeam deſerit. Illa ſe excuſantem nunc objurgat, nunc precatur.

Jaſon, Medea.

Ja. O *Dura fata ſemper, &* 17 *ſortem aſperam,*
Cum ſaevit & cum parcit, ex aequo malam!

1 *Re-*

Enceladi ſemuſtum fulmine corpus ,, *Urgeri mole hac, ingentemque inſuper Aetnam* ,, *Impoſitam, ruptis flammam exſpirare caminis.*

1 Pontus Euxinus a vento Coro procelloſus ſaevuſque factus. 2 *Subjectio.* Jaſon me deſeruit, quod Creontem, & regis Acaſti bella timuerit? Si me amaſſet non reliquiſſet; nam verus amor neminem timet. 3 *Conceſſio.* Demus Jaſonem timore coactum ceſſiſſe, & manus dediſſe.

4 Me conjugem ſuam. 5 *Conceſſio.* Demus quod Jaſon alias ferox, qui nihil unquam timuit, me alloqui timuerit. 6 Cui tanquam genero Creon omnia facile conceſſiſſet. 7 Deoſculandis, complectendis priuſquam diſcederem. 8 Longum videbitur ſi ad ea referatur, quae in illo agam. 9 Imprecationibus laceſſam. 10 Tam divina quam humana concutiam, movebo.

11 In tranquilliorem ſtatum.

12 Vna mihi eſt quietis ſpes, ſi nempe video &c. 13 In exitium, pereant. 14 Omnia tecum in exitium trahere. 15 In concepto furore, & voluntate vindictae. 16 Abſque gravi periculo, poena. 17 Fortunae meae aſperam conditionem.

1 Remedia quoties invenit nobis deus
Periculis pejora? ſi vellem fidem
Praeſtare meritis 2 conjugis, 3 leto fuit
Caput offerendum: ſi mori nolim, fide
Miſero carendum eſt. non 4 timor vicit virum,
Sed trepida 5 pietas. quippe ſequeretur necem
Proles parentum. o ſancta, 6 ſi caelum incolis,
Juſtitia, numen invoco ac teſtor tuum.
Nati patrem 7 vicere. quin 8 ipſam quoque,
Etſi ferox eſt corde, nec patiens jugi,
9 Conſulere natis malle, quam thalamis, reor.
Conſtituit animus precibus iratam aggredi.
Atque ecce, viſo memet, exſiluit, furit.
Fert odia prae ſe, totus in vultu eſt 10 dolor.
Me. *11 Fugimus Jaſon, fugimus. 12 hoc non eſt novum*
Mutare ſedes. cauſſa fugiendi nova eſt.
Pro te ſolebam fugere. diſcedo, exeo,
Penatibus profugere quam cogis tuis
Ad quos remittis? Phaſin & Colchos petam,
Patriumque regnum, quaeque fraternus cruor
13 Perfudit arva? quas peti terras jubes?
Quae 14 maria monſtras? Pontici fauces freti?
Per quas 15 revexi nobiles regum manus,
16 Adulterum ſecuta per 17 Symplegadas?

Par-

1 In Colchis, ut tauros ac ſerpentes effugerem, Medea venefica ac dira mihi ducenda fuit; nunc ut Acaſti minas & Creontis inſidias evadam, ea mihi contra Juſjurandum & fidem repudianda eſt. 2 Medeae, quae multis me periculis liberavit. 3 Morti, quam mihi Acaſtus, aut Creon intuliſſent. 4 Mortis timor virilem meum animum non vicit. 5 In filios. 6 Dicitur enim Aſtraea terras fugiens caelum repetiiſſe. 7 Coegerunt me meae vitae parcere, ne illi quoque perirent, atque ita contra fidem facere. 8 Medeam. 9 Malle filios ſervare, quam thalamos. 10 Ira, quae ex vultu manifeſte deprehenditur. 11 In exilium pellor. *Ironice*. 12 Medea fugere debuit e Colchide iram patris metuens, & e Theſſalia Acaſti. Vtramque fugam propter amorem Jaſonis tulit. 13 Cruentavit. 14 Mihi petenda. Concitandae invidiae apta interrogatio; caret enim reſponſione, cum nullus pateat ejus exilio locus, in quo aliquid ſceleris propter Jaſonem non commiſerit, ſuorumque facinorum ultores non ſit inventura. 15 Soſpites reduxi nobiles Argonautarum copias. 16 Te, qui me viva, alteram uxorem complecteris. 17 Vide ſupra v. 341.

Parvamne 1 *Iolcon*, 2 *Theſſala an Tempe petam?*
Quaſcunque aperui tibi vias, cluſi mihi.
Quo me remittis? 3 *exuli exilium imperas*,
4 *Nec das. eatur. regius juſſit* 5 *gener.*
Nihil recuſo. dira ſupplicia 6 *ingere;*
Merui. cruentis 7 *pellicem poenis premat*
8 *Regalis ira, vinculis oneret manus*,
Cluſamque 9 *ſaxo noctis aeternae obruat;*
Minora 10 *meritis patiar.* 11 *ingratum caput!*
Revolvat animus 12 *igneos tauri halitus*,
13 *Interque ſaevos gentis indomitae metus*,
Armifero in arvo flammeum Aeetae pecus,
Hoſtiſque ſubiti tela: cum juſſu meo
14 *Terrigena miles* 15 *mutua caede occidit.*
16 *Adice expetita ſpolia Phrixei arietis*,
Somnoque 17 *juſſum lumina ignoto dare*

In-

1 Vrbem Theſſaliae patriam tuam, Jaſon, cum Theſſalis omnibus propter occiſum Peliam ſim inviſa? 2 Theſſalica. *Tempe Theſſalica* amoeniſſima Theſſaliae regio; immo quaevis ſitu amoena loca *Tempe* dicta. 3 Et a mea, & a tua patria exulanti. 4 Nec exilio meo locum aſſignas. 5 Jaſon. Ironice. 6 In me, quae tantis te beneficiis devinxi. 7 Me tanquam filiae ſuae pellicem. 8 Creontis regis. 9 Obſcuro carcere, ſpecu; ſive etiam ſaxo Siſyphio. Siſyphus enim fuit Creontis progenitor, quem ob ſua ſcelera poetae fabulantur eo ſupplicio apud inferos plecti, ut ingens ſaxum in cujusdam montis verticem provolvat, quod vix ad ſummum extulit, repente deorſum relabitur. 10 Malis quidem in patrem meum, Abſyrtum fratrem, & Peliam, ſed bonis erga te. 11 Ironiam aperit, & clare beneficia ſua Jaſoni exprobrat. 12 Ignivomos tauros aurei velleris cuſtodes, quos niſi meo praeſidio domuiſſes, aureum vellus non potuiſſes auferre. 13 Sententia eſt: & animus tuus, perfide, revolvat flammivomos Aeetae tauros tibi ſuperandos in arvo producenti viros armatos e dentibus draconis, quos tibi Aeetes ſeminandos dedit, inter ſaevos metus armatorum ſubito naſcentium, & martio furore ardentium, & revolvat tela hoſtis ſubito enati &c. Fabula enim eſt Jaſonem, ut aurei velleris potiretur ſumma vigilantia ab Aeeta Medeae patre aſſervati, ignivomos tauros vincere, iiſque jugo junctis campum martium ſulcare, & dentes draconis, quibus ſatis armati viri prodibant, ſeminare debuiſſe; eaque omnia pericula Medeae praeſidio feliciter evaſiſſe. 14 E terra genitus. 15 Sibi mutuis vulneribus illata. 16 His adjunge, adjice ſpolia, ſeu vellus aureum arietis, quem Phrixus ad patrem meum detulit, a te expetitum. 17 Per me, ſucco Lethaeo, ſeu veneno, quod Promethejum dicitur, a me tibi donato.

Inſomne 1 *monſtrum : traditum* 2 *fratrem neci* ;
Et ſcelere in 3 *uno non ſemel factum ſcelus* ;
Juſſaque 4 *natas fraude deceptas mea* ,
Secare membra non revicturi ſenis .
5 *Aliena quaerens regna , deſerui mea* .
6 *Per ſpes tuorum liberum* , & 7 *certum larem* ,
Per victa monſtra , per 8 *manus , pro te quibus*
Nunquam peperci , perque praeteritos metus ,
9 *Per caelum , & undas , conjugii teſtes mei* ,
Miſerere : 10 *redde ſupplici felix vicem* .
Ex opibus illis , 11 *quas procul raptas Scythae*
Vſque a peruſtis 12 *Indiae populis petunt* ,
Quas quia referta vix 13 *domus gazas* 14 *capit* ,
15 *Ornamus auro nemora , nil* 16 *exul tuli* ,
Niſi 17 *fratris artus . hos quoque impendi* 18 *tibi* .
Tibi patria 19 *ceſſit , tibi pater , frater , pudor* .
Hac 20 *dote nupſi . redde fugienti* 21 *ſua* .
Ja. *Perimere cum te vellet infeſtus Creo* ,
Lacrimis meis evictus , exilium dedit .
Me. *Poenam putabam ; munus , ut video , eſt fuga* .
Ja. *Dum licet abire , profuge , teque hinc eripe* .
Gravis ira regum eſt ſemper . Me. *hoc ſuades mihi* ,

1 Draconem pervigilē aurei velleris cuſtodem. 2 Abſyrtum. 3 *In uno ſcelere*, id eſt, ut te ſequerer plura ſcelera a me facta. 4 Peliae filias, de quibus ſupra. 5 Tua, quae ut ſtabilirem Peliam ſuſtuli. 6 Medea ad preces deſcendit, utque miſericordiam moveat, Jaſonem per res ſibi gratiſſimas, & per ea pericula, quibus ipſum liberavit, deprecatur. 7 Per certam domum, quam tu natique tui habituri ſunt, & qua ego infelix & exul careo. 8 Per manus meas, quarum opera tibi ſemper praeſto fuit vel pericula a tuo capite propulſando, vel ſcelera pro te committendo. 9 Per Deos caeleſtes, & marinos.
10 Tu, qui nunc felix es, mihi ſupplici vices repende; nam cum ego felix eſſem te ſupplicem juvi. 11 Quas opes Scythae, populi patri meo ſubjecti, raptas procul ex ultimis Indiae populis in patris mei regnum deferunt. 12 De Indo-Scythis agit, quos Gedroſiae & Arachoſiae Ptolomaeus opponit. *Delrius*. 13 Paterna 14 Propter earum copiam. 15 Alludit ad vellus aureum in Martis luco quercui appenſum. 16 Tecum e patria diſcedens. 17 Abſyrti. 18 Vtilitati tuae, nam ad remorandum patrem nos inſequentem hos ſparſi. 19 Nam ut te obtinerem haec omnia deſerui.
20 Meritorum erga te. 21 Quae amiſit, & tibi impendit. Reſpicit legem Romanorum, apud quos vir, cujus culpa divortium fieret, integram dotem reddere mulieri cogebatur.

1 *Praeſtas Creuſae. pellicem inviſam amoves.*
Ja. *Medea* 2 *amores obicit?* Me. 3 *& caedem, & dolos.*
Ja. *Objicere crimen quod potes tandem mihi?*
Me. *Quodcunque feci.* Ja. *reſtat hoc unum inſuper,*
Tuis ut etiam ſceleribus fiam nocens.
Me. *Tua illa, tua ſunt illa. cui prodeſt ſcelus*
Is fecit. 4 *omnes conjugem infamem arguant;*
5 *Solus tuere, ſolus inſontem voca.*
Tibi innocens ſit, quiſquis eſt pro te nocens.
Ja. 6 *Ingrata vita eſt, cujus acceptae pudet.*
Me. 7 *Retinenda non eſt, cujus acceptae pudet.*
Ja. *Quin potius ira concitum pectus doma.*
Placare 8 *natis.* Me. *abdico, ejuro,* 9 *abnuo.*
Meis Creuſa liberis fratres dabit?
Ja. 10 *Regina gnatis exulum, afflictis potens.*
Me. *Non veniat unquam tam malus miſeris dies,*
Qui prole foeda miſceat prolem inclitam;
11 *Phoebi nepotes Siſyphi* 12 *nepotibus.*
Ja. *Quid, miſera, meque teque in exitium trahis?*
Abſcede quaeſo. Me. *ſupplicem audivit* 13 *Creo.*
Ja. *Quid facere poſſim, eloquere.* Me. *pro me? vel ſcelus.*
Ja. 14 *Hinc rex, & illinc.* Me. 15 *eſt & his major metus,*
Medea. 16 *nos confligere, certemus, ſine,*

Sit

1 Bene conſulis Creuſae novae nuptae, a qua me tanquam inviſam pellicem vis amovere. 2 Meos in Creuſam. 3 Medea aſtute reſpondet non Jaſonis in Creuſam, ſed ſuos in Jaſonem amores intelligens. Senſus autem eſt: meos tibi amores, in quos ingratus es, objicio, & caedem, & dolos, quos in gratiam illius amoris feci. 4 Ceteri, quibus mea ſcelera nihil profuerunt, arguant me tuam infamem conjugem. 5 Tu vel ſolus eam tueri debes. 6 Vita mihi grata non eſt, quam me tuis veneficiis, dolis, ſceleribus, maliſque artibus accepiſſe piget. 7 Si tuae vitae te pudet, cur eam retines? quare te ſimul vita ac pudore non exſolvis? 8 Propter filios. 9 Natos recuſo. 10 Hoc illis glorioſum erit, quod Creuſa, quae regina eſt, pariat fratres natis exulum, nempe mei tuique, qui exules ſumus, & quod potens det fratres miſeris afflictiſſque. 11 Meos filios. Aeetes Medeae pater filius fuit Solis. 12 Filiis Creuſae, cui pater Creon filius Siſyphi hominis ſceleratiſſimi. 13 Supplicem audire non vis me, quam Creo, licet infenſus, audivit. 14 Ex quavis parte rex eſt qui nos urget; ex hac Creon, ex altera Acaſtus. 15 Et eſt Medea, metus major his, id eſt, quam metuere debeas, pluſquam reges. 16 Sententia eſt: permitte nos confligere: ego & reges certemus, hujuſque certaminis praemium ſit Jaſon.

Sit pretium Jaſon. Ja. *cedo defeſſus malis*.
Et ipſa caſus ſaepe jam expertos time.
Me. *Fortuna ſemper omnis* 1 *intra me ſtetit*.
Ja. *Acaſtus inſtat, propior eſt hoſtis Creo*.
Me. *Vtrumque profuge. nolo ut in* 2 *ſocerum manus*
Armes, nec ut te caede 3 *cognata inquines*,
Medea cogit. innocens mecum fuge.
Ja. *Et quis reſiſtet, gemina ſi bella ingruant?*
Creo atque Acaſtus arma ſi jungant ſua?
Me. 4 *His adice Colchos, adjice Aeeten ducem*.
Scythas Pelaſgis junge. demerſos dabo.
Ja. *Alta extimeſco ſceptra*. 5 Me. *ne cupias, vide*.
Ja. 6 *Suſpecta ne ſint, longa colloquia amputa*.
Me. *Nunc ſumme toto Juppiter caelo tona*.
Intende dextram. vindices flammas para,
Omnemque ruptis nubibus mundum quate:
Nec 7 *diligenti tela librentur manu*.
Vel me, 8 *vel iſtum: quiſquis e nobis cadet*,
Nocens peribit. non poteſt in nos tuum
Errare fulmen. Ja. *ſana meditari incipe*,
Et placida fare, ſi quid ex ſoceri domo
Poteſt fugam levare, ſolamen pete.
Me. 9 *Contemnere animus regias, ut ſcis, opes*
Poteſt, ſoletque: liberos tantum fugae
Habere comites liceat, in quorum ſinu
Lacrimas profundam. te novi gnati manent.
Ja. *Parere precibus cupere me fateor tuis;*
Pietas vetat. 10 *namque iſtud ut poſſim pati*,
Non ipſe memet cogat & rex, & ſocer.
Haec cauſſa vitae eſt. hoc 11 *peruſti pectoris*

ſon. Locus hic criticorum omnium judicio interpolatus eſt. Gronovius, ut ceteros taceam, ſuſpicatur legendum: *Nos confligere inter nos ſine*. 1 Me minor ſemper fuit, & ego illam, non illa me in poteſtate habuit.
2 Creontem. 3 Cognati, ſeu patruelis tui Acaſti. 4 His hoſtibus adjunge, ſi libet, Colchos, Aeeten patrem meum illorum ducem, Scythaſque ipſos cum omnibus Pelaſgis: nihil vereor, vincam omnes.

5 Vide potius, ne ideo me repudies, ut regnes cum Creuſa. 6 Ne Creonti ſuſpicionem pariant. 7 Nec animadvertas quem e nobis ferias, cum uterque ſit reus. 8 Subaudi, *feri*. 9 Scis jam animum meum divitias contemnere. 10 Senſus eſt: nam pati non poſſum ut natos meos in exilium ablegem, non, ſi ipſe Creon rex & ſocer meus me cogat id facere. 11 Vnde *cura dicta*, quaſi *cor urat*.

Curis levamen. ſpiritu citius queam
Carere, membris, 1 luce. Me. *2 ſic gnatos amat?*
Bene eſt. 3 tenetur. vulneri patuit locus.
4 Suprema certe liceat abeuntem loqui
Mandata, liceat ultimum amplexum dare.
Gratum eſt & illud. 5 voce jam extrema peto,
6 Ne ſi qua noſter dubius effudit dolor,
Maneant in animo verba, 7 melioris tibi
Memoria noſtri ſubeat. 8 haec irae data
Oblitterentur. Ja. *omnia ex animo expuli.*
Precorque, & ipſa 9 fervidam ut mentem regas,
Placideque tractes. miſerias lenit quies.
Me. *Diſceſſit. itan' eſt? vadis oblitus mei,*
Et tot meorum facinorum? excidimus tibi?
10 Nunquam excidemus. 11 hoc age, omnes advoca
Vires & artes. fructus eſt ſcelerum tibi,
Nullum ſcelus putare. 12 vix fraudi eſt locus.
Timemur, 13 hac aggredere, qua nemo poteſt
Quicquam timere. perge. nunc aude, incipe
Quidquid potes, Medea, quidquid non potes:
Tu fida nutrix, ſocia maeroris mei,
Variique caſus, miſera conſilia adjuva.
Eſt palla nobis, munus aetheriae domus,
Decuſque regni, 14 pignus Aeetae datum
A Sole generis. eſt & auro 15 textili
Monile fulgens; quodque gemmarum nitor
Diſtinguit 16 aurum, quo ſolent cingi comae.

Haec

1 Quam natis. 2 Medea haec dicit ſecum. 3 Jaſon a me captus eſt: ſcio qua parte debeam eum vulnerare: occidam filios. 4 Modo ad Jaſonem Medea convertitur 5 Medea, ut melior ſit fraudi locus, ſe ad meliorem mentem rediiſſe ſimulat. 6 Ne quae dixi, cum furore capta eram, ea maneant in animo tuo. 7 Cum in te melior, ac mitior eram. 8 Haec verba, quae mihi iratae fortaſſe exciderunt, irae conceſſa ex animo tuo deleantur. 9 Quae tam ſubitas ardenteſque iras concipit. 10 Faciam ut ſemper ſis memor mei. 11 Seſe ad iras excitat capta a ſacrificiis formula, qua omnes monebantur, ut, curis aliis excluſis, uni rei ſacrae animo attenderent. 12 Quodcunque ſcelus aggrediar, vix in imparatos veniet; nos enim timemur, adeoque etiam obſervamur. 13 Hac via, hac arte eos aggredere. 14 *Pignus generis*, quo Aeetes ſciat ſe genus ſuum a Sole ducere. Alii legunt: *A ſole. Gemmis eſt, & auro &c.* 15 Intertexto. 16 Aureum crinale, corona aurea gemmis diſtincta.

Haec noſtra nati dona 1 nubenti ferant,
Sed ante 2 diris illita ac tincta artibus.
Vocetur Hecate. 3 ſacra luctifica appara.
Statuantur arae. flamma jam 4 tectis ſonet.

Chorus canit quanta eſſe ſoleant repudiatae uxoris odia & dolores: tum Jaſoni bene precatur, licet ceteri Argonautae violati maris poenas dederint.

Chorus.

NVlla vis flammae, tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda 5 torti:
Quanta, cum conjux viduata 6 taedis
7 Ardet & odit..
8 Non ubi hibernos nebuloſus imbres
Auſter advexit; properatque 9 torrens
Iſter, & 10 junctos vetat eſſe pontes,
Ac 11 vagus errat.
Non ubi impellit Rhodanus 12 profundum
Aut ubi in rivos nivibus ſolutis
Sole jam forti, medioque vere
13 Tabuit Aemus.
Caecus eſt 14 ignis ſtimulatus ira,
Nec regi curat, patiturve frenos.
Haud timet mortem. cupit ire in ipſos
Obvius enſes.
15 Parcite, o divi. 16 veniam precamur,
Vivat ut tutus, mare 17 qui ſubegit.

1 Novae nuptae Creuſae. 2 Execrabilibus artibus, veneficiis tincta, infecta. 3 Nutrici jubet ut ea praeparet, quae ad ſacra magica & feralia in Proſerpinae honorem peragenda ſunt neceſſaria. 4 Regiis. 5 Multa vi projecti. 6 Conjugio, viro ſuo viduata, ſeu repudiata. 7 Dolore. 8 Subaudi: non metuenda eſt tanta vis ubi &c. 9 Imbrium incremento, aquiſque undequaque collectis turgidus. 10 Pontium compages abrumpit. 11 Extra ripas. 12 Mare Maſſilioticum, in quod magna aquarum copia ac vi ruens illud impellere ac cum ejus fluctibus decertare videtur. 13 Liquefactus, mollis factus eſt Aemus mons Thracius. 14 Dolor ex amore polluto, ſive Zelotypia, non amor, ut Farnabio placet. 15 Ab ira vos continere, ſeu condonate Jaſoni temeritatem qua mare ſubegit, navibuſque pervium fecit. 16 Gratiam hanc. 17 Jaſon, qui primus navigaſſe fertur.

Sed 1 furit 2 vinci 3 dominus profundi
Regna ſecunda.
4 Auſus 5 aeternos agitare currus
Immemor metae 6 juvenis 7 paternae,
Quos polo 8 ſparſit, furioſus 9 ignes
Ipſe recepit.
10 Conſtitit nulli via nota magno.
11 Vade, qua tutum populo priori:
Rumpe nec 12 ſacro, violente, ſancta
Foedera mundi.
Quiſquis audacis tetigit 13 carinae
14 Nobiles remos, nemoriſque 15 ſacri
16 Pelion denſa ſpoliavit 17 umbra:
Quiſquis intravit 18 ſcopulos vagantes,
Et tot emenſus pelagi labores,
19 Barbara funem religavit ora,
Raptor externi rediturus 20 auri;
Exitu diro temerata ponti
Jura piavit.
Exigit poenas mare provocatum.
Tiphys in primis domitor profundi
Liquit indocto 21 regimen 22 magiſtro,
23 Litore externo procul a paternis
Occidens regnis, tumuloque vili
Tellus,

1 Inique, impatientiſſime fert. 2 Ab hominibus, qui maria, quae illi ſecunda ſorte obtigerant, tentare auſi ſunt. 3 Neptunus. 4 Chorus exemplo Phaethontis monet ne quis novas vias, atque a naturae lege non conceſſas aggrediatur. 5 Solis currus. 6 Phaethon. 7 Quam Phoebus pater obſervaverat, ac filio obſervandam praeceperat. 8 Igneos ſolis currus extra conſtitutas metas aurigandi imperitus conducens, & caelum terramque comburens. 9 Jovis ignes paſſus eſt, fulminatus eſt. 10 Nemini per vias notas eunti grave unquam periculum fuit. 11 Vade, qua ire tutum fuit majoribus tuis.

12 Sacroſancta. *Diaereſis*. 13 Argus. 14 Quia a regibus & ſemideis ducti. 15 Jovi Dodonaeo. 16 Montem Theſſaliae, e quo exciſa ligna ad Argo navem conſtruendam. 17 Arboribus, lignis. 18 Symplegadas, quae concurrere videntur. Vide ſup. v. 341. 19 Ad barbaricum litus applicuit. 20 Velleris aurei. 21 Navis. 22 *Magiſtro indocto*, id eſt, Ancaeo Neptuni filio, quem Minerva gubernandae navis artem non docuerat, ut Tiphyn. 23 Tiphys, teſte Valerio Flacco lib. 3. dum ſpecu Mariandynum in Bithynia Acheruſia appelleret, ſubito, clavum manu tenens, mortuus eſt, atque ibidem ſepultus.

Tectus, ignotas jacet inter umbras.
1 *Aulis amiſſi memor inde regis*
Portubus lentis retinet carinas
Stare querentes.
2 *Ille vocali genitus* 3 *Camoena,*
Cujus ad chordas modulante plectro
Reſtitit torrens, ſiluere venti;
Cui ſuo cantu volucris relicto
Adfuit tota comitante ſilva,
Thracios 4 *ſparſus jacuit per agros.*
At 5 *caput triſti fluitavit Hebro.*
Contigit 6 *notam Styga, Tartarumque,*
Non rediturus.
Stravit Alcides Aquilone 7 *natos.*
Patre Neptuno 8 *genitum necavit,*
Sumere innumeras ſolitum figuras.

1 Aulis portus Euboicus, memor regem ſuum Tiphyn cum Argonautis navi vectum abiiſſe, neque unquam repedaſſe. naves omnes moratur & detinet: alludit autem ad moram, quam Graeci in Aulide traxerunt. *Delrius*. Daniel Heinſius tamen, aliique interpretes non pauci hos alioſque hujus Chori verſus pro ſuppoſititiis delent; tum quod Argonautarum hiſtoriae repugnent, tum etiam quod Corinthiorum Chorus minime ſcire potuerit Graecos annis poſt futuris ad Trojam navigantes longam in Aulidis portu moram tracturos, tum demum quia unde nam Tiphys Aulidis rex? Cum vero hi verſus in omnibus optimis codicibus habeantur delendos non arbitror, cum praeſertim excuſandis illis, ut Gronovii verbis utar, aliquis reperiri poſſit color. En doctiſſimi viri conjectura. Aulis ex quo morata eſt Graecos Trojam petentes, infamatur pro mala ſtatione navium. Lucanus lib. 5. *ad iniquam claſsibus Aulin.* Id fingit eleganter, non tum primo contraxiſſe crimen illum portum, ſed ſtatim poſt expeditionem Argonautarum, quod inter illos regem ſuum navigantem perdiderit. Sive ille deſignetur Tiphys, nam hujus quoque agnoſcit *paterna regna*, ſive Erginus: uterque enim Boeotus. & in Boeotia Aulis. Neque quaerendum an aliquis prodiderit, ob regis Orchomenii, vel Boeoti mortem detentum fuiſſe Agamemnonem. Hujuſmodi enim cauſſas fingere poetae cuivis licet. 2 Orpheus. 3 Calliope. 4 A Maenadibus diſcerptus, quod viros a mulierum conſortio dehortaretur. 5 Orphei caput in Hebrum fl. projectum fuit. 6 Quam vivens adierat Eurydicen conjugem ſuam repetens. 7 Zetem & Calaim, quos Hercules in Teno inſula occidit, quia, ut refert Apollonius, Argo navem in Myſiam, Herculis recipiendi cauſſa, prohibuerant. 8 Acheloum, de quo Ovid. Met. 9. Alii Periclymenum intelligunt.

Ipſe poſt terrae pelagique 1 *pacem*,
Poſt feri Ditis patefacta 2 *regna*,
3 *Vivus ardenti recubans in Oeta*,
Praebuit ſaevis ſua membra flammis,
4 *Tabe conſumtus gemini cruoris*
Munere 5 *nuptae*.
Stravit Ancaeum violentus ictu
6 *Setiger*. 7 *fratres*, *Meleagre*, *matris*
Impius mactas; *moreriſque dextra*
Matris iratae. 8 *meruere cuncti*.
Morte quod crimen tener expiavit
Herculi magno 9 *puer irrepertus*?
Raptus eſt tutas puer inter undas.
10 *Ite nunc fortes*; *perarate pontum*
Fonte timendo.
11 *Idmonem*, *quamvis bene fata noſſet*,

Con-

1 A ſe devictis monſtris & peſtibus datam, vel partam. 2 In quae deſcendit ut Theſeum amicum inde educeret, & e quibus Cerberum aditum prohibentem catenis devinctum eduxit. 3 Deianira Herculis uxor, ut eum ab Joles amore removeret atque ad ſuum revocaret, in Oeta monte ſacrificaturo veſtem miſit Hydrae & Neſſi Centauri ſanguine infectam, datis a Centauro conſiliis fidem adhibens. At Hercules induta veſte, veneni vi in rabiem verſus, in accenſam pyram ſeſe conjecit. 4 Veneno. 5 Deianirae conjugis. 6 Aper dentis ictu Ancaeum Tiphys ſucceſſorem proſtravit. 7 Meleagrus Oenei ex Althaea filius Pleuſippum & Toxeum avunculos occidit, atque a matre ob id irata, fatali ejus vitae ſtipite in ignem conjecto, extinctus eſt. Vide Ovid. Met. 8. 8 Cuncti Argonautae ſuperius memorati poenas haſce meruere; at ne dici poſſit hoc illis ob alia crimina contigiſſe, quam maris violationem, ſubjungit de Hyla, in quo nullum aliud crimen eſſe poterat, quam una cum Argonautis navigaſſe. 9 Hylas Theodamantis filius, Herculis comes, qui dum aquam urna hauriret in tutas Bithyni fontis undas lapſus eſt, ac diu ab Hercule cum dolore quaeſitus. 10 Ite nunc homines temerarii ac male fortes, vos mari committite tanquam tuto; Hylae exemplum oſtendit etiam tenues fontis aquas timendas. 11 Vel Seneca erravit, vel hi verſus Senecae non ſunt. Apollonius, Apollodorus, Hyginus tradunt Idmonem ab apro, non a ſerpente occiſum. Lege potius: *Condidit Saſpir*; Sunt enim *Sapires*, ut refert Amm. Marcell. lib. 22. *populi nulla nobis aſſuetudine cogniti &c. A quibus brevi ſpatio diſtant virorum monimenta nobilium, in quibus Sthenelus eſt humatus*; *& Idmon &c.* Vt ſententia ſit: Idmonem non in majorum tumulis humarunt ſui, ſed procul a patria barbarorum Sapirum terra tegit. Vt poetica quadam licentia Mariandyni cum

Sa-

1 Condidit ſerpens. Libycis arenis
2 Omnibus verax, 3 ſibi falſus uni
Concidit 4 Mopſus, caruitque Thebis.
5 Ille ſi vere cecinit futura,
Exul errabit Thetidis 6 maritus.
7 Igne fallaci nociturus Argis
Nauplius praeceps cadet in profundum.
8 Patrioque pendet crimine poenas
Fulmine & ponto moriens 9 Oileus.
Conjugis fatum redimens Pheraei
10 Vxor impendes animam marito.
11 Ipſe, qui prædam 12 ſpoliumque juſſit
Aureum prima revehi carina,
13 Vſtus accenſo Pelias aheno

Arſit

Sapiris, ſive ut Herodoto & Stephano placet *Saſpiris* confunduntur. Hanc conjecturam Gronovio debemus. Vide ejus adnot. in Sen. Med. 1 Occidit, occiſumque tumulandum dedit, quamvis augur eſſet, & fata aliena cognoſceret. 2 Qui de futuris eum conſulerant.
3 Qui longiorem ſibi vitam promiſerat. 4 Horum verſuum auctor iterum errat. Duos Mopſos confundit, & ea tribuit Mopſo Ampyci & Chloridos filio, Titareſio, Argonautae, quae alteri Mopſo Apollinis & Mantûs filio, Tireſiae Thebani nepoti convenire prorſus videntur. Thebani enim non Argivi Mopſi intereſſe debebat, ut Thebis potius quam alibi obiret. *Concidens Mopſus caruit Mycenis*, ſic potuiſſet ſcribere, inquit Gronovius, ſi vitare voluiſſet confuſionem duorum Mopſorum, Argivi & Thebani. 5 Mopſus. Quae ſequuntur ad verſum *Vxor impendes &c.* Chorus ſcire non poterat, quia nondum peracta erant, quare eleganter fingit poeta Chorum ea ſcire ex praedictione vatis Mopſi. 6 Peleus. 7 Nauplius rex Euboeae, ut ulciſceretur mortem filii Palamedis falſa Vlyſſis accuſatione oppreſſi, Graecis ab everſa Troja in patriam redeuntibus ac tempeſtate laborantibus ignes ex Caphareo promontorio oſtendit. Claſſis Graeca viſo igne ad portum properare credens in ſcopulos offendit, ac miſerrime periit. Nauplius ut intellexit Vlyſſem & Diomedem, quibus eas inſidias potiſſimum ſtruxerat, incolumes evaſiſſe, dolore amens in mare ſeſe projecit. 8 Fingit poeta Oilea vel Ajacem Oilei filium in tempeſtate maritima fulminatum fuiſſe in poenam temerariae navigationis patris ſui, licet alia fuerit cauſſa; neque enim novum liberos plecti ob ſcelera parentum. 9 Ajax Oilei filius patris nomine appellatus. 10 Alceſtis filia Peliae impium patris imperium luens, qui Jaſonem in Colchos navigare juſſit, redemit ſua morte Admetum maritum ſuum Theſſaliae regem, ſeu Pherae urbis in Theſſalia. 11 Pelias Jaſonis patruus. 12 Vellus aureum. 13 Vide Act. 2. verſ. 18.

Arſit 1 *anguſtas* 2 *vagus inter undas.*
Jam ſatis, divi, 3 *mare vindicaſtis.*
Parcite 4 *juſſo.*

ACTVS QVARTVS.

Nutrix narrat Medeam ſeſe ad vindictam inſtruere.

Nutrix.

Pavet animus, horret; magna pernicies adeſt.
Immane quantum augeſcit, & ſemet dolor
Accendit ipſe, 5 *vimque praeteritam integrat.*
Vidi furentem, ſaepe & aggreſſam deos,
6 *Caelum trahentem. majus his, majus parat*
Medea monſtrum. namque ut attonito gradu
Evaſit, & 7 *penetrale funeſtum attigit;*
Totas 8 *opes effudit, & quidquid diu*
Etiam ipſa 9 *timuit, promit; atque omnem explicat*
Turbam malorum: arcana, ſecreta, abdita.
Et triſte laeva 10 *comprecans ſacrum manu,*
11 *Peſtes vocat, quaſcunque ferventis creat*
Arena Libyae, quaſque perpetua nive
12 *Taurus coercet frigore Arctoo rigens;*
Et omne monſtrum. 13 *tracta magicis cantibus*

Squam-

1 Aheni oris terminatas. 2 Innatans, in fruſta diſſectus a filiabus. 3 Ab Argonautarum temeritate violatum. 4 Jaſoni, qui non ſponte, ſed a patruo juſſus navigavit. 5 Veneficas artes diu intermiſſas facit ut illa acrius aggrediatur. 6 Lunam, & ſidera devocantem, & incantationibus ſolicitantem. 7 Locum ſecretum, ſeu conclave, ubi ſuas incantationes exercet. 8 Incantationum, artium magicarum veneficarumque. 9 Ideoque hucuſque nunquam auſa fuerat, utpote nimis periculoſa ac terribilia. 10 Siniſtram manum arae imponens ad precandos deos triſtes ac laevos. Spectat ad ritum precantium tangendi aras dextra; at Medea in ſceleſto ſacro utitur ſiniſtra, quae triſtibus ac infauſtis convenit. Alii legunt *complicans*, ut ſenſus ſit: tenens inter precandum laeva manu complicatam pallam veneficiis illinendam, munus ſacrum & funeſtum. 11 Venena, herbas mortiferas, animantia venenata. 12 Aſiae mons; cujus pars Borealis, quae Caucaſus dicebatur, perpetuis nivibus erat obſeſſa, & venenorum feraciſſima. 13 E latebris evocata, educta vi magicorum carminum, incantationum.

Squammiſera latebris 1 *turba deſertis adeſt.*
Heic 2 *ſera ſerpens corpus immenſum trahit,*
Triſidamque linguam 3 *exertat, & quaerens* 4 *quibus*
Mortiſera veniat, carmine audito 5 *ſtupet,*
Tumidumque nodis corpus 6 *aggeſtis plicat,*
Cogitque in orbes. parva ſunt, 7 *inquit, mala,*
Et vile telum eſt, ima quod tellus creat:
Caelo petam venena. jam nunc tempus eſt
Aliquid movere fraude vulgari altius.
8 *Huc ille vaſti more torrentis jacens*
Deſcendat anguis; cujus immenſos duae
Major minorque ſentiunt nodos 9 *ferae;*
10 *Major Pelaſgis, apta Sidoniis minor.*
11 *Preſſaſque tandem ſolvat Ophiuchus manus,*
Viruſque fundat. adſit ad cantus meos
Laceſſere auſus 12 *gemina Python numina.*
Et Hydra, & omnis redeat Herculea manu
Succiſa ſerpens, caede ſe 13 *reparans ſua.*
Tu quoque relictis pervigil Colchis ades,
Sopite primum cantibus 14 *ſerpens meis.*
Poſtquam evocavit omne ſerpentum genus,
Congerit in unum 15 *frugis infauſtae mala:*
Quaecunque generat invius ſaxis 16 *Eryx;*

Quae

1 Serpentes. 2 Annoſa. 3 Extrahit, retrahitque. Ovid. de angue Met. 3. *Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno „ Treſque micant linguae.* 4 In quorum perniciem ſit evocata. 5 Sopitur. 6 Contractis, complicatis. 7 Inquit Medea. 8 Nunc caeleſtes ſerpentes devocat, eumque in primis qui utramque Arcton inſtar fluminis flexuoſus complectitur. 9 Vrſae, quarum major in cauda, minor in collo & capite a ſerpente circumcingitur. 10 Vrſa major, quae & Helice dicitur, a Graecis nautis obſervatur; Vrſa minor, quae & Cynoſura appellatur, a Phoenicibus. Ovid. Faſt. lib. 3 *Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura vocatur „ Sidoniis, Helicen Graja carina notet.* 11 Ophiucus, ſive Anguitenens, quod caeleſte ſignum eſt, ſolvat tandem manus, quibus anguem premere videtur. 12 Apollinem & Dianam recens a Latona editos. Nota eſt fabula Pythona draconem a Junone miſſum, qui Latonam inſequeretur, eumdemque a Phoebo puero ſagittis interfectum. 13 Nam ſeptem capitibus, uno abſciſſo, continuo augebatur. Hoc de Hydra verum eſt; quare *omnis ſerpens* intelligendum de centum Hydrae draconibus, quos Seneca agnoſcit in Tragoedia, quae inſcribitur *Hercules Oetaeus*. 14 Draco aurei velleris cuſtos. 15 Omnia herbarum, fructuum, ſeminumque venena. 16 Mons Siciliae inter Drepanum & Panormum alte eminens, praeruptis undique rupibus invius.

Quae fert opertis 1 hieme perpetua jugis
Sparſus cruore Caucaſus 2 Promethei;
Pharetraque pugnax Medus, aut Parthus 3 levis;
Et queis ſagittas divites Arabes 4 linunt;
Aut quos ſub axe frigido ſuccos legunt
Lucis Suevi nobiles 5 Hercyniis.
Quodcunque tellus vere 6 nidifico creat;
Aut rigida cum jam bruma decuſſit decus
Nemorum, & nivali cuncta conſtrinxit gelu;
Quodcunque gramen flore mortifero viret,
Diruſve tortis ſuccus in radicibus
Cauſſas nocendi gignit, attrectat manu.
Aemonius illas contulit 7 peſtes 8 Athos;
Has 9 Pindus ingens, 10 illa 11 Pangaei jugis
Teneram cruenta falce depoſuit 12 comam;
Has aluit altum gurgitem Tigris premens;
Danubius illas; has per arentes plagas
Tepidis 13 Hydaſpes gemmifer currens aquis,
Nomenque terris qui dedit 14 Baetis ſuis,
Heſperia pulſans maria 15 languenti vado;
16 Haec paſſa ferrum eſt, dum parat Phoebus diem;
Illius alta 17 nocte ſuccifus frutex:
At hujus ungue 18 ſecta cantato ſeges:
Mortifera 19 carpit gramina, ac ſerpentium
Saniem exprimit; miſcetque & 20 obſcoenas aves,

Mae-

1 Nive. 2 Cujus viſcera vultur in Caucaſo monte depaſcitur. 3 Fugiendo celer 4 Veneno tingunt. Anteponendus hic verſus praecedenti, & cum Fl. Cod. legendum *Parthi leves*, ut ſenſus ſit: & venena, quibus ſagittas inficiunt Arabs & Medus aut Parthi leves. 5 Hercynia maxima Germaniae ſilva, quam intra & extra olim Svevi habitabant. 6 Quo tempore aves nidificant. 7 Herbas peſtiferas. 8 Aemoniae, ſeu Theſſaliae mons altiſſimus. 9 Mons ingens Macedoniae. 10 Herba venenoſa. 11 Montis Thraciae. 12 Folia ſua. 13 Indiae fluvius, in cujus alveo magna gemmarum copia reperitur. 14 Hiſpaniae fluvius a quo regio, quam mediam ſecat, Baetica dicta. 15 Nam dimiſſus ex Tarraconenſi provincia diviſaque Hiſpania, priuſquam in mare labatur, efficit magnum lacum, unde fit ut minore impetu in Oceanum incidat. 16 Haec herba ferrea falce inciſa eſt ſub ortu ſolis. 17 Qui magicis artibus ſtudebant magni intereſſe arbitrabantur, ut herbae ſuo tempore legerentur. 18 Non ferro, ſed reſecata ungue *cantato*, ideſt, magicis artibus infecto. 19 Subaudi, Medea. 20 Inauſpicatas & ferales.

Maeſtique cor 1 *bubonis*, *& raucae ſtrigis*
Exſecta vivae viſcera. *haec ſcelerum* 2 *artifex*
3 *Diſcreta ponit*. *bis rapax vis ignium*;
His gelida 4 *pigri frigoris glacies ineſt*.
Addit venenis verba, *non* 5 *iſtis minus*
Metuenda. *ſonuit ecce veſano gradu*,
6 *Canitque*. *mundus vocibus primis tremit*.

Conjuratis manibus Medea dono mittit Creuſae veneficiis illitam pallam cum monili, & crinali aureo.

Medea.

Comprecor 7 *vulgus ſilentum*, *voſque* 8 *ferales deos*,
Et 9 *Chaos coecum*, *atque opacam Ditis umbroſi domum*,
Tartari ripis 10 *ligatos ſquallidae* 11 *mortis ſpecus*,
Suppliciis animae remiſſis currite ad 12 *thalamos novos*.
Rota 13 *reſiſtat membra torquens*; *tangat* 14 *Ixion humum*.
Tantalus 15 *ſecurus undas hauriat* 16 *Pirenidas*.
17 *Gravior poena ſedeat conjugis ſocero mei*:
18 *Lubricus per ſaxa retro Siſyphum volvat lapis*.

Vos

1 Bubo & Strix ſunt aves mali ominis & diri eventus, de quibus Papin. lib. 3. Thebaid. *Monſtra volans*, *dirae ſtrident in nube volucres* „ *Nocturnaeque gemuns ſtriges*, *& feralia bubo* „ *Damna canens*. Bubo autem moeſtus dicitur vel quod ſit mali ominis, vel quod gemat verius quam cantet. 2 Medea. 3 Haec omnia venenorum genera ſejuncta ponit; nam nonnullis vis eſt concipiendi ignem, aliis inferendi frigus. 4 Torporem inducentis. 5 Venenis. 6 Incanrationes ſuas concipit. 7 Umbras, manes, animas. 8 Infernos, Plutonem & Proſerpinam. 9 Vide Act. 1. v. 9. 10 Circumdatos, & quodammodo incluſos ripis Tartari, ſeu infernorum fluminum. 11 Quos mors incolit. 12 Jaſonis & Creuſae. 13 Quieſcat rota torquens membra Ixionis. Hic auſus Junonem de adulterio interpellare, fulmine ad inferos detruſus eſt, ubi *rapitur volucri tortus Ixion rota*. Sen. Herc. Fur. v. 750. 14 Poſtquam tot annos in rota ſuſpenſus eſt. 15 Non deceptus, non fruſtra captans. 16 Corinthias. Pirene fons eſt Acrocorinthi. 17 Hic verſus laborat defectu pedis. Diverſi diverſa ſed parum feliciter adjunxerunt. Gronovius ita legendum putat: *Gravior Tityi poena ſedeat &c.* Tityi gravior, quam nominata proxime Tantali, poena ceſſet, quieſcat, reſideat in gratiam Creontis, ut adſit & ei faveat pereunti. Qui nihil huic verſui deeſſe animadvertunt, ita interpretantur: Creontem maneat poena longe gravior Tantali ſupplicio. 18 Premat vero Siſyphum aſſiduus labor immo opprimat-

pri-

Vos quoque, urnis quas foratis irritus ludit labor,
1 *Danaides*, 2 *coite*; 3 *veſtras hic dies quaerit manus*.
Nunc meis vocata ſacris noctium 4 *ſidus veni*,
Peſſimos induta vultus, fronte 5 *non una minax*.
Tibi more 6 *gentis vinculo ſolvens comam*,
Secreta nudo nemora luſtravi pede.
Et 7 *evocavi nubibus* 8 *ſiccis aquas*;
9 *Egique ad imum maria, & Oceanus graves*
Interius undas 10 *aeſtibus victis dedit*.
11 *Paritérque mundus lege* 12 *confuſa aetheris*
Et ſolem & 13 *aſtra vidit; &* 14 *vetitum mare*
Tetigiſtis Vrſae. temporum 15 *flexi vices*.
16 *Aeſtiva tellus floruit cantu meo*,
Meſſem 17 *coacta vidit hibernam Ceres*.
Violenta Phaſis vertit 18 *in fontem vada*;
Et Iſter in 19 *tot ora diviſus truces*
Compreſſit undas, omnibus ripis piger.
Sonuere fluctus. tumuit inſanum mare
Tacente vento. nemoris antiqui 20 *domus*
21 *Amiſit umbram vocis imperio meae*.
21 *Die relicto Phoebus in medio ſtetit*.

1 *Hya-*

primat; cui quod pater Creontis fuerit, cum ceteras animas poenis eximendas velit, continuationem ſupplicii imprecatur. Ita Farnabius cum multis. Niſi pro *volvat* legendum putemus *ſolvat*, id eſt, dimittat ab inani labore; ſi enim Medea ceteras animas poenis eximit, quare non hanc? 1 Danai filiae, quae cum viros ſuos necaſſent ſupplicii loco apud Inferos habuerunt urnas perforatas aqua implere, e quibus tantumdem effluat, quantum infundatur. 2 Ad Creuſae nuptias convenite. 3 Veſtram immanitatem. 4 Luna. 5 Triplici: *tria virginis ora Dianae*. 6 Sacra magica peragentis. Solebant magae nudis pedibus & paſſo capillo ſacra ſua peragere. Horatius ſcribit ſe vidiſſe: *Canidiam pedibus nudis, paſſoque capillo*. 7 Vi carminis magici elicui. Medea enumerat portenta, quae per vim magicam fecit. 8 Quae ſiccae videbantur. 9 Coegi mare ad imum ſubſidere. 10 Aeſtuoſis fluctibus domitis, oppreſſis. 11 Eodem tempore. 12 Perturbato caeleſtium corporum motu. 13 Quae alioqui lucente ſole non apparent. 14 Quod nunquam, ut alia ſidera, occidere videantur, & in illud mergi. 15 Ab ordine ſuo movi. 16 In aeſtate, quando ſicca & arida eſt. 17 Meis carminibus magicis. 18 Retro convertit, in ſcaturiginem primam egit undas ſuas impetuoſas. 19 Nam per ſex oſtia in Pontum Euxinum ſe exonerat. 20 Silva ita ramis implexa, & frondibus veſtita, ut pro tecto eſſe poſſit. 21 Vel quia arbores inde tranſlatae, vel quia excuſſa folia ex arboribus. 22 Non producto.

1 Hyadeſque noſtris cantibus motae labant.
Adeſſe ſacris tempus eſt, 2 Phoebe, tuis.
3 Tibi haec cruenta 4 ſerta texuntur manu,
5 Novena quae ſerpens ligat:
Tibi 6 haec, Typhoeus 7 membra quae diſcors tulit,
Qui regna 8 concuſſit Jovis.
9 Vectoris 10 iſtic perfidi ſanguis ineſt
Quem Neſſus expirans dedit.
11 Oetaeus iſto cinere defecit rogus,
Qui virus 12 Herculeum 13 bibit.
14 Piae ſororis, impiae matris facem,
Vltricis Altheae 15 vides.
Reliquit iſtas invio plumas ſpecu
Harpyja, dum 16 Zeten fugit.
His adice pennas ſauciae 17 Stymphalidos,
18 Lernaea paſſae ſpicula.
19 Sonuiſtis αἶ. αἶ. *tripodas agnoſco meos,*
Favente commotos 20 dea.
Video Triviae currus 21 agiles,

Non

1 Sidera. *Synecdoche*. Vide Act. 2. v. 134. 2 Luna. 3 In tuum honorem. 4 Ex herbis venenatis. 5 Vel numero novena, vel novies circumdata. 6 Subaudi, texuntur. Sententia eſt: tibi vel in tuum honorem, Luna, texo hoc ſertum e novem anguibus implicitis; tibi, inquam, hoc ex anguibus, quos pro membris habuit Typhoeus. 7 Gigantes enim anguineos pedes habuiſſe dicuntur. 8 Cum reliquis Gigantibus. Fabula nota eſt.
9 Neſſi Centauri; qui trajecta per Evenum fluvium Dejanira, vique illi illata, ab Hercule ſagitta confixus eſt. 10 In hiſce ſertis. 11 Rogus Oetaeus, id eſt, quo Hercules in Oetaeo monte combuſtus eſt, in hunc cinerem eſt reſolutus, ſive hic eſt ejus rogi cinis. 12 Quo Hercules infectus eſt. 13 Imbibit, attraxit. 14 Alteae piae in fratres ſuos, ſed impiae in filium, quem perdidit, ut illos ulciſceretur. Vide ſup. Act. 3. v. 214.
15 Subaudi, Luna. 16 A quo una cum fratre Calai Harpyjae in Plotas inſulas fugatae e Phinei regno quod maxime infeſtabant.
17 Stymphalides fuerunt aves immenſae magnitudinis ita dictae a Stymphalo Arcadiae palude, quas Hercules fugavit.
18 Hydrae Lernaeae felle tincta.
19 Dicto *ſonuiſtis* auditur illud lugubre αἶ. αἶ. quod inter agendum velut inferna turba inconſpecta poſt ſiparium edit. Haec vox, inquit Medea, tam certum mihi ſignum eſt faventium deorum, quos adoro, quam motus ſonituſque tripodum Apollinem venerantibus. Alii legunt: *ſonuiſtis arae*, quaſi ex ara crepitu mota deam adventaſſe ſentiret Medea. 20 Hecate. 21 Veloces, nam curſum ſuum menſis unius ſpatio complet.

1 Non quos pleno lucida vultu
Pernox agitat ; ſed quos facie
2 Lurida maeſta, cum 3 Theſſalicis
Vexata minis, caelum 4 freno
Propiore legit. 5 ſic face triſtem
Pallida lucem funde per auras ;
Horrore novo terre populos ;
6 Inque auxilium, 7 Dictynna, tuum
8 Pretioſa ſonent 9 aera Corinthi.
Tibi ſanguineo 10 ceſpite ſacrum
Solenne damus. 11 tibi de medio
Rapta 12 ſepulchro fax nocturnos
Suſtulit ignes. tibi 13 mota caput
Flexa voces cervice dedi.
Tibi 14 funereo de more jacens
Paſſos cingit vitta capillos.
Tibi jactatur 15 triſtis Stygia
Ramus ab unda. tibi nudato
Pectore 16 Maenas ſacro feriam
Brachia cultro.
Manet noſter ſanguis ad aras.
Aſſueſce, manus, ſtringere ferrum,
17 Caroſque pati poſſe cruores.
Sacrum 18 laticem percuſſa dedi.
Quod ſi nimium ſaepe vocari
Quereris, votis ignoſce, precor.
Cauſſa vocandi, 19 Perſei, tuos

Sae-

1 Non quales per totam noctem ducit cum plena eſt Luna, & tota ſplendens. 2 Obſcura. 3 Theſſalicarum veneficarum carminibus incantata. 4 Viciniore curſu caelum tranſcurrit. 5 O Luna, ut coepiſti proſequere, funde &c. 6 Ne tu, Luna, incantatione audita caelo detraharis. Superſtitioſa erat vulgi opinio pelvium tinnitu Lunae laboranti opem ferri poſſe. 7 Diana. 8 Quia aeri Corinthio nonnihil auri erat admixtum. 9 Hoc eſt, pelves ex hoc aere confectae; nominat autem hoc aes, vel quia ſonus ejus acutior, vel quia Corinthi haec agebantur. *Delrius*. 10 Terra cum herba in morem arae quadrata, & ſanguine perfuſa. 11 In honorem tuum. 12 Olim ſepulchris; buſtis, vel rogis eruta in ſacris magicis adhibebantur. 13 *Mota caput*, ideſt, movens caput more Corybantum. 14 Vt in funere fieri ſolet. 15 Taxus, cupreſſus & arbores ad Stygem natae veneficiis idoneae habitae. *Farn.* 16 Furioſa tanquam Maenas Bacchi ſacerdos. 17 Nunc tuos, mox filiorum. 18 Sanguinem. 19 Luna, Perſeis dicta a patre Perſeo rege. Hunc Dianae patrem fuiſſe tradidit Heſiodus.

Saepius 1 arcus, una atque eadem
Semper, Jaſon. tu nunc veſtes
2 Tinge Creuſae, quas cum primum
Sumſerit, imas urat ſerpens
Flamma medullas. ignis fulvo
Cluſus in 3 auro latet obſcurus;
Quem mihi, 4 caeli qui furta luit
5 Viſcere foeto, dedit, & docuit
Condere 6 vires arte Prometheus.
Dedit & tenui ſulphure tectos
Mulciber ignes, & vivacis
Fulgura 7 flammae de 8 cognato
Phaetonte tuli. habeo 9 mediae
10 Dona Chimaerae. habeo flammas
Uſto 11 tauri gutture raptas;
Quas permiſto felle Meduſae,
12 Tacitum juſſi ſervare malum.
Adde venenis 13 ſtimulos, Hecate,
Doniſque meis ſemina flammae
Condita ſerva. 14 fallant viſus,
Tactuſque ferant. meet in 15 pectus
Venaſque calor. ſtillent artus,
Oſſaque fument; 16 vincatque ſuas
Flagrante coma nova nupta faces.
17 Vota tenentur; ter latratus
18 Audax Hecate dedit, & 19 ſacros
Edidit ignes face luctifera.
Peracta 20 vis eſt omnis. huc gnatos 21 voca,

1 Radios, ſive opem tuam in ſacris magicis. 2 Venenis infice. 3 Crinali aureo. 4 Ignis caeleſtis. 5 Jecore ſemper renaſcenti. 6 Ignis vires. 7 Qua Phaethon fulminatus fuit. 8 Ex eodem Sole cum patre meo nato. 9 De media Chimaerae parte. Lucr. *Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimaera.* 10 Ignem. Virg. 6. Aen. *Flammis armata Chimaera.* Fabulae occaſionem dedit Chimaera Lyciae mons flammas e ſummo vertice emittens. 11 Tauri flammivomi, quem Jaſon in Colchis ſubjugavit.

12 Ignotum, occultum. 13 Efficaciam, vires ut cito operentur. 14 Ut qui haec dona vident tanguntque, nullam ignis vim ineſſe ſuſpicentur. 15 Creuſae. 16 Creuſae novae nuptae ardens coma, concepto aurei crinalis igne, flammas taedarum nuptialium exſuperet. 17 Hecate annuit, exaudior. 18 Quae me audacem eſſe jubet. 19 Nam illa adventante, ſolum tremebat, & thedarum fulgur cernebatur. 20 Veneficium peractum eſt. 21 Subaudi, Nutrix.

Pretioſa per quos dona 1 nubenti feras.
Ite, ite nati, matris infauſtae genus,
Placate vobis munere & multa prece
Dominam & novercam. vadite, & celeres domum
Referte greſſus, ultimo amplexu ut fruar.

Medeae malitiam Chorus deteſtatur.

Chorus.

QVonam cruenta 2 Maenas
Praeceps 3 amore ſaevo
Rapitur? quod 4 impotenti
Facinus parat furore?
Vultus citatus ira
Riget, & caput feroci
Quatiens ſuperba motu
5 Regi minatur ultro.
Quis credat 6 exulantem?
Flagrant genae rubentes,
Pallor fugat ruborem.
Nullum vagante forma
Servat diu colorem.
Huc fert pedes & illuc,
Vt tigris orba gnatis,
Curſu furente luſtrat
7 Gangeticum nemus: ſic
Frenare neſcit iras
Medea, non amores.
Nunc ira amorque cauſſam
Junxere. 8 quid ſequetur?
Quando efferet Pelaſgis
Nefando 9 Colchis 10 arvis
Greſſum: metuque ſolvet
Regnum, ſimulque 11 reges?
12 Nunc, Phoebe, mitte currus

Nul-

1 Creuſae. 2 Medea furens tanquam Baccha. 3 In Jaſonem 4 Indomito. 5 Creonti 6 Nemo credat illam exulem, cum ſit tam ſuperba & minarum plena 7 Situm, vel adjacens ad Gangem Indiae fluvium. 8 Amores nempe, & furores conjunctos? Sive: utri ſuccumbet locumve dabit? irae ne, an amori? 9 Medea Colchica. 10 E regno Creontis. 11 Jaſonem & Creontem. 12 Chorus ſolem rogat, ut cito ad occaſum pergat, & diem parando exilio Medeae conceſſum auferat.

Nullo morante loro.
Nox condat alma lucem.
Mergat diem timendum
Dux noctis 1 *Heſperugo.*

ACTVS QVINTVS.

Narrat Nuncius Creuſam cum patre regiaque tota crudeli Medeae munere flagraſſe. Tandem Medea trucidatis filiis ſuis aufugit.

Nuncius, Chorus, Nutrix, Medea, Jaſon.

Nun. P*Eriere cuncta. concidit regni ſtatus.*
Gnata atque genitor cinere permiſtò jacent.
Ch. *Qua fraude capti?* Nut. *qua ſolent reges capi;*
Donis. Ch. *in illis eſſe quis potuit dolus?*
Nun. *Et ipſe miror; vixque jam facto malo*
Potuiſſe fieri credo. Ch. *quis cladis modus?*
Nun. *Avidus per omnem regiae partem furit,*
2 *Vt juſſus, ignis: jam domus tota occidit,*
Vrbi timetur. Ch. *unda flammas opprimat.*
Nun. *Et hoc in iſta clade mirandum accidit,*
Alit unda flammas, quoque prohibetur magis,
Magis ardet ignis. ipſa praeſidia occupat.
Nut. *Effer citatum* 3 *ſede Pel peja gradum,*
Medea. praeceps quas libet terras pete.
Me. *Egon' ut recedam? ſi profugiſſem prius,*
4 *Ad hoc redirem.* 5 *nuptias ſpecto novas.*
Quid, 6 *anime, ceſſas? ſequere felicem impetum.*
Pars ultionis iſta, qua gaudes, quota eſt?
7 *Amas adhuc, furioſa ſi ſatis eſt tibi*
Coelebs Jaſon? quaere poenarum genus
Haud uſitatum. jamque ſic temet para.
Fas omne cedat. abeat expulſus pudor.

1 Idem quod Heſperus. 2 Lege *immiſſus*, ideſt, reprimi & reſtingui neſcius, quaſi immiſſis habenis. 3 Corintho, quae quondam Pelopi cum Peloponneſo paruit. 4 Spectaculum, vel faciaus. 5 Ironice. 6 Se ipſam excitat ad vindictam etiam in Jaſonem. 7 Nonne vides, inſana; te adhuc amare Jaſonem, quem peſſime debes odiſſe, ſi ſatis ad vindictam tuam putas, quod eum, extincta Creuſa, coelibem reddidiſti?

Vindicta levis eſt, quam ferunt 1 *purae manus.*
Incumbe in iras, teque languentem excita,
Penituſque veteres pectore ex imo impetus
Violentus hauri. quidquid admiſſum eſt adhuc,
2 *Pietas vocetur, hoc age. & faxo, ſciant*
Quam levia fuerint, quamque vulgaris notae,
Quae 3 *commodavi ſcelera.* 4 *proluſit dolor*
Per iſta noſter. quid manus poterant rudes
Audere magnum? quid 5 *puellaris furor?*
Medea nunc ſum. crevit ingenium malis.
Juvat, juvat rapuiſſe fraternum caput.
Artus juvat ſecuiſſe. & 6 *arcano patrem*
Spoliaſſe ſacro. juvat in exitium 7 *ſenis*
Armaſſe natas. quaere 8 *materiam, dolor:*
Ad omne facinus non rudem dextram afferes.
Quo te igitur, ira, mittis? aut quae perfido
Intendis 9 *hoſti tela? neſcio quid ferox*
Decrevit animus intus, & nondum ſibi
Audet 10 *fateri. ſtulta* 11 *properavi nimis.*
Ex 12 *pellice utinam liberos hoſtis meus*
Aliquos haberet! 13 *quidquid ex illo tuum eſt,*
Creuſa peperit. placuit hoc poenae genus,
Meritoque placuit. ultimum agnoſco ſcelus.
Anime, parandum eſt. liberi quondam mei,
Vos pro paternis ſceleribus poenas date.
14 *Cor pepulit horror. membra torpeſcunt gelu,*
Pectuſque tremuit. ira 15 *diſceſſit loco.*
16 *Materque tota conjuge expulſa redit.*
Egon' ut meorum liberum ac prolis meae
Fundam cruorem? melius, ah demens furor!

Inco-

1 Quae nonniſi hoſtes & ſupplicium meritos occidunt; quae in puniendo modum ſervant. 2 In comparatione admittendorum. 3 In gratiam Jaſonis prius feci. 4 Specimen quoddam ſuarum virium dedit per illa ſcelera. 5 *Haec virgo feci.* Vide ſupra Act. 1. v. 49. 6 Aureo vellere Marti ſacrato. 7 Peliae. 8 In qua me exerceam. 9 Jaſoni. 10 Seſe declarare. exprimere. Venit in mentem Medeae filiorum ſuorum caedes, quam animus, quamvis ferox, non audet ob nimiam immanitatem exprimere & clare fateri. 11 Creuſam occidere. 12 Creuſa. 13 Sed puta, o Medea, filios tuos ipſius Creuſae eſſe, quoniam Jaſonis ſunt. 14 Hujus ſceleris horror percuſſit meum cor. 15 Amori materno locum dedit. 16 Tota matris pietas redit, expulſa ex animo ira, quam habere debet conjux repudiata.

Incognitum iſtud facinus, ac dirum nefas
1 *A me quoque abſit. quod ſcelus miſeri luent?*
2 *Scelus eſt Jaſon genitor, & majus ſcelus*
Medea mater. occidant: non ſunt mei.
Pereant? mei ſunt. crimine & culpa carent.
Sunt innocentes. fateor: & 3 *frater fuit.*
Quid, anime, titubas? ora quid lacrimae rigant?
Variamque nunc huc ira, nunc illuc amor
Diducit? anceps 4 *aeſtus incertam rapit.*
Vt ſaeva rapidi bella cum venti gerunt;
Vtrinque fluctus maria diſcordes agunt,
Dubiumque pelagus fervet: haud aliter meum
Cor fluctuatur. ira pietatem fugat,
Iramque pietas. cede pietati, dolor.
Huc cara proles, unicum afflictae domus
Solamen, huc vos ferte, & 5 *infuſos mihi*
Conjungite artus. habeat incolumes pater,
Dum & mater habeat. urget exilium, ac fuga.
Jam jam meo rapientur avulſi ſinu,
Flentes, gementes. oſculis 6 *pereant patris;*
Periere matris. rurſus increſcit dolor,
Et fervet odium. repetit invitam manum
7 *Antiqua Erinnys. ira, qua ducis, ſequor.*
Vtinam ſuperbae turba 8 *Tantalidos meo*
Exiſſet utero, biſque ſeptenos parens
Natos tuliſſem! ſterilis in poenas fui.
Fratri 9 *patrique quod ſat eſt, peperi* 10 *duos.*
11 *Quonam iſta tendit turba Furiarum* 12 *impotens?*
Quem quaerit? aut quo flammeos ictus parat?
Aut cui cruentas agmen infernum faces
Intentat? ingens anguis excuſſo ſonat

Tor-

1 Etiam a me tam crudeli: etiam a Medea. *Emphaſis*. 2 Satis eſt illis culpae, quod ſceleſtum habent patrem, matremque iratam ac magis ſceleſtam. 3 Abſyrtus, quem tamen trucidavi. 4 Mentis agitatio. 5 In amplexum. 6 Auferantur morte ab oſculis patris. Niſi legas cum Gron. *gementes. O ſcelus! pereant patri, Periere matri*: quaſi ſcelus vocet rapi liberos e ſinu matris. 7 Quae olim me in fratrem ceteroſque crudelem fecit. 8 Niobes Tantali filiae. 9 Quos quaſi inferias offeram patri meo prodito, & fratri caeſo. 10 Mermetum & Pheretem *Iſacius*, Macarium & Pheretrum *Hyginus* appellat. 11 Videntur illi per phantaſiam adeſſe Furiae, & fratris ipſius umbra. 12 Furioſa.

Tortus flagello. quem 1 trabe infeſta petit
Megaera? cujus umbra diſperſis venit
2 Incerta membris? frater eſt. poenas petit.
Dabimus. 3 ſed omnes fige luminibus faces:
Lania, perure. pectus en furiis patet.
Diſcedere a me, frater, ultrices deas,
Maneſque ad imos ire ſecuras jube:
Mihi me relinque, & utere hac, frater, manu,
Quae 4 ſtrinxit enſem: 5 victima manes tuos
Placemus iſta. 6 quid repens affert ſonus?
Parantur arma, meque in exitium petunt.
Excelſa noſtrae tecta conſcendam domus
Caede inchoata. 7 perge tu mecum comes.
Tuum quoque ipſa corpus hinc mecum avehiam.
8 Nunc hoc age. anime, non in occulto tibi eſt
Perdenda virtus. 9 approba populo manum.
Ja. Quicunque regum cladibus fidus doles,
Concurre, ut ipſam ſceleris auctorem horridi
Capiamus. huc, huc, fortis armigeri cohors,
Conferte tela. vertite ex imo domum.
Me. 10 Jam jam recepi ſceptra, germanum, patrem;
Spoliumque Colchi pecudis auratae tenent.
Rediere regna. rapta virginitas rediit.
O placida tandem numina! o feſtum diem!
O nuptialem! vade. perfectum eſt ſcelus;
Vindicta 11 nondum. perage, dum 12 faciunt manus.
Quid nunc moraris, anime? quid dubitas? potes.
Jam 13 cecidit ira. poenitet. facti pudet.
Quid, miſera, feci? miſera, poeniteat licet,
Feci. 14 voluptas magna me invitam 15 ſubit:
Et ecce creſcit. deerat hoc unum mihi,

Spe-

1 Face. 2 Quae non bene cognoſcitur, cum membra habeat diſperſa. Fingunt poetae umbras vulnerum ſigna ſervare. 3 Sed omnia furoris incitamenta in oculis meis fige, in me immitte. 4 In te. 5 Dum haec dicit alterum e filiis interficit. 6 Audit armatorum irruentium ſonitum. 7 Secedit ducens filium vivum altera manu, altera mortuum aſportans. 8 Haec dicit tectum aſcendens. 9 Coram Jaſone & Corinthiis edere ſpecimen tuarum virium in filiis trucidandis. 10 Peracta jam vindicta, videor priora damna recuperaſſe. 11 Reſtat enim alter filius interficiendus. 12 Ad tantum facinus promptae ſunt. 13 Sedata eſt. 14 Ideſt, vindictae. 15 Vrget me reluctantem.

1 Spectator ipſe. nil adhuc factum reor.
Quidquid ſine 2 iſto fecimus ſceleris, periit.
Ja. *En 3 ipſa tecti parte 4 praecipiti imminet.*
Huc rapiat ignes aliquis, ut flammis cadat
5 Suis peruſta. Me. *congere extremum tuis*
Natis, Jaſon, funus, ac tumulum ſtrue.
6 Conjux ſocerque 7 juſta jam functis habent
A me ſepulti. natus hic fatum tulit.
Hic te vidente dabitur exitio pari.
Ja. *Per numen omne, perque communes fugas,*
Toroſque, 8 quos non noſtra violavit fides,
Jam parce nato. ſi quod eſt crimen, meum eſt:
Me dede morti, noxium macta caput.
Me. *Hac, 9 qua recuſas, qua doles, ferrum exigam.*
I nunc, ſuperbe, 10 virginum thalamos pete.
Relinque 11 matres. Ja. *unus eſt 12 poenae ſatis.*
Me. *Si poſſet una caede ſatiari 13 manus,*
Nullam petiſſet. ut duos perimam tamen,
Nimium eſt dolori numerus anguſtus meo.
14 In matre ſi quod pignus etiamnum latet,
Scrutabor enſe viſcera, & ferro 15 extraham.
Ja. *Jam perage coeptum facinus, haud ultra precor;*
16 Moramque ſaltem ſuppliciis dona meis.
Me. *Perfruere lento 17 ſcelere, ne propera, dolor.*
18 Meus dies eſt: tempore accepto utimur.
Ja. *Infeſta memet perime.* Me. *19 miſereri jubes.*
20 Bene eſt; peractum eſt. plura non habui, dolor,
Quae tibi litarem. lumina huc tumida alleva,
Ingrate Jaſon, conjugem 21 agnoſcis tuam?

Sic

1 Vt ipſe Jaſon ſpectaret caedem filii prius caeſi. 2 Spectatore Jaſone. 3 Medea. 4 Proclivi. 5 Quibus uſa eſt in alios. 6 Creuſa & Creon. 7 *Juſta functis*, ideſt, juſta funebria, quae functis fieri & praeſtari ſolent. 8 Lege potius: *quos heu! noſtra violavit fides*. Impudens pariter & imprudens Jaſon ſi negaret ſe fidem fefelliſſe. 9 Hac parte, nempe in filio. 10 Creuſae. 11 Me matrem factam ex te. 12 Ad ultionem ſatis eſt unus natus. 13 Haec mea. 14 Si me gravidam ſentirem. 15 Pignus, ſeu fetum. 16 *Moram dona*, ideſt, morae gratiam fac, moram remitte. 17 Cruciatu. 18 A Creonte mihi conceſſus. 19 Mors enim tibi nunc grata eſſet. 20 Haec dicit Medea caeſo jam altero filio. 21 Ex iſta caede, ex odii magnitudine, ex facinorum immanitate.

1 *Sic fugere ſoleo. patuit in caelum via.*
Squammoſa gemini colla ſerpentes jugo
Summiſſa praebent. 2 *recipe jam natos parens.*
Ego inter auras aliti curru vehar.
Ja. *Per alta vade ſpatia ſublimi aethere:*
3 *Teſtare nullos eſſe, qua veheris, deos.*

1 Poſt caedes fugio: fugi patrem occiſo fratre, Acaſtum patre ſuo, te meum conjugem occiſis filiis 2 Haec dicens natorum cadavera projicit, & Athenas avolat. 3 Oſtendas vel deos injuſtos, vel nullos eſſe, qui te tam ſceleſtam impune per caelum ire patiantur. Habebat illud Cynici in animo, inquit Heinſius, de quo Tullius lib de Nat Deor. 3 *Diogenes quidem Cynicus dicere ſolebat, Harpalum, qui temporibus illis praedo felix habebatur, contra deos teſtimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu viveret.*

FINIS MEDEAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

005642048

Digitized by Google